





GAUDEO

HADRIANI RELANDI

DISSERTATIONUM

MISCELLANEARUM

PARS PRIMA.



TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Officina GULIELMI BROEDELET, Bibliopolae. CIↃIↃCCVI.

88

SUMMO. VIRO.

PETRO. DANIELI. HUETIO.

EPISCOPATU. DIOECESEOS. ABRINCENSIS.

ALIISQUE. DIGNITATIBUS. ILLUSTRI.

HADRIANUS. RELANDUS.

S

EA est Tua insignis eruditio, & fama per orbem diffusa, Illustrissime Praesul, ut etiamsi nullus ante mihi patuisset ad amicitiam Tuam aditus, Tu praecipue deligendus esses, cui munusculum

hoc literarium, ad consuetudinem nostrorum temporum, sacraretur. Nunc, quum & publico & privato nomine, hoc, quicquid est, officii, a me flagitari intelligam, est quod mihi gratuler, qui duplici illa ratione insigne mihi emolumentum ex suscepta hac opera promitto. Quod harum literarum omniumque bonarum artium & scientiarum, Tu cultor, Tu patronus, Tu decus eximium sis & ornamentum, quem ego Judicem peritiorem desiderare possem? quod idem me benevolentia tua privatim complecti volueris, quem benigniorem meorum conatuum arbitrum & interpretem exoptarem? Quibus & hoc addam, eadem studia, quae mihi in deliciis sunt, & argumentum huic opusculo praebuerunt, materiem Tuarum lucubrationum fuisse; quas viri eruditi, per universum terrarum orbem, qua literarum elegantiorum amor,

amor, & linguae Latinae usus aliquis propagatus est, summa cum admiratione exceperunt. Fateor equidem, haec cogitatio me ab incoepto deterrere potuisset, & illud praesertim, quod de situ Paradisi terrestris in schedas conjeceram, in aeternas tenebras deprimere, nisi magnam simul de humanitate Tua existimationem concepissem. Nemo Te melius novit, multa in hoc studiorum genere ita disputari, ut contrariis opinionibus, & sententiarum divortiis, obnoxia sint, & vix ultra probabiles conjecturas saepe progredi liceat. Nec tu ex illorum numero es, qui, si quis modeste a Te dissensum profiteatur, ferre illum nequeas, aut amice monere non velis, ut saniorem sententiam amplectatur: nec ego is sum, qui pro conjecturis meis tanquam pro aris & focis pugnare decreverim, & meliora edoctus opiniones meas mordi-

cus defendere. Quod uti tibi persuasum esse volo, ita nihil mihi gratius accidere posse profiteor, quam si tanti meas nugas esse duxeris, ut errores meos indicare digneris, atque ita indies magis magisque in literis proficiam. At vereor, ut tibi placere possit, ne alia me- morem, stylus inconditus, nec ad nitorem Latini sermonis compositus: Tibi, qui praestantissimos Auctores, quos ob singularem dicendi scribendique facultatem vetus Latium aut Graecia celebravit, sive ligato, sive soluto sermone loquentes, ita imitari soles, ut qui Tua legunt in mediam sibi Romam vel Athenas delati videantur. Et limatius forte haec ipsa prodire potuissent, nisi magnam partem ex schedis, quae ornari & perpoliri non solent, collecta, aut in recitationibus Academicis fuissent effusa. Te vero, ut quicquid hoc mu-

nusculi

nuſculi eſt, Vir Illuſtriſſime, aequo animo accipias, rogo, & me Tui amantiſſimum amare perſeveres, diuque Gallia Tua Te ſoſpite fruatur. Scribebam Trajecti ad Rhenum. Kalendis Juliis. CIƆIƆCCVI.

SERIES

SERIES DISSERTATIONUM

QUAE

PARTE PRIMA

CONTINENTUR.

I. DIS-

I.

DISSERTATIO

DE

SITU PARADISI

TERRESTRIS.



I.
DISSERTATIO
DE
SITU PARADISI
TERRESTRIS.

I. LIcet multorum insignium virorum industria occupata fuerit in indagando situ Paradisi terrestris, quem descripsit Moses *Gen.* 2. *v.* 10. *&* *seqq.* non tamen illorum omnium diversas circa hoc argumentum opiniones recensebo, nec quenquam eorum refutabo; quod & nonnulli ex iis amicitiae nexu mihi juncti sint, quam fovere omni ope adnitor, & contentus sim sententiam illam, quae mihi aut vera aut verae

§. I. Paradisus in Armenia quaerendus.

proxima videtur, exponere, & idoneis, ut mihi apparent, rationibus firmare, ne taedio sim lectori meo & in nimiam molem haec Dissertatio excrescat. Quod si illa omni modo non satisfaciat, & suis laboret difficultatibus, quod non nego, existimo tamen eas pauciores numero in hac hypothesi quam in ulla alia inveniri. Puto itaque in Armenia fuisse olim Paradisum terrestrem, & eo quidem loco, qui medius est inter fontes quatuor fluviorum, Phasidis, Araxis, Tigridis & Euphratis, quos esse illos credo qui a Mose describuntur nominibus Phisonis, Gihonis, Chiddekel, & Phrath; qui olim ex uno fluvio, postea cum omnibus Paradiso contentis deperdito, ortum traxerunt. Nunc rationes, quae mihi hanc sententiam probabilem reddiderunt, accipe.

§. II. *Quatuor diversi fluvii, iique ex uno profluentes, indagandi.*

II. Quatuor *fluvios* נהרים memorat Moses, a se invicem distinctos, unde & ראשי ἀρχὰς unicuique adsignat, & primum, secundum, &c. appellat. Quumque ea vox in textu Codicis Hebraei soleat fluvios integros, eosque naturales, significare, non video cur a simplici & consueta notione recederem, vel ad exiguos quosdam ramos & arte humana factos Tigridis vel Euphratis hic attenderem, qui ex ipso Euphrate & Tigri egrediuntur, non ex communi cum iis origine, fluvio illo uno Edenico. Ideoque fluvios ipsos hic quae-

quaero, quales Hiddekel & Phrat (quos inter omnes fere constat esse flumina Tigridis & Euphratis) eosque a Tigri & Euphrate distinctos, uti ipse Moses distinguit, & ex uno profluentes. Et profecto, si quis liber a praeconceptis opinionibus verba Mosis, ut extant, legit, quae loquuntur de fluvio uno, qui ex Edene profluit, & hortum irrigans, inde dividitur, ut ex eo fiant quatuor capita, vix quidquam aliud inde potest colligere, quam ex uno illo fluvio quatuor alios procedere & elabi, qui quatuor distinctos & a se,& ab flumineEdenico, fluvios efficiant. Adde quod voces ראשי *Capita* & נהרים *fluvii* idem hic notent: quum *Gen.* 2. *v.* 11. dicatur, *Nomen primi* sc. *Capitis*, quod proxime praecesserat, & v. 13. *nomen fluvii secundi.* Atque ita distincte recensentur nomina & cursus illorum quatuor fluviorum, ut non possint non pro distinctis fluminibus haberi. Uti enim Euphrates flumen est, uti & Tigris, &, quando de iis sermo est, integra flumina concipio, sic quoque Phison & Gihon concipi debent, quae eodem nomine *fluvii* & ראש *Capitis* describuntur. Praeterea dicitur unus ille egredi יצא ex Edene, & inde משם dividi vel separari aut abire (quod cum יצא junctum cursum vel lapsum fluvii indicat) ita ut inde fiant 4 capita sive *ἀρχαὶ*, fluvii sc. inde pro-

fluentes: qui cursum suum continuantes dicuntur הולכים & סובבים *euntes* versus has vel illas, & *circumeuntes*, regiones, juxta fluvii processum, uti semper hae voces in S.S. accipi solent: quales 4 fluvios ex communi origine procedentes in brachiis Tigridis aut Euphratis frustra quaeras. Nec descriptio terrarum, quas alluunt, כל ארץ החוילה *universae terrae Chavilae* & כל ארץ כוש *universae terrae Cush* videtur ramis quibusdam Euphratis aut Tigridis, qui omnes admodum exigui fuere, convenire posse. Et quidni Moses scripsisset, siquidem per Phisonem aut Gihonem innuere voluisset ramos Tigridis vel Euphratis; Phison & Gihon sunt nomina alveorum, qui ab Euphrate & Tigri, postquam confluxerunt, abeuntibus a se invicem formantur & in mare se effundunt: vel; Gihon & Phison sunt rami Euphratis Tigridisque, qui inter utrumque flumen intercipiuntur, aut simili modo? Quorsum illa terrarum descriptio quas alluebant & mentio lapidum, quum multo brevius ea & clarius dicere potuisset, si mens Mosis fuisset ibi Paradisum collocare, ubi pleraeque Virorum Eruditorum hypotheses illum hodie in Mesopotamia vel Parapotamia describunt? Erunt itaque ut emphasi verborum Mosis satis fiat Phison & Gihon flumina ab ipso Euphrate & Tigri distincta

&

& ex eodem cum iis loco profluentia a communi origine, fluvio Edenico. Quare ad fontes Euphratis & Tigridis adſcendendum eſt, ut ſciamus quis pro primo fluvio Phiſon ſit habendus.

§. III. Phiſon eſt Phaſis, Scythiae fluvius.

III. Quum itaque quatuor diſtinctos fluvios invenire debeamus juxta ductum Moſis *Gen.* 2. *v.* 10. *& ſeqq.* & ad fontes eorum adſcendendum ſit, ubi primum prodierunt ex uno illo fluvio Edenico, qui ſe in quatuor capita diviſit, conſtetque inter omnes fere Eruditos Tigrim & Euphraten eſſe flumina ex illis a Moſe deſcriptis, nullumque ſit praeter Araxem (quem & ipſum inter fluvios Paradiſi cenſemus,) cujus fons propior ſit fontibus Euphratis & Tigridis, quam Phaſis, illum pro Phiſone habemus. Dudum enim exploſa eſt fabula, Phaſin fontem non habere, ſed commiſceri Oceano qui terram ambit, quod Hecataeus Mileſius & alii volebant, recteque ſcripſit Artemidorus Epheſius id falſum eſſe: τὸν γὰρ Φᾶσιν μὴ συμβάλλειν τῷ Ὠκεανῷ, ἀλλ᾽ ἐξ ὀρέων καταφέρεσθαι, *Phaſin enim non influere in Oceanum ſed ex montibus oriri*, uti & Eratoſthenes *lib.* III. *Geograph.* ſcriptum reliquit, obſervante Scholiaſta Apollonii Rhod. *lib.* IV. *v.* 259. Quod experientia confirmavit. Ipſum nomen quoque Phiſonis a Phaſide non abludit, niſi quod, ut illud Hebraeam terminationem ון habet, ita hoc

hoc Graecam ις: & reliqua, quae de regione adjacente narrat Moſes, ſatis bene Colchidi, quam Phaſis alluit, conveniunt. Atqui, dicet aliquis, exiguus fluvius eſt Phaſis, nec cum Euphrate & Tigri comparandus, quare pro illo majus flumen videtur ſubſtituendum. Fateor longe majores eſſe Euphratem & Tigrim: verum id noſtrae opinioni non obſtat, quandoquidem Auctor Sacer nuſpiam ſcriptum reliquit, omnes fluvios Paradiſiacos ejusdem magnitudinis fuiſſe. Et praeterea notari meretur ipſum Phaſin a ſcriptoribus profanis diſerte magnum flumen appellari. Strabo *Geograph. lib.* x. de Colchide loquens διαῤῥεῖ δὲ αὐτὴν ὁ Φάσις μέγας ποταμὸς ἐξ ἀρμενίας τὰς ἀρχὰς ἔχων. *Hanc illabitur Phaſis, ingens flumen, ex Armenia ortum ducens*: unde eadem opera videre eſt ex eadem regione, Armenia ſcilicet, unde & Tigris, & Euphrates, & Araxes, oriuntur, Phaſin profluere. Quod & ipſum *Dionyſius* in *Periegeſi* teſtatur *v.*691.

—— ἔνθα δὲ Φᾶσις
Κιρκαίου κατὰ νῶτον ἑλισσόμενος πεδίοιο
Εὐξείνου ποτὶ χεῦμα θοὴν ἐπερεύγεται ἄχνην
Ἀρξάμενος τὸ πρῶτον ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο.

—— *ubi Phaſis*
Per dorſum Circaei campi ſe volvens
Rapidam ſpumam eructat ad undas Euxini,
Primum oriens ex monte Armenio.

Ubi

Ubi & θοὴν ἄχνην ei attribuit. Similiter Valerius Flaccus magnum eum appellat: cui epitheto quum mox subjungat poëta illum *spumanti ore* ruere, *Argon.* lib. 5.

Coeperat optatos jam lux ostendere Colchos,
Magnus ubi adversum spumanti Phasis in aequor
Ore ruit,

vitio ei id vertit Vir doctissimus Jacobus Nicolaus Loensis *Miscell. Epiphill. lib.* IV. *c.*4. quia aliunde constat maxima flumina minimo sono labi, & Orpheus Phasidi ostium tranquille fluens in Argon. adscribit. Praeiverat Valerio Apollonius Rhodius, eum non tantum appellans *vers.* 1265. Φᾶσιν ἐυρυρέοντα *Phasin latifluum,* sed mox *vers.* 1269. de eodem

Εἰσέλασαν ποταμοῖο μέγαν ῥόον. Αὐτὰρ ὁ πάντη
Καγχλάζων ὑπόεικε.

Invehuntur magnum fluvii alveum, qui quaquaversum
Aestuans recessit.

Ne quis autem illa poëtice ita scripta existimet, ad haec Plinii verba attendat, *lib.* VI. *cap.* 4. *Hist. Nat.* qui vastos amnes in Phasin illabi & longe navigabilem quam libet magnis navigiis ita tradit: *Clarissimus Ponti Phasis oritur in Moschis: navigatur quamlibet magnis navigiis* XXXVIII. M. D. *pass. inde minoribus longo spatio pontibus* CXX. *pervius. Oppida in ripis habuit complura celeberrima Tyritacen,*

Cygnum & in faucibus Phasin. Maxime autem inclaruit Aea, XV. *mill. pass. a mari, ubi Hippos & Cyanos vasti amnes e diverso in eum confluunt.* & mox. *Et alios accipit fluvios magnitudine numeroque mirabiles, inter quos Glaucum.* Scylax quoque in Periplo χθονὸς Εὐρώπης μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν, *magnum Europae & Asiae terminum Phasin* appellat, uti & ante ipsum Aeschylus in *Prometh. solut.* fecerat quod exiguo fluvio non convenit; & Procopius *lib. 2. de bell. Persico*, eum, si quem alium, profundum appellat: & hinc natum proverbium, *Nec Phasis malum eluat.* Si quis porro accuratiorem Phasidis descriptionem legere desiderat, legat Arriani Periplum Ponti Euxini, ubi & aquas ejus commendari a levitate & integritate, aliisque virtutibus, inveniet. Auctor Cosmographiae vulgo Aethico adscriptae currere Phasin scribit millia CCCV. In Excerptis Julii Honorii oratoris, id spatium augetur D. mill. ibi enim extat Phasin currere millia DCCCV. quod tamen nimium est.

§. IV. *Terra Chavila, quae.*

IV. Describit Phisonem Moses accuratius, quod alluat vel circumeat כל ארץ החוילה *universam terram Chavila, ubi aurum est*, &c. Videamus an & hoc Phasidi conveniat. Ut autem indagemus quae sit terra Chavila, obser-

ſervandum eſt, probabiliter admodum id nomen regioni inditum eſſe ab homine quodam ita dicto, qui vel ipſe, vel cujus progenies eam primo incoluit. Ita antiquiſſimis temporibus fieri conſueviſſe nomina terrae Aſſur, Canaan, Javan, Mizraim & multa alia evincunt. Durum enim mihi videtur, quod Cl. Bochartus vult in *Phaleg cap.6. Mizraim* e. g. notare Aegyptum ab *anguſtiis* ita dictam, &c. & quum Chami filii dicuntur fuiſſe Chus, Mizraim, &c. id tantundem valere, ac Chami filii, qui conditores fuere vel incolae regionis Chus, Mizraim, uti ſi quis dicat Agenorem genuiſſe Thebas, quia Thebarum conditorem Cadmum genuit. Nec obſtat He הידיעה ſive demonſtrativum, nominibus propriis hominum praeponi non ſolitum; unde illud הארונה 2 *Sam.* 24: 16. appellativum eſſe Judaei interpretes ſuſpicantur, (לא תבוא הא הידיעה על שם האדם לפי שהשם הוא הידיעה ואין צריך ידיעת אחרת, *non componitur He demonſtrativum cum nomine hominis, quia id ipſi proprium eſt, nec alio indicio indiget*, ſcribit Grammaticorum Hebraeorum Princeps R. D. Kimchi in *Michlol pag.* 54. *ed. Ven.*) nam quum illa nomina hominum evaſerunt nomina gentium vel locorum, ſaepe ה praefigi Kimchi ipſe obſervat, uti *Ezech.* 38: 2. terram המגוג *Magog*, *Joſ.*

13:7.

13: 7. tribui הַמְּנַשֶּׁה *Menasse.* Quod si tamen Chavila חוילה a חול, ab arenis ita dictam velit, (quod etymon Κωλικοῖς genti Colchis vicinae aptius conveniret) nondeessent rationes, quae id illi regioni, quam nos per Chavilam intelligimus, tribui posse ostenderent. Sed lubentius credimus a viro ita dicto terram Chavila esse appellatam. In sacris autem literis duo Chavilae memorantur, unus nepos Chami *Gen.* 10: 7. alter nepos Heberi, frater Ophir. *Gen.* 10: 29. Legimus etiam nomen loci Chavila (incertum tamen an ab hoc vel illo Chavila ita dictus sit) bis in V. T. *Gen.* 25: 18. ubi Ismaelitae habitasse feruntur *a Chavila usque ad Sur*, e regione Aegypti & 1 *Sam.* 15: 7. ubi Saul traditur percussisse Amalekitas *inde a Chavila usque ad Sur.* E quibus nil certi potest colligi de situ Chavilae, nisi hoc solum, Sur & Chavila fuisse terminos oppositos & regionem Amalekitarum usque ad Chavila se extendisse. Ego autem non video quomodo de hac Chavila hic cogitari possit, quum nullus fluvius sit, qui hanc Chavilam cingat vel alluat. Illustris quidem Huetius, Pasitigrim, (ita appellat Euphratem post conjunctionem cum Tigri iterum secedentem & post non ita multa milliaria se in mare effundentem) pro illo fluvio habet, & Chavilam collocat ad lit-

tus

tus sinus Persici, uti ex ipsius dissertatione & praefixa mappa Geographica videre est. At non est id flumen tantae magnitudinis (quod uno tantum gradu i. e. 15. milliaribus Germanicis ipse Illustris Huetius in tabula Geographica definit) ut terram Chavilae & quidem emphatice כל ארץ החוילה *universam terram Chavilae* ambire possit dici. Et quis credat, qui contulit illa S. Scripturae loca in quibus mentio fit Amalekitarum, uti *Gen.* 14: 7. *Num.* 13: 29. 1 *Sam.* 30: 17. Amalekitas habitasse a Sur usque ad sinum Persicum, & Saulem eos persecutum cum exercitu per tam vastum terrarum spatium, quod ad minimum par est universae Italiae, & per loca deserta, ubi ipse cum copiis suis ali nequaquam potuisset. Nec credibile est tam bellicosam gentem tam inanes solitudines & eremos incolere aut voluisse aut potuisse. Debet itaque haec Chavila Amalekitica concipi, me judice, propior Aegypto, nec regio Amalekitarum extendi usque ad sinum Persicum, & ibi Chavila collocari. Adde, quod si illic Chavilam collocemus, vix apta sit phrasis 1 *Sam.* 15: 7. percussit Saul Amalekitas מחוילה *a Chavila usque ad Sur.* Num prius, ut caederet Amalekitas sibi proximos, perrexit ad Chavila, i. e. uti supponitur, littora sinus Persici, deinde vero ad Sur? Quis hoc credat? Debuit ergo illa Chavila non

tam

tam remota a finibus Cananaeae fuiſſe, ut inde coeperit Amalekitas oppugnare, atque ita perrexerit ad Sur. Hic conceptus convenit cum deſcriptione terrae Amalekiticae tradita in Sacris literis. Non ergo de hac Chavila cogitandum eſt, quum Chavilam in deſcriptione Paradiſi memoratam legimus, ſed de alia quadam. Sunt enim plura loca & regiones diſtinctae, quae idem nomen habent, uti jam dudum viri docti duplicem terram Lydiam & Aethiopiam eodem nomine לוד dictam in ſacris literis & כוש & alias invenerunt. Ita & *Tarſis* תרשיש, una ad quam per mare mediterraneum patebat iter *Jon.* 1: 3. altera quae ex ſinu Arabico ejusque portu Eziongeber adibatur. 2 *Chron.* 9: 21. & 2 *Chron.* 20: 36, 37. Nam cum Judaeis quibusdam fingere velle naves ex Eziongeber per neſcio quod Nili brachium in mare mediterraneum pervenire potuiſſe, contrarium eſt ipſi experientiae & hiſtoriae quae ſimias, pavones, &c. ex illa Tarſi relatos memorat, quae in locis mari mediterraneo adſitis non inveniuntur. Ita & duplex Aethiopia Homero *Odyſſ. lib.* 1. in initio. Quidni itaque, in aliam Chavilam quam illam, cujus meminit ſacer ſcriptor *Gen.* 25. *v.* 18. & 1 *Sam.* 15. *v.* 7. hic oculos intendere liceat, maxime quum illa nullo fluvio ambiatur, quod de Chavila Paradiſiaca di-

diserte Moses tradit: qui & ipse, quasi distinctionem innuere vellet hujus & illius Chavilae, in descriptione Paradisi ארץ החוילה *terram Chavila* eam appellat, quum illa alia Chavila, forte urbs non regio, simpliciter חוילה *Chavila* appelletur *Gen.* 25: 18. & 1 *Sam.* 15: 7. Uti hodieque multae urbes sunt, quae idem nomen gerunt cum regionibus maxime dissitis, uti E. G. in India Orientali, *Batavia urbs* longe alia est a nostra *regione Batavia*, & ארץ *Batavia*, non urbi sed nostrae regioni convenit. Praeterea, quum duo fuerint viri nomine Chavilae, uti dictum, quidni aliam quoque ab illa *Gen.* 25: 18. &c. licet concipere, quam, quia ignotior erat nec tam vicina Cananaeae, Moses accuratius describit (non simpliciter ut *Gen.* 25: 18. nominat) ab auri & aliarum rerum copia, quae ibi inveniuntur. Quod eo studiosius fecisse existimandus est, ne lectorem suum in confusionem induceret, ac si illa Chavila Paradisiaca eadem esset cum Amalekitica, quam satis noverant Israelitae, & quae nunquam ab auro celebratur, quod alias Amalekitae maxima copia habere debuissent. Ubi itaque haec Chavila quaeri debeat ex adjunctis criteriis optime edocebimur, ubi sc. aurum est, & quidem optimae notae, ubi crystallus & smaragdus. Quae quum in Scythia,

cu-

cujus pars Colchis eſt, inveniantur, & illa quoque, aurum ſc. cryſtallus & ſmaragdus, a profanis ſcriptoribus tanquam ſingularia iſtius terrae decora recenſeri ſoleant, uti hic a Moſe fit, nec nomen Chavilae & Colchidis Hebraice ſcriptum multum differat, & eam regionem Phaſis i. e. Phiſon alluat, eo reſpiciendum arbitror, & a Chavila, fratre Ophir (cujus terra ſimiliter auro affluebat, quod magna copia ſibi Salomon comparavit, de quo nos alias) nepote Heberi, vel poſteris ejus, ita dictam ſuſpicor.

§. V. *Chavila non Colchis proprie dicta.*

V. Poſſumus autem per Chavilam intelligere Colchidem proprie dictam quae Phaſin flumen a meridie habet, & a ſeptentrione montes Scythicos, quos varie varii nominant, quamvis Diodorus Siculus *lib.* 1. *c.* 54. Colchos primitus etiam illa loca quae erant juxta paludem Maeotidem incoluiſſe ſcribat, atque ita latiſſimum Scythiae ſpatium Colchis tribuat, ſic ut dicamus in ea aurum praeſtantiſſimum & ſmaragdos & cryſtallos inveniri, quandoquidem generatim de Scythia (cujus partem eſſe Colchida demonſtravimus) affirmant veteres & aurum & reliqua Moſi memorata ibi reperiri, & optimae quidem notae fuiſſe. Verum ea nos tenet opinio, quod latior terrae tractus per Chavilam poſſit intelligi, ſi attendamus ad tempora Moſis, quum incogniti eſſent

essent tractus septentrionales, nec tam distincti regionum termini, uti postea, quando Scythia in Europaeam & Asiaticam, & utraque in varias regiones, distingui coepit. Nam & saeculo Augustaeo quam exigua fuerit notitia terrarum ultra Phasin & Colchida sitarum, monumenta veterum Geographorum satis ostendunt. Quae cum ita sint, non puto nos nimis religiosos esse debere & terram Chavilah praecise definire iisdem terminis, quibus Colchis vulgo definiri solet, sed latius licere nobis excurrere in Septentrionalem Asiam, ne videamur nos praecise Colchidi illa velle vindicare, quae Scythiae generatim, aut illis Scythiae partibus, quae mari Caspio propius adjacent, veteres videntur attribuisse.

VI. At quomodo, dicet aliquis, ex Chavila potest fieri Colchis? Ea difficultas facilis superatu est, si attendamus ad scriptionem utriusque vocis orientalem: nam aut easdem literas radicales aut literas ejusdem organi inter se mutatas continent. Qui enim sine praejudicio vocem חולח *Cholch* (unde addita terminatione *is*, *Cholchis*) confert cum חוילה *Chavila*, facile videt non adeo magnam esse inter has duas differentiam, quin longe majores admittere debeamus in aliis regionum & urbium nominibus, quae aut ab incolis, aut ab exteris, a prima pronunciatione detorta sunt. Quam

§. VI. *Ex Chavila nata vox Colchis.*

levis eſt mutatio ה in ח? Sunt literae ejuſdem organi, & ה in fine a Graecis legi non poterat: debuit itaque mutari. In quam convenientius quam ח? Inter ה enim & ח nil eſt, niſi differens gradus aſpirationis. Illa minor, haec major eſt. Dein Κόλχις dixere per K, quod durum Graecis auribus eſſet Χόλχις, ad vitandam κακοφωνίαν, uti φασὲκ pro פסח, 2 *Chron.* 30: 15. & 2 *Chron.* 35: 1. 6. 13. 17. ſcripſere Graeci Interpretes, & κάβιλος a חבל ductum, & Ἄνακος a חנוך & 1 *Reg.* XI: 20. θεκεμίνης ex תחפנים. Jod excidit: at quot non literae ex nominibus regionum ſaepe exciderunt, & quae potuit facilius perire hac ipſa litera, ob exilitatem ſuam? In ipſis ſacrarum tabularum verſionibus non deſunt ejus rei exempla. Quod Hebraice מחזיאת legitur 1 *Chron.* 25: 4. Graeci Jod extruſo μεαζὼθ reddidere, אריס' *Eſth.* 9. 8. Graece redditur ἀρσαῖος, בארי *Gen.* 26: 34. βεώρ. Adde, quod ſi חוילה a חול, *arenis*, dicatur, uti ſuſpicatur Cl. Bochartus, vix ulla ſit difficultas. Et quid ſi adhuc majus eſſet diſcrimen inter voces *Colchis* & *Chavilah*, non tamen tota hypotheſis ideo eſſet deſerenda, quum notiſſimum ſit, nil facilius corrumpi, quam nomina propria locorum, & ſaepe nonniſi tenue veſtigium priſci nominis remanere. Diſſimulare tamen hoc loco non poſſum me & aliud nominis

minis antiqui *Chavila* veſtigium, in eodem hoc Iſthmo, in quo Chavilam & Phiſonem collocamus, inveniſſe, in urbe ſc. Χάβαλα, *Chabala*, quae & ipſa praecipua Albaniae civitas, & in ea regione, quam nos pro Chavila habemus, ſita fuit. Quod nomen ita plane exprimit vocem *Chavila*, ut vix major convenientia optari poſſit.

VII. Nunc de ſingulis paulo accuratius agamus. Scythiae partem Colchida eſſe diximus. Quod licet demonſtrari poſſet ex eo, quod nonnunquam omnes accolae Ponti Euxini Scythae appellentur, non tamen neceſſe eſt, ut latiſſimo ſenſu hic Scythiam accipiamus, ſed eo, quo vulgo fieri ſolet. Juſtinus *lib.* 2. *Scythia includitur Phaſi flumine.* Phaſis autem flumen eſt Colchidis, ut vel tyronibus notum. Idem vero flumen Scythiae appellatur. Plutarchus, ſeu quiſquis auctor libelli *de fluminibus*, Φᾶσις ποταμός ἐστι τῆς Σκυθίας. *Phaſis fluvius eſt Scythiae.* Ita & Phavorinus ex veteribus Lexicis, & illa ex Scholiis. Inter quae hoc Scholiaſtae Pindari in *Pythiis Od.* IV. ad haec verba.

§. VII. Colchis pars Scythiae.

—— ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτ' ἐνή-
λυθον. — *Phaſin deinde ingreſſi ſunt.*

Φᾶσις δὲ ποταμός ἐστι Σκυθίας τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν. *Phaſis fluvius eſt Scythiae Aſiaticae.*

Subdit idem ἔστι καὶ ἕτερος Εὐρώπης πλησίον τῆς Μαιώτιδος λίμνης καὶ τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ. *Est & alter in Europa prope paludem Maeotidem & Tanaïm fluvium.* Ita & Orpheus in *Argon. v.* 1050. An forte is Ψάθις *Psatis* est Ptolomaei? Situs aliquo modo convenit. An Hypanis potius, ut Holstenius vult in *Not. ad Steph. de Urb. p.* 143. Scholiastes Lycophronis *ad v.* 887. similiter λέγονται δὲ οἱ Κόλχοι καὶ Σκύθαι Ἀσιανοί. *Appellantur autem Colchi & Scythae Asiatici.* Valerius Flaccus in init. *Argon.*

—— Scythici quae Phasidis oras
Ausa sequi ——

& *lib.* II. 596.

—— Scythicum gens quaeritis amnem.

& *lib.* VI. *v.* 319.

Jam Scythicos miserande sinus, jam Phasidis amnem
Contigeras ——

Sic Ovidius Medeae patriam in Scythia locat, *Metam. l.* 7. 195.

Attulerat secum Scythicis aconiton ab oris.

Quod forte idem fuit cum veneno illo Scythico cujus parandi modum tradit Aristot. *de mirab. audit.* Urbs regia Aeetae, regis Colchorum, Scythica urbs dicitur Valerio Flacco *Argon. l.* V. *v.* 225. & 326. comites Medeae Scythides *ib.* 343. Colchis ipsa, orae Scythicae *lib.* III. *v.* 653.

Jam-

Jamque ratem Scythicis forſan ſtatuiſſet in oris,

& Scythia *lib.* 1. *v.* 745.

—— *Mox Scythiae ſpoliis nuribuſque ſuperbus*

Adveniet.

VIII. Imo, ne quis putet minus proprie hanc regionem Scythiam appellari, obſervandum eſt primos Scythas in hoc Iſthmo, ſive iis terrarum anguſtiis, quae ſunt inter Pontum Euxinum & mare Caſpium, ubi Phaſis & Araxes fluunt, habitaſſe, & deinde demum ſe effudiſſe in tractus magis ſeptentrionales. En verba Diodori Siculi *lib.* 2. 43. Οὗτοι γὰρ (Σκύθαι) τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ὀλίγην ἐνέμοντο χώραν, ὕστερον δὲ κατ' ὀλίγον αὐξηθέντες διὰ τὰς ἀλκὰς καὶ τὴν ἀνδρείαν πολλὴν μὲν κατεκτήσαντο χώραν τὸ δὲ ἔθνος εἰς μεγάλην ἡγεμονίαν καὶ δόξαν προήγαγον. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον παρὰ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ὀλίγοι κατῴκουν παντελῶς καὶ διὰ τὴν ἀδοξίαν καταφρονούμενοι. *Hi quidem (Scythae) in initio parvam regionem poſſidebant, poſtea vero paulatim aucti per virtutem vireſque multas regiones occuparunt, & ad magnam potentiam gloriamque pervenerunt. Antiquitus vero pauci admodum numero & ob ignobilitatem contemti juxta flumen Araxis conſederant.* Quae quum primae ſedes Scytharum fuerint, & ea regio aut Paradiſum

§. VIII. *Primae Scytharum ſedes circa Colchidem.*

disum ipsum complexa olim, aut ei admodum fuerit vicina, (juxta hypothesin nostram) & ibidem genus humanum per Noachum, quasi alterum Adamum, fuerit restauratum, Scythis, cum Aegyptiis quondam de antiquitate contendentibus, (quam disputationem Justinus fuse narrat *init. lib.* II.) palmam tribuendam esse existimarem. Sine dubio enim illa regio prope Araxen, ubi Scythae primo consederunt, prius incoli coepta est, quippe vicinior descensui familiae Noachicae ex arca, quam remota Aegyptus.

§. IX. *Chavilae aurum, idque praestans.*

IX. In Colchide, & Scythia aurum provenire non est quod operose probemus, quandoquidem aurei velleris inde rapti ab Jasone fabula neminem latet. Notatu digna sunt in hanc rem verba Strabonis Geogr. *lib.* x. Παρὰ τούτοις δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάρρους. Ὑποδέχεσθαι δὲ αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτναις κατατετρημέναις καὶ μαλωταῖς δοραῖς, ἀφ' οὗ δὴ μεμυθεῦσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρας. Ἐι μὴ καὶ Ἴβηρας ὁμωνύμως τοῖς ἑσπερίοις καλοῦσιν ἀπὸ τῶν ἑκατέρωθι χρυσείων. *Apud illos dicuntur torrentes aurum deferre, quod barbari excipiunt tabulis perforatis & lanosis pellibus, unde ficta est aurei velleris fabula. Et fortasse Iberes eodem nomine appellantur, quo occidentales, quod apud utrosque aurum inveniatur.* Quibus adde testimonium

monium Appiani, *de bell. Mithrid. pag.* 242. *edit. Steph.* qui Pompejum ſuo tempore in Colchide vidiſſe hos auriferos rivos refert, in quos vellera villoſa demergebant accolae, quibus ramenta auri minutiſſima facile adhaerebant, atque ita extrahebantur. Et tale fuiſſe vellus illud aureum, quod Jaſon rapuit, idem opinatur. Sed ipſa verba Graeca habe. *ψρυσοφοροῦσι δ' ἐκ τοῦ Καυκάσου πολλαὶ πηγαὶ ψηγμα ἀφανές. Καὶ οἱ περίοικοι κώδια θέντες ἐς τὸ ῥεῦμα βαθὺ μάλα τὸ ψῆγμα ἐνισχόμενον αὐτοῖς ἐκλέγουσι. Καὶ τοιοῦτον ἦν ἴσως τὸ χρυσόμαλλον Αἰήτου δέρας.* De Scythis Aſiaticis in genere Solinus, *c.* 15. *auro & gemmis affluunt.* Ita & Euſtathius in Dionyſ. *περιήγ. Χρυσὸν παρ' αὐτοῖς οἱ χείμαρροι καταφέρουσι. Aurum apud illos torrentes deferunt.* Quin & aureas regis Colchici cameras & argenteas trabes Plinius memorat *lib.* 33.3. Non parum hoc facit ad auri Colchici commendationem, quod e fluminibus colligatur, atque eo magis convenit cum verbis Moſis וזהב הארץ ההוא טוב *& aurum iſtius terrae bonum eſt.* Ita de illo auro, quod e fluminum ramentis eruitur, Plinius *lib.* XXXIII. *cap.* 4. *nec abſolutius aurum eſt, curſu ipſo trituque perpolitum.* Quod eo magis ad rem faciet, ſi conſideremus Phaſin fluvium fuiſſe rapidiſſimum & profundiſſimum. Oportet ergo optimae notae id aurum fuiſſe.

Strabo lib. I. Ἥτε Μήδεια φαρμακὶς ἱστορεῖται καὶ ὁ πλοῦτος τῆς ἐκεῖ χώρας ἐκ τῶν χρυσείων, &c. *Medea autem venefica & divitiae ejus regionis ex auro, &c. memoriae proditae ſunt.* Quin & de ſuis temporibus teſtatur Agathias *lib.* III. *hiſtor. p.* 72. ſe nullam gentem vidiſſe adeo celebrem, πλούτου τε ὑπερβολῇ καὶ πλήθει, *opum excellentia & multitudine*, locorum opportunitate & abundantia rerum neceſſariarum & morum elegantia praeſtantem. Nunc ſecus ſe habent omnia.

Tantum aevi longinqua valet mutare vetuſtas.

§. X. *Aurum quomodo ex aquilone veniat. Job.* 37.

X. Ad aurum hoc Colchicum non attenderunt, qui crucem ſibi & aliis fixerunt in his verbis Jobi, *cap.* 37. 22. מצפון זהב יאתה *ex Aquilone aurum venit.* Quae verba ſimpliciter ita reddita & intellecta ſenſum fundunt aptiſſimum. Sive enim in Arabia ſive Palaeſtina haec dixerit Elihu, Colchicam regionem ab Aquilone utriuſque ſitam fuiſſe nemo dubitat: quumque aurum Colchicum adeo celebratum inter veteres fuerit, & idem illud ſub nomine auri Chavilae tanquam excellens depraedicet Moſes; non video cur a ſimplici ſenſu haec verba detorqueri debuerint, ut vulgo faciunt & Judaei & Chriſtiani Interpretes, qui per aurum intelligunt *tempeſtates claras ut aurum*, vel *nubes coloris aurei*, vel *ſerenitatem aureamve lucem*,

quae

quae oriantur ubi aquilo nubes dispulit. Fuerunt, fateor, qui aurum ipsum hic intellexerunt, sed per Aquilonarem plagam, e qua aurum venit, fodinas Pannoniae & Austriae innui censuerunt. At tunc ex occidente potius aurum venire dicendum fuisset, & illas fodinas Jobi tempore notas fuisse non potest ostendi: nec videtur probabile. Verum, quid opus erat omni ista ambage, quum Colchis in plaga septentrionali, respectu Arabiae & Palaestinae sita, imo & respectu Graeciae (quo sensu Jasoni apud Valerium Flaccum *lib*. v. de Colchide.

—— Nec fama fefellit
Soligenam Aeeten media regnare sub arcto)

regio olim fuerit auri feracissima, uti docuimus. Quod si Moses ipse auctor libri Jobi fuit, minus mirum est, illum qui *Gen.* 2. aurum Chavilae, i. e. Colchidis celebravit, hic scribere, aurum ex Aquilonari tractu venire. Et credibile est aurum Colchicum, utpote loco descensus familiae Noachicae ex arca, & restituti generis humani, proximum, prius innotuisse, quam illud quod ex aliis terris remotioribus petebatur.

XI. At de auro in Colchide vel Scythia, cujus ea pars est, inveniendo non adeo videtur laborandum, quam de אבן השהם & ברלח *§. XI. Difficultas in interpretandis la-*

 quae

pidum pretiosorum nominibus.

quae ibi quoque inveniri tradit Moses. Videamus quid per בדלח intelligere liceat, & dein quid per שהם. Antequam vero in haec inquiramus, juvat observasse plerosque Viros eruditos fateri, incertum esse quid per gemmas in V. T. memoratas, & speciatim *Bedolach* & *Schoham* debeamus intelligere. Cl. Huetius de hoc argumento scripturus in lib. suo de *situ Paradisi cap.* XI. haec fateri non dubitat. *Consentiunt in eo homines eruditi nominum Hebraeorum gemmis impositorum ignorari hodie significationem, observatumque est ex gemmis, quae in rationali summi sacerdotis erant, non nisi Sapphirum & Jaspidem fuisse sua nomina retinentes. Sed asseveraverim non satis nos certos esse gemmas quas Hebraei Sapphirum & Jaspidem nominant illas ipsas esse, quae hoc nomine hodie veniunt.* Ludovicus Capellus in not. Crit. ad Gen. 2. agens de lapide *Schoham*, *Cujusmodi fuerit lapis ille certo non scitur.... LXX. interpretes transferunt, βηρύλλιον, σμάραγδον. .... quae mira est hominum illorum inconstantia & inscitiae hac in parte apertissimum argumentum.* Salmasius in Exerc. Plin. ad Solinum *pag.* 763. *Illud scio incerta illa omnia lapidum nomina esse, nec satis nota magistris ipsis.* Cl. Braunius in *lib. de Vest. Sacerd. Hebr. lib.* II. *cap.* VIII. de gemmis vesti Pontificis insertis acturus, *non est mirum,*

rum, inquit, *ſi inter res S. Scripturae quae explicari nequeunt, lapides pretioſi ponantur ab auctoribus*, & Hieronymum citat ad *Ezech. c.* 28. ſcribentem lapides illos magnam & legenti & differenti facere quaeſtionem & Aben Ezram ad *Exod.* 28. fatentem, nullam ſibi eſſe certam rationem interpretandi illas gemmas, & Saadiam eas tranſtuliſſe pro lubitu.

XII. Quum itaque in partes abeant & Interpretes & alii Viri Eruditi quorum interpretationes congeſſit Cl. Braunius *lib. mox citat. p.* 575. quo Lectorem remittimus, ne actum agamus, liberum nobis erit, uti alii ante nos fecerunt, aliquam ex iis eligere, ſed nec quamlibet (ne videamur hypotheſeos firmandae gratia ſolum modo eam amplecti) ſed probabiliſſimam. Communis Judaeorum opinio eſt (ita ſcribit in Lexico ſuo Cl. Buxtorfius) בדלח eſſe Cryſtallum. Ita Raſchi ad *Num.* XI. 7. ברולח שם אבן טובה קריסטל *Bedolach eſt nomen lapidis pretioſi, Cryſtalli.* Ita & Elias de Pomis in Lexico. Graeci Interpretes Alexandrini *Num.* XI. 7. tranſtulerunt quoque κρύςαλλον, quamvis altero loco (non enim niſi bis in V. T. legitur) ἄνθραξ. Non placet tamen ea verſio Cl. Bocharto, qui per בדלח *margaritas*, non *cryſtallum* vult intelligi, Hierozoic. P. I. pag. 674. ob duplicem rationem, quarum prima eſt, quod

§. XII. *Bedolach videtur eſſe Cryſtallus.*

quod terra Chavilae, in qua Bedolach invenitur, ſit pars Arabiae ad Catipham & Bachrain, ubi non cryſtalli ſed margaritae eruuntur. Atqui negamus terram Chavilae ibi ſitam fuiſſe, quod ſupponit Vir Eruditiſſimus: & rationes ante dedimus. Altera eſt, quod Manna dicatur ſimilis colore fuiſſe τῷ בדלח, ergo, ait, Bedolach non eſt cryſtallus, nam Manna colorem cryſtalli non habet. Ego vero non video cur Mannae color dici non poſſit conveniſſe cum colore cryſtalli. Nec enim licet argumentari hoc modo; quia hodierna Manna (licet & hujus plures ſpecies ſint & nonnullae ſatis ad cryſtalli ſplendorem accedant) margaritis ſimilior eſt quam cryſtallo, ergo illa quoque coeleſtis Manna ita ſe habuit. Nam illa erat miraculoſa & longe alterius naturae; quippe non ex plantis ſed humo legebatur, radiis ſolis liquefiebat, maxima copia deſcendebat, ut tot hominum millibus in cibum ſufficeret) & die Sabbathi non deſcendebat, & mola tundi poterat, ſic ut plane fuerit illa Manna a noſtra diverſa. Atque ideo tam accurate deſcribitur quia differebat a vulgari. Quidni itaque & illi cibo coeleſti major ſplendor & convenientia cum cryſtallo poterit tribui? Non video quid obſtet.

§. VIII. *Cryſtallus* XIII. Reſtat, ut Scythiae noſtrae Cryſtallum vindicemus, oſtendamuſque illum & ibi inve-

inveniri. Scythiam Asiaticam describens Solinus *cap.* xv. inter alia haec habet. *Istic & crystallus, quem licet pars major Europae & particula Asiae subministret, pretiosissimum tamen Scythia edit.* Cujus rei ratio datur, quod ibi optimi sint, ubi maxime hibernae nives rigent, quod de Caucaseis Colchidi vicinis aliisque supra Pontum Euxinum & mare Caspium optime potest intelligi. Ne quis autem putet, quum Crystallus in Scythia Asiatica inveniri dicitur, Scythiae illam partem, quae Bactrianae propior est & orientalior, debere semper intelligi, sciat etiam ad Thermodontem, fluvium Scythiae, & ipsum Phasidi proximum, quique se, perinde ut Phasis, in Pontum Euxinum exonerat, crystallum magna copia inveniri. Ita Dionysius *in Pereg. v.* 781. de Thermodonte. *Scythiae optimus.*

Κείνου δ' ἂν ποτάμοιο περὶ κρυμώδεας ὄχθας
Τέμνοις κρυστάλλου καθαρὸν λίθον, οἷά τε πάχνην
Χειμερίην.

Illius autem fluvii circa frigidas ripas]
Secabis crystalli purum lapidem veluti glaciem
Hibernam.

Unde & ipse Thermodon κρύσταλλος olim dictus est. Licet Auctor libelli *de Flumin.* & Eustathius *in Schol. in Dionys.* aliam rationem

nem proferant, quod ſc. *ἢ θέρει πήσσεται*, *ipſa aeſtate congeletur.*

§. XIV. *Lapis Schoham eſt Smaragdus.*

XIV. Denique & circa Phiſonem inveniri אבן השהם *lapidem Schoham* Moſes tradit. De quo multa diſputatio eſt. Qui varias Interpretum ſententias conferre vult, *Cl.* Braunium *lib. cit.* adeat. Hieronymus *in Epiſt. ad Fabiol.* שהם ſcribit ab Aquila & Symmacho & Theodotione Onychinos, a Septuaginta Smaragdos transferi. In noſtra autem verſione τ͂ LXX. quae non plane eadem eſt cum antiqua illa ſed ex multis conſarcinata, *Exod.* 28: 10. 27. & 39. 6. *σμάραγδον* vertunt, & *Gen.* 2: 12. *λίθον πράσινον*, gemmam viridem (eſt autem Smaragdus viridis & per excellentiam *λίθος πράσινος* dicitur) ſed alibi aliter. Epiphanius quoque *in tract. de* XII. *Gemm.* verba Moſis *Gen.* 2: 12. citans השהם transfert *λίθον τὸν πράσινον.* Quibus adde, quos Vir Summus, P. D. Huetius, in tractatu ſuo *de Situ Paradiſi p.* 122. citat, auctorem verſionis antiquae Italicae, Euſebium, Severianum, Ambroſium, Auguſtinum & plures Eccleſiae patres, qui lapidem praſinum vertunt, licet ipſe fateatur nihil certi de lapide Schoham proferri poſſe. Atqui שהם, unde שהם *Schoham* videtur duci, *nigrum*, uti سحم Arabibus *nigrum*, *fuſcum*,

tene-

tenebrosum notat: quomodo hoc convenit Smaragdo, quem virere in confesso est? Fateor: at notari meretur optimos Smaragdos esse, qui maxime ad nigredinem accedunt, quum scilicet viriditas eorum nigro obfuscatur & tam sature virides sunt, ut fere nigri appareant. Ita Isidorus. *Smaragdus a nimia viriditate dicitur: omne enim satis viride amarum dicitur.* Nullis enim gemmis vel herbis major hoc austeritas est.

XV. Et optimos hosce, sive austeros Smaragdos in Scythia, non secus ac ברלח, crystallum, inveniri Plinius docet, *lib.* XXXVII. *cap.* V. *Nobilissimi Scythici, ab ea gente in qua reperiuntur, appellati: nullis major austeritas, nec minus vitii: & quantum Smaragdi a ceteris gemmis distant, tantum Scythici a ceteris Smaragdis.* Solinus de Scythia Asiatica loquins, quam apposite? cap. XV. *Smaragdis hic locus patria est, quibus tertiam inter lapides dignitatem Theophrastus dedit: nam licet sint & Aegyptii & Chalcedonii & Medici & Laconici, praecipuus est honor Scythicis. Nihil his jucundius nihil utilius vident oculi.* Tertullianus in *lib. de resurr. carnis* propterea Scythicas & Indicas gemmas solas celebrat, quod optimae essent *pag.* 378. *ed. Rigalt.* Atque ita putamus liquere, quis sit Phison, Phasis nimirum, fluvius Scythiae, regionis, in qua opti-

§. XV. *Smaragdi Scythici optimi.*

optimum aurum & cryſtallus pretioſiſſimus, & Smaragdi praeſtantiſſimi, uti probatum dedimus; ſimulque nos voces ברלח & שהם non ſine exemplo, imo juxta opinionem Eruditiſſimorum Interpretum, tranſtuliſſe.

§. XVI. *Fluvius Gihon eſt Araxes.*

XVI. Pergamus ad alterum Paradiſi fluvium, quem his verbis deſcribit ושם הנהר השני גיחון הוא הסובב את כל ארץ כוש *Et nomen ſecundi fluvii eſt Gihon. Hic eſt qui alluit totam terram Cush.* Nomen hujus fluvii גיחון derivari a גוח *erumpere*, *prodire* a Cl. Huetio *cap.* XII. libri laudati & aliis obſervatum eſt, ſic ut גיחון notet fluvium, *qui prodit*, *qui erumpit*. Unde a Jonathane 1 *Reg.* 1: 33. per שלוח i.e. *emiſſum* transfertur. Utuntur eadem voce جيحون גיחון Perſae pro fluvio majore & dicunt e. g. גיחון אלרס גיחון קנק *flumen Araxes flumen Ganges*, quamvis hodie pro ſolo Oxo, fluvio celebri Chouaresmiae, vulgo accipi ſoleat. Hic autem Gihon nobis idem fluvius eſt, qui Araxes Graecis & Latinis dictus, hodie الرس *Arras* accolis, modo Armeniae, modo Scythiae, fluvius appellatur, & Cyro mixtus ſe effundit circa grad. latitud. 40. & long. 85. in mare Caſpium. Quemque Arrianus lib. VII. de exped. Alex. inter maximos Aſiae fluvios recenſet. Ut pro-

hoc ſtatuamus facit non tantum ipſa Syſtematis noſtri ratio, quod fontes alicujus fluminis propiores fontibus Tigridis, Euphratis & Phaſidis nuſpiam invenit, ſed mira convenientia nominis גיחון cum Araxe. Quod enim Gihon Hebraeis ſonat, idem الرس *Arras* vel ارس *Aras* (nam & ita ſcribitur in M.S. mea Geographia Perſice conſcripta ab Abulhaſen Saad Ibn Ali, ex provincia Sjursjan oriundo, & aliis) accolis, ſc. prodeuntem, profluentem. Eſt enim vox Perſica ducta a رسیدن *provenire, profluere*, notatque in genere *fluvium*, ſed uſus id nomen huic fluvio per eminentiam attribuit.

XVII. Hoc obſervaſſe utile eſt ut intelligamus cur multos Araxes memoraverint veteres, & quomodo nata ſit illorum confuſio, de qua omnes fere Critici & Geographi conqueruntur. Sc. *Araxes* nomen generale eſt, quod quemvis fluvium notare poteſt, & omne quod profluit. Hinc Veteres Graeci quum viderent flumen, rogantes, quomodo id appellarent, reſponſum tulere ab accolis الرس *Arras* (Graeca terminatione ἀράξης vel Ἀρόσης, nam & ita ſcribitur) i. e. *flumen*. Quod quum illi putarent eſſe nomen proprium §. XVII. *Plures Araxes, unde?*

ejus fluvii, multos Araxes in Armenia & Persia finxere. Ita praeter hunc Araxen Thermodonta, qui ſe in Pontum Euxinum effundit, etiam Araxem dictum tradunt Graeci. Ita Scholiaſtes Apollonii *ad Argon. l.* 4. Ἀράξης ποταμὸς Σκυθίας. Μητρόδωρος δὲ ἐν πρώτῳ τῶν περὶ Τιγράνην τὸν Θερμώδοντα ἀράξην φησὶ λέγεσθαι. *Araxes fluvius eſt Scythiae. Metrodorus autem de reb. Tigranis Thermodonta etiam Araxem dici tradit.* Idem, vel iidem, *ad lib.* 2. Ἀράξης ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον ὁμωνύμως τῷ ἐκ τῆς Ἀρμενίας ῥέοντι. (Thermodon) *olim Araxes appellabatur eodem nomine quo flumen illud quod ex Armenia fluit.* Curtius fluvium بندامير *Bendemir*, qui Iſtachram (ubi olim Perſepolis) praeterlabitur, Araxen quoque appellat. *lib.* v. *Hujus* (*Perſepolis*) *veſtigium non inveniretur niſi Araxes amnis oſtenderet. Haud procul moenibus fluxerat.* Ita & Strabo lib. xv. πρὸς αὐτῇ Περσεπόλει τὸν Ἀράξην διέβη, *prope Perſepolin Araxen tranſiit* (*Alexander*): & Diodorus Siculus fere iisdem verbis. Herodotus *lib.* 1. Oxo Maſſagetarum termino hodie جيحون *Sjihoun*, Araxis nomen dat. Ita & Dionyſius in Περιηγ. *v.* 739.

Τὺς δὲ μετ' ἀντολίην δὲ πέρην κελάδοντος Ἀράξυ
Μασσαγέται ναίυσι, θοῶν ῥυτῆρες ὀϊςῶν.

*Post hos, (*Bactros*) orientem versus, transfrementem Araxen*
Massagetae degunt, qui veloces emittunt sagittas.

Meminit & Scymnus Chius cujusdam Araxis, e quo Tanais ortum habet, quem diversum ab Araxe Armenico credidit his verbis.

Εἰς ἣν ὁ Τάναϊς ἀπὸ ῦ ποταμῦ λαβὼν
Τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως ἐπιμίσγεται ——

Ita metrum disponit, qui primum λείψανα Scymni edidit, Lucas Holstenius,

Miscetur illi (sc. paludi Maeotidi) *Tanais amnis, & capit*
Originem suam ex Araxe flumine.

Ad cujus loci intellectum haec verba Aristotelis in *Meteorol. lib.* 1. *c.* 13. multum faciunt. Ἐκ μὲν ῦν (Παρπαμισῦ) ῥέυσιν ἄλλοι τε ποταμοὶ καὶ ὁ Βάκτρος καὶ ὁ Χοάσπης καὶ ὁ Ἀράξης. Τύτυ δ' ὁ Τάναϊς ἀποσχίζεται μέρος ὤν, εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην. *Ex hoc (monte Paropamiso) fluunt & alii fluvii, Bactrus & Choaspes & Araxes. Ab hoc autem Tanais, pars ejus existens, in Maeotin lacum effunditur.* Error inde natus videtur, quod Jaxartem (qui & Araxes nonnullis dictus

eſt, quemque Scythae *Silun* appellant, teſte Plinio *lib.* VI. *c.* 16. ubi lege *Sihun*, سيحون) Alexander & milites ejus Tanain eſſe putaverint, uti Plinius *ibid.* & Plutarchus. Nec alium videtur Alexander innuere, quum apud Plutarch. *orat. poſt. de virtut. Alexandr.* pag. 335. artifici, qui montem Athon in ſtatuam ejus formare volebat, reſpondit, ἐμὲ δὲ ὁ Καύκασος δείξει καὶ τὰ Ἠμωδὰ, καὶ Τάναϊς, καὶ τὸ Κάσπιον πέλαγος, αὗται τῶν ἐμῶν ἔργων εἰκόνες. *Me & Caucaſus monſtrabit & Tanais & Caſpium mare. Hae ſunt meorum operum imagines.* Nam verum Tanain non vidit, licet Plutarchus ibidem *pag.* 341. ſcribat contrarium, ut & Curtius 7. 5. & *lib.* 6. *c.* 4. quoſdam eſſe qui Maeotim paludem in mare Caſpium cadere putent. Sed confunditur ita Jaxartes vel Orxantes vel Orexartes (nunc Sihoun) cum Tanai, quos recte diſtinxit Arrianus *lib.* III. Sic paſſi ſunt ſe decipi Veteres, nomen *Arras*, quod *fluvium* in genere notat, accipientes pro nomine hujus illiusve fluvii. Araxen Armenicum excipio, qui κατ᾽ ἐξοχὴν ita dictus eſt. Eodem modo & aliis nominibus decepti ſunt : nam cum & خاده رود ῥουδγάνη, *fluvium* Perſis notaret, quidam fluvium nomine proprio ῥωγάνιν dici Perſis (ita paulum flexerunt vocem Perſicam

ad

ad morem Graecum & abjecere D, uti Azotum ex Aſdod אשדוד, &c.) memoriae prodiderunt. Eſt autem hoc idem cum الرس *Araxes*, i. e. *fluvius*. Vide Arrianum *in Exp. Alex.* & Illuſtrem Salmaſium *in Exerc. Plinian. pag.* 846. qui ſagaciſſime odoratus eſt eundem eſſe fluvium Araxen & Rhoganin, ſed ex lingua Graeca explicare convenientiam conatus eſt, eo quod ἀράξαι, *perfringere*, *perrumpere* idem notaret ac ῥωγὴ *ruptura*. Sed nomina fluviorum Perſicorum tutius meo judicio ex lingua Perſica petuntur. Ibi autem Araxes, & *Rogan* notiſſimae voces ſunt, quae fluvium notant.

XVIII. Dum hunc errorem caſtigamus in voce Araxis commiſſum, & veterem Geographiam hac confuſione Araxium liberamus, idem de fluvio Cyro, qui Araxi Armenico mixtus ſe cum eo exonerat in mare Caſpium monere conſultum ducimus. Scilicet *Cor*, (ita jam Texeira monuit in Itin. ſed uſum ejus obſervationis non oſtendit) addita Graeca terminatione κόρος (ita Dionyſ. ſcribit in περιήγ. Et Strabo κῦρον quidem appellat ſed & olim κόρον dictum memorat lib. XI.) vel κοῦρος, aut κῦρος, ſimiliter *fluvium* notat & quidem ordinario minorem, quamvis per eminentiam Cyro Armenico de-

§. XVIII. *Plures Cyri unde?*

tur, qui Araxi est proximus. Hoc quoque quum non attenderent veteres, plures fluvios nomine Cyros prodidere, simili errore ac in Araxe commiserant. Pari modo in Persia nomen proprium fluvii Oaten fecerunt, quod audirent fluvium aliquem ibi وادى Ουάδ dici, quod flumen quodvis notat, & unde Baetis وادى الكبير *Wad*, sive ut Hispani scribunt, *Guad Alkebir*, *fluvius magnus* dictus est. Meminit Oatis Ammianus Marcellinus *lib.* XXIII. *Fluvii vero multi per haec loca* (Susianorum) *discurrunt, quibus praestantior Oates, & Harax* (qui aliis addita terminatione Graeca Araxes) *& Meseus* (nomen fortasse ductum ex مشرقان *Meschercan* qui fluvius est Susianae praeterfluens urbem Asker macroum) *per arenosas angustias, quae a rubro prohibent Caspium mare, aequoream multitudinem inundantes.*

§. XIX. *Terra Cus, regio Cussaeorum.*

XIX. Describitur porro Gihon a Mose quod alluat vel cingat, (ex parte scilicet, alias enim oporteret & terram Chavila quae a Phisone cingitur, & hanc terram insulas fuisse) *terram Cus* ארץ כוש.... Quod nomen mihi videtur idem esse hoc loco (in V. T. libris etiam aliter accipi non nego) cum regione Cossaeorum aut Cussaeorum, quae non longe

longe fuit ab Araxe, ie. e. Gihone juxta nostram opinionem, Ut autem clarius id liqueat, videamus ubi Cossaei collocentur a veteribus historicis & Geographis. Polybius quidem Histor. lib. v. eos in colere loca campestria & plana Mediae tradit. Cingi autem Araxe ab una parte Mediam, quae hodie fere Adherbezjan appellatur, manifestum est ex Mappis Geographicis, & testimonio Appiani Alexandrini *de Bell. Parth.* ita scribentis circa finem, pag. 168. *edit. Steph.* ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἐπὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ἧκον ὁρίζοντα Μηδίαν καὶ Ἀρμενίαν. *Sexto die pervenerunt ad fluvium Araxem, qui Mediam disterminat ab Armenia.* Strabo *lib.* XI. Cossaeos Mediae proximos esse, & quidem ab oriente, scribit, sic ut videatur eos in montibus collocare, qui in provincia Deilem prope mare Caspium inveniuntur, & refugia gentium latrociniis & excursibus deditarum diu fuerunt, uti historiae Persicae testantur. Ὁρίζεται δ' ἀπὸ μὲν τῆς ἕω τῇ τε Παρθυαίων καὶ τοῖς Κοσσαίων ὄρεσι λῃστρικῶν ἀνθρώπων. *Terminatur (Media) ab oriente Parthia & montibus Cossaeorum, hominum latrociniis assuetorum:* paulo ante scripserat ὑπὲρ τῆς Μηδίας ἡ τῶν Κοσσαίων. *Supra Mediam est Cossaeorum regio.* Quumque etiam referat Cossaeos dona accepisse quum Rex Persarum Ecbatanis (quae urbs creditur nunc Tabriz

 dici)

dici) Babylonem deſcenderet, videntur etiam
incoluiſſe eos montes, qui in confiniis ſunt
Adherbezjanae & Iracae Perſarum (loquor
uti nunc Perſae ꝗ ſolent) quae كو هستان
regio montana hodieque appellatur. Diodo-
rus Siculus *lib.* XVII. *cap.* CXI. expreſſe Coſ-
ſaeos incolere montanos Mediae tractus ſcri-
bit his verbis. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τῶν Κοσ-
σαίων ἀπειθούντων ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς εὐζώνῳ
τῇ δυνάμει. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος ἀλκῇ διαφέ-
ρον κατοικεῖ μὲν τῆς Μηδίας τὴν ὀρεινὴν, πε-
ποιθὸς δὲ τῇ τῶν τόπων δυσχωρείᾳ, &c. *A-
lexander autem cum expedito exercitu Coſſaeos,
ipſi parere negantes, aggreſſus eſt. Gens haec for-
titudine praeſtans montana loca Mediae inhabi-
tat, confidens locorum difficultate*, &c. Ar-
rianus in Hiſt. Ind. Μάρδοι μὲν Πέρσῃσι προ-
σεχέες οἰκέουσι λῃσταὶ καὶ οὗτοι, Κοσσαῖοι δὲ Μή-
δοισι. *Mardi quidem, latrones etiam ipſi,
Perſas accolunt, Coſſaei Medos.* Idem lib.
VII. de expeditione Alex. Coſſaeos vocat
προσχώρους τῇ Περσίδι, *finitimos Perſidi*, &
μαχιμωτάτους, *bellicoſiſſimos.* Stephanus Coſ-
ſaeos in Perſide locat, ſed nullo veterum,
quod ſciam, praeeunte. Κοσσέα μέρος Περσί-
δος. Στράβων ιε. οἱ οἰκοῦντες Κοσσαῖοι. *Coſ-
ſea, pars Perſidis. Strabo lib.* 15. *Incolae
Coſſaei.* At Strabo Coſſaeos non collocat in
Per-

Perside, sed in confiniis Mediae & quidem ad orientem. Hos Plutarchus, ipsum nomen כוש *Cus*, quo Moses usus est, exprimens, Κυσσαίυς, (quod ibi male scriptum esse, pro Κοσσαίυς, opinatur Cl. Blancardus in not. ad Arrianum de exped. Alexandr. lib. VII. pag. 475. ego non mutandum censeo) appellat in vita Alexandri. Postquam enim retulisset Hephaestionem obiisse quum Ecbatanis esset Alexander, ait hunc Cussaeos esse aggressum, τῦ πένθυς παρηγορίᾳ τῷ πολέμῳ χρώμενος ἐπὶ θήραν καὶ κυνηγεσίαν ἀνθρώπων ἐξῆλθεν καὶ τὸ Κουσσαίων ἔθνος κατεστρέφετο πάντας ἡβηδὸν ἀποσφάττων, *bello usus ut dolorem levaret, sicut ad venationem hominum egressus, Cussaeorum gentem excidit & omnem internecione delevit.* Quum enim Cossaei Ecbatanis essent proximi, cur Cussaeos quosdam a Cossaeis distinctos fingeremus? Et diserte eandem hanc expeditionem Alexandri post mortem Hephaestionis narrans Arrianus *lib.* VII. κοσσαίυς *Cossaeos* illos vocat, ne quis dubitet eosdem esse κυσσαίυς & κοσσαίυς: & ita eorum regionem & mores describit. Ἔνθα δὴ ἐξέλασιν ποιεῖται ἐπὶ Κοσσαίυς, ἔθνος πολεμικὸν, ὅμορον τῷ Οὐξίων. Εἰσὶ δὲ ὄρειοι οἱ Κοσσαῖοι, καὶ χωρία ὀχυρὰ κατὰ χώρας νέμονται. Ὁπότε προσάγοι δύναμις ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν ἀποχωρῦντες ἀθρόοι, ἢ ὅπως ἂν προχωρῇ ἑκάστοις, ὅ-

των διαφεύγουσιν, ἐς ἀπορίαν βάλλοντες τοὺς ξὺν δυνάμει σφίσιν ἐπιχειρεῦντας. Ἀπελθόντων δὲ αὖθις εἰς τὸ λῃστεύειν τρεπόμενοι ἀπὸ τούτου τὸν βίον ποιεῦνται. Ἀλέξανδρος δὲ ἐξεῖλεν αὐτῶν τὸ ἔθνος, καίπερ χειμῶνος στρατεύσας. *Dein expeditionem ſuſcipit in Coſſaeos, gentem bellicoſam & finitimam Uxiis. Hi montes incolunt & loca munita: quum vis externa eos aggreditur ſtatim ſe in ſumma montium recipiunt, aut diffugiunt, qua cuique integrum eſt in loca quae ab exercitu nequeunt adiri. Ubi autem hoſtes receſſerunt ad latrocinia revertuntur, & vitam hac ratione tuentur. Alexander autem illos, non obſtante hyeme, ſedibus ſuis ejecit.* Similia fere habet Diodorus *Hiſtor. lib.* XVII. *c.* CXI. Ex quibus omnibus teſtimoniis inter ſe collatis liquere exiſtimo, Cuſſaeos vel Coſſaeos gentem latrociniis & excurſionibus aſſuetam tractus montanos & ipſius Mediae, & Mediae vicinos, incoluiſſe. Atque ita Araxes i. e. Gihon noſter, proximus & celeberrimus fluvius eſt, qui illa loca montana Mediae circumit: ſic ut merito deſcribatur, quod cingat terram כוש *Cus*, vel *Cuſſaeorum*, Κουσσαίων. Nec ulla, qvod ſciam, in tota Aſia gens eſt, quae nomen Moſaicum כוש *Cus* tam clare exprimit. Quare ipſi huc quaſi manu ducimur ut hanc, & non aliam, regionem per terram Cus intelligamus.

XX.

§. XX. *Fluvius Hiddekel Tigris.*

XX. Tertium fluvium his verbis describit Moses *Gen.* 2: 14. ושם הנהר השלישי חדקל וגו' *& nomen tertii fluvii est Chiddekel &c.* de quo, uti & de sequente, non tot dicenda sunt, quot de Phisone & Gihone, quandoquidem inter omnes fere constat, per *Hiddekel* indicari Tigrim, per *Frat* Euphratem. Nomen hodiernum دجلة *Dizjelat* non multum ab antiquo חדקל recedit: modo adspirationem fortissimam ח tollamus: literae enim reliquae דקל quam conveniant cum دجل unusquisque facile videt. Et ipsum nomen Tigris ex Chiddekel ductum esse (quamvis hoc mirum videatur hominibus qui in vocum etymologiis indagandis rudes sunt) sagacissime deprehendit Cl. Huetius, quum ablato ח (quam adspirationem pronuntiare non poterant Graeci, quare solebant abjicere) & mutato L in R cujus rei sexcenta exempla sunt, & D in T, habeamus ex דקל formatum תקר *Ticr*, & addita terminatione *Ticris* & mollius *Tigris*. Arabes tamen, revelatione Divina destituti, quae nobis veras prodit rerum antiquissimarum origines, & nomina دجلة a دجل *Dazjala, operire* derivant, Tigrimque ita dici volunt quod terras nonnunquam aquis suis operiat. Graeci & Romani Tigrin Persis sagittam dici, & fluvium hunc

hunc a rapiditate curſus hoc nomen adeptum eſſe ſcribunt. Curtius *lib.* IV. *c.* 9. *A celeritate qua defluit Tigris nomen eſt inditum quia Perſica lingua Tigrim ſagittam appellant.* Marcus Terentius Varro Armenicum vocabulum eſſe ſcribit *lib.* 4. *de ling. Latin.* §. 20. *Tigris qui eſt ut leo, qui vivus capi adhuc non potuit. Vocabulum e lingua Armenia. Nam ibi & ſagitta, & quod vehementiſſimum flumen, dicitur Tigris.* Strabo Medicum eſſe nomen ſcribit *lib.* XI. تیر *Tir* ſagittam Perſice notat, & inde vox Tigris non multum recedit. Heſychius autem Tigrin Judaeis dici Φοράδει narrat, confundens cum Tigride Euphraten, in voce Τίγρης, & in voce Εὐφράτης Euphraten Judaeis appellari ἐδδεκὴλ חדקל ſcribit, pudendo errore. Hic deſcribitur *tendens verſus Aſſyriam*, הולך קדמת אשור, quod optime cum noſtra hypotheſi convenit. Ex fluvio enim Paradiſiaco ortus הולך *vadit, fluit,* verſus Aſſyriam, vel ad ejus orientem. At juxta opinionem maximorum virorum, qui in Meſopotamia Paradiſum locant, non poteſt dici הלוך *fluere* ex vicinia Paradiſi verſus, vel ad orientem Aſſyriae, niſi illum fluere retrogrado ordine verſus fontem ſuum concipiamus. Non ſatisfacit, qui dicit הלוך ita debere accipi uti nos vulgo dicimus, ſed vulgari tantum non accurato ſermone, de Rhijn loopt van hier na Ceulen/

licet

licet proprie a Colonia Agrippina huc fluat: nam ita non ſolet הלך unquam in ſacris literis ſumi: & haec quoque difficultas eſt quam Cl. Gouſſetus in Lexico ſuo jam propoſuit, *p.* 585.

XXI. Quarti fluvii nomen his verbis indicat Moſes, והנהר הרביעי הוא פרת *Et flumen quartum eſt Frat.* Nec de hoc notiſſimo flumine multa dicam, quum nemini dubium ſit, quin Euphrates innuatur. At unde praefixa Syllaba Ευ ortum habeat, non puto quenquam docuiſſe. Multi ex male conjunctis verbis Moſis הוא פרת ὁ Φρὰτ, τὸ εὐφράτης derivant. At illi fingunt, quod demonſtrare nunquam poterunt, illos, qui fluvium hunc primo Euphraten appellarunt, legiſſe ſacras literas. Et ſi legerunt, an adeo rudes fuere, ut neſciverint הוא eſſe pronomen? Inutilis itaque talis lectio eſt. Et ſi vel unus ita deceptus eſſet, num credibile eſt omnibus Graecis & Romanis id nomen potuiſſe obtrudi pro Frath? Dicamus quod res eſt. اب *Ab* & او *Au* vel *Eu*, *aquam* notat Perſice, & ſolent Perſae nominibus propriis fluminum eam vocem addere. Sic Nilum appellant, *aquam Nili* نيلاب *Nilâb*, Indum هنداب *Hindab*, *aquam Indi*, & ſimiliter dixere, *aquam Frat*, εὐφρά͂θ. Non eſt quod quis mihi objiciat, ergo ευ debuiſſe

§. XXI. Fluvius Frat, unde dictus Euphrates.

buisse postponi, & dici Φραθὰβ vel Φραθεῦ, quia in exemplis a me productis vox *aquae* اب vel او ubique postponitur: nam & alia exempla sunt in quibus *ab* praeponitur, quod docent nomina duorum fluviorum Armeniae, *ab Uzjân*, & *ab Serab*, qui circa Urbem Tabriz unum alveum formant, qui illam urbem praeterit, *ab Azji* dictus, & in lacum Sjahi se effundit, a cujus fluvii ostio duarum parasangarum spatio abest ostium fluvii dicti *ab Hazji Harami*. Praeterea deprehendi veteres Persas, quum duo nomina substantiva in regimine sunt (loquor cum Grammaticis) nomen regens saepius praeposuisse, contra ac hodierni Persae qui illud postponere solent. Sic *Gangamela* οἶκον Καμήλε Persae olim dixerunt, teste Plutarcho in Alexandro, & Strabone *lib*. xv. ubi خانه *domus* praecedit, & τὸ *Cameli* subsequitur. Hodie autem خانه *domus* esset vox posterior, & جمل *Camelus*, prior. Ex eadem origine videtur petenda explicatio vocis *Hyparchos*, quod nomen est fluvii in Ctesiae Indicis. Quae autem ille pro Indicis habet pleraque Persica sunt, ut pluribus exemplis possem demonstrare. Ὕπαρχος autem Graece, ut ille transfert, notat φέρων πάντα τὰ ἀγαθὰ, *ferens omnia bona*. فرخ *Parch*
Per-

Persis significat *commodum*, *utilitatem*. Praepone vocem او *Eu*, aquam, aptissimum erit nomen fluvii اودرخ *aqua utilissima*, quod idem fere est cum φέρων πάντα τὰ ἀγαθά. Nec aliunde *Eu* in voce εὐλαῖος quod alterum fluvii Choaspis nomen est, qui Susa praeterlabitur & se exonerat in sinum Persicum, videtur petitum quam ex او *Au* vel *Eu*, aqua & لاي *lutum*, quod & sono & significatioconvenit cum nostro *Kley*, sic ut notet fluvium, qui per solum lutosum, *Kleygront*, decurrit. Sunt enim loca Susianae & ipsa Persidis litora ibi palustria teste Strab. *l.* 24. Nec obstat, quod aqua ejus tanto opere celebretur, ut Persarum regibus unice in potum fuerit electa, uti Herodotus, Strabo *lib.* XV. Aelianus *lib.* XII. 40. & multi alii tradiderunt. Nam & Nili aquam lutosam & turbidam fuisse constat, unde μέλας & Αἴγυπτος Graecis, Melo primis Latinis, Hebraeis שחור niger, turbidus, Jerem. 2: 18. dictus est, & ut quibusdam videtur Νεῖλος παρὰ τὸ νέαν ἰλὺν ἄγειν, ab novo limo, quem quotannis defert. vide Heliodor. *Aeth. lib.* IX. *p.* 456. Attamen illa dulcissima fuit & in deliciis Regum Aegyptiorum, qui illam omnibus aliis aquis praeferebant, sic ut & in Assyriam usque ad Bere-

niceen

nicen aquam Niloticam in vasis deferri curaverit Rex Aegypti Ptolomaeus Philadelphus teste Athenaeo *lib.* 11. *c.* 2. Sic & aqua Phasidis tantopere celebrata ob levitatem & dulcedinem suam, apparet quasi stanno aut plumbo tincta, sed ubi subsedit, purissima est, teste Arriano in periplo Ponti Euxini. Et nos ipsi experimur in his regionibus aquas, quae per solum lutosum fluunt, maxime si coquantur, quod factum esse aquis Choaspis sive Eulaei antequam in vasa diffunderentur, narrat Herodotus *lib.* 1. saepe dulciores, & salubriores esse iis, quae per solum arenosum decurrunt, licet videantur purissimae. Nec est, quod quis urgeat Choaspis sive Eulaei (quem pro eodem habeo Cl. Salmasium secutus in *Exerc. Plinian. p.* 492. & ipsum nomen Choaspes mihi ex شاه اب *Schoab*, *Regis aqua*, videtur factum, unde Tibullo dicitur

— *regia lympha Choaspes.*

ad imitationem vocum Loraspes, Hydaspes, &c.) aquam a levitate commendari, quum si partes terrestres & lutosas habuerit permixtas, gravior esse debuerit aliis aquis puris. Nam saepe pondus ad bonitatem aquae nil facit, uti luculento exemplo probat Athenaeus *loc. cit.* & aqua haec Choaspis a luto suo purgabatur in decoctione, uti & illa

Nili

Nili & Phaſidis quae ſimiliter a tenuitate & claritate commendatur, ſed a limo & luto ſuo purgata. Ipſa enim Nili aqua limoſa & turbida varios morbos efficit, ut Hirtius de bello Alex. ſcribit, ſed ideo Galenus monet *lib.* I. *de ſimpl.* eam limo ſuo per decolationem eſſe liberandam: & hodieque Aegyptii antequam Nili aquam bibunt, eam limo ſuo liberant. Eſt & aliud Euphratis nomen ποταμὸς Σοὺδ, quo appellatur in libro Baruchi c. I. v. 4. nam Σοὺδ سواد eſt nomen territorii Babylonici.

XXII. Reſtat ut oſtendam fontes quatuor horum inſignium fluviorum ſibi mutuo vicinos admodum fuiſſe, ut ita commodiſſime, quum floreret Paradiſus, ex uno illo fluvio qui Paradiſum olim rigavit, ortum trahere potuerint. Generatim quidem obſervare licet in Armenia omnes collocari. Phaſidis fontes ibi locat Strabo lib. 10. Ὁ Φᾶσις μέγας ποταμὸς ἐξ Ἀρμενίας τὰς ἀρχὰς ἔχων. *Phaſis magnum flumen, ex Armenia originem ducens.* id. lib. 11. Ποταμοὶ δὲ πλείους εἰσὶ ἐν τῇ χώρᾳ· Γνωριμώτατοι δὲ Φᾶσις μὲν καὶ Λύκος. *Fluvii plures ſunt in illa regione (Armenia): celeberrimi autem Phaſis & Lycus.* De eodem Dionyſ.

§. XXII. Fontes horum fluminum vicini.

Ἀρξάμενος τὸ πρῶτον ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο.

Primum ortum trahens ex montibus Armeniis.

Araxes quoque in Armenia oritur. Plinius lib. VI. c. 9. ubi scripserat Armeniam fundere Euphraten & Tigrin, pergit. *Araxes eodem monte oritur quo Euphrates* VI. *mill. passuum intervallo.* Strabo illum montem Ἄβον nominat lib. XII. Ὁ Ἄβος, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Εὐφράτης ῥεῖ καὶ ὁ Ἀράξης. *Abus, a quo Euphrates fluit & Araxes.* Plutarchus in Pompejo similiter: Ἀράξης ἀνίσχει ἐκ τῶν αὐτῶν τῷ Εὐφράτῃ τόπων. *Araxes ex iisdem cum Euphrate locis oritur.* Arrianus lib. VII. Ἀράξην τὸν ἐξ Ἀρμενίων ῥέοντα, *Araxen ex Armenia fluentem.* Ita Persa quoque Geographus recentior. Sed inspectio tabularum Ptolomaei, & aliarum id satis edocet. Si quis vero de vicinia fontium Euphratis & Araxis ex uno monte orientium speciatim aliqua legere vult Cl. Golium adeat in eruditiss. notis ad Alfragan. p. 247. Fontes autem Euphratis & Tigris in Armenia esse ex testimonio Plinii, quod modo indicavimus, & Diodori Siculi lib. 2. Hist. cap. XI. liquet, nec operae pretium est ei rei immorari.

§. XXIII. *Num idem fons Tigridis & Euphratis.*

XXIII. Vicini sunt, non tamen idem fons, Tigridis & Euphratis, uti veterum Geographorum praestantissimi testantur quamvis Lucanus & Boethius contrarium scribere videantur, & unum fontem duobus fluminibus adsignent. Ita ille lib. III. v. 256.

Qua-

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diversis fontibus edit
Persis, & incertum tellus si misceat amnes
Quod potius sit nomen aquis. ——

Hic autem *lib.* v. *de consol. Philos.* met. I.

Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt,
Et mox abjunctis dissociantur aquis.

Quae illi tempori, quo Paradisus floruit, conveniunt, quum ex uno illo fluvio Edenico uterque ortus est, non saeculis sequentibus. Quamvis Lucanus non videatur dixisse, unum esse fontem Tigridis & Euphratis, sed fontes utriusque non esse diversos, id est, non longe a se remotos, vel disjunctos, in eadem regione, Armenia sc., existentes. Ita utitur illa voce Ovidius in Epist. Herus,

At nos diversi medium coeamus in aequor.

&,

Diversi flebant servi ——

Propert. *l.* I. *Eleg.* 3.

Donec diversas percurrens Luna fenestras.

& I. 10.

—— *diversos possum conjungere amantes.*

XXIV. Hactenus puto me satis clare mentem meam explicuisse circa quatuor fluvios a Mose in Paradisi descriptione memoratos. §. XXIV. *Fluvius unus unde olim hi*

quatuor profluxerunt.

tos. At si quis me roget, ut porro indicem ubi unus ille fluvius sit, qui Paradisum rigabat, & unde hi quatuor ortum duxerunt, hunc ego vicissim rogatum volo, ut me ex aliqua illarum hypothesium, quas de Situ Paradisi formarunt Viri Eruditi, doceat, ubi illi unum fluvium ostendant, e quo quatuor distincti orti sunt: quem ego fateor me hactenus non reperisse. Nam aut eundem illum faciunt cum Tigri & Euphrate, quum Moses illum distinguat, aut fingunt unum illum olim fuisse, nunc frustra quaerendum. Vel peto, ut mihi ipsum Paradisum ostendat: tunc ego, ubi ille fluvius sit, indicabo. Quum enim Paradisum cum arboribus & omni elegantia sua deletum esse post expulsionem primorum nostrorum Parentum inter omnes constet, etiam fluvium illum frustra quaeri, quippe qui nusquam hodie existat, nisi forte in locis subterraneis, fatendum est. Jam tempore Mosis fluvium illum unum Paradisiacum evanuisse videtur satis posse colligi ex ipsa descriptione Sacri Auctoris. Nam nomen illius fluvii nullum tradit, uti reliquorum fluviorum; nec quibusdam κριτηρίοις describit, quum tamen, si ille fluvius eo tempore in rerum natura extitisset, id fieri potuisset & debuisset, quia plus ad Lectorem pertinebat nosse ipsum illum fluvium, qui Paradisum rigabat, quam quatuor

illos

illos qui ex eo oriebantur. Certo utique indicio, illud flumen deſcribi non potuiſſe, cum non entis, ut loquuntur Philoſophi, nullae ſint affectiones. Sapientiſſimae autem ſine dubio rationes Dei fuerunt, qui ſupereſſe ipſum Patadiſum diutius noluit, & eaedem, ob quas cum Paradiſo ille fluvius ſublatus eſt. Lubet heic ſubjungere verba Theodoreti εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας γραφῆς, qui ſcribit Deum noluiſſe omnes meatus horum fluviorum patere uſque ad ipſum locum Paradiſi, τὴν περιττὴν τῶν ἀνθρώπων πολυπραγμοσύνην ἀγκόπτων· εἰ γὰρ δῆλος ἦν αὐτῶν πᾶς ὁ πόρος ἐπειράσθησαν μὲν ἄν τινες παρὰ τὰς τούτων ὄχθας ὁδεύοντες τὸ τοῦ Παραδείσου κατοπτεῦσαι χωρίον. *Ut praecideret nimiam hominum curioſitatem. Si enim omnis eorum meatus pateret, tentarent nonnulli, ripas proſecuti, ipſum locum Paradiſi conſpicere.*

XXV. Contrahamus nunc ante dicta in ſummam, & conferamus cum textu Moſis, *Gen.* 2. *v.* 10. §. XXV. Ἀνακεφαλαίωσις.

V. 10. Et fluvius) diverſus a 4. aliis, de quibus mox aget quique certum nomen non habet, & cum Paradiſo, quem irrigabat, probabiliter periit.

Egrediebatur ex Eden, ut irrigaret hortum & inde dividebat ſe) ſic ut reliqui 4. fluvii ex hoc uno orti ſint.

Nunc poſtquam ille communis fons, fluvius Paradiſiacus evanuit, ſinguli ex quatuor fontem habent diſtinctum, niſi forte ſub terra communis quidam fons ſuperſit.

Et erat in 4. capita) in quatuor diſtinctos fluvios. Quatuor ἀρχὰς ποταμῶν ut loquitur Epiphanius, qui ex eo uno proveniebant.

V. 11. Nomen unius eſt Phiſon) i. e. Phaſis.

Is eſt qui circumit totam terram Chavilae) i. e. Colchida partem Scythiae.

Ubi eſt aurum) maxima quantitate, uti ex profanis Scriptoribus patet.

V. 12. Et aurum hujus terrae bonum eſt) quod ex fluminum ramentis colligebatur, & pro optimo habetur.

Ibi eſt Bedolach) cryſtallus.

Et gemma Schoham) ſmaragdus.

V. 13. Et nomen ſecundi fluvii eſt Gichon) Araxes, quod idem Perſice notat quod Gichon Hebraice.

Is eſt qui circumit totam terram Cus) regionem Cuſſaeorum. Pars ea Mediae eſt.

V. 14. Et nomen tertii fluvii eſt Chiddekel) Tigris.

Is eſt qui vadit verſus Aſſyriam) juxta

juxta ductum fluminis a Paradiſo eo fluit.

Et quartus fluvius eſt Phrat) Euphrates. Ubi autem horum 4. fluviorum fontes ſunt, in Armenia ſc., ibi collocari debere videtur Paradiſus.



II.

DISSERTATIO

DE

MARI RUBRO

SIVE

ERYTHRAEO.



II.

DISSERTATIO
DE
MARI RUBRO
SIVE
ERYTHRAEO.

I. E Mari rubro ſcripturus, duo haec potiſſimum examinabo, primo, quid pro Mari rubro debeat haberi, deinde unde nomen rubri videatur eſſe ductum. Ad primum quod attinet, video paſſim ſcribi & doceri mare rubrum proprie eſſe ſinum Arabicum, quem ſicco pede tranſiverunt Hebraei, nec ultra illum nomen maris Rubri eſſe extendendum, qui inſignis error eſt, quem confutare plurimis veterum teſtimonis conſtitui; ne, quod in ſocietatem humanam diu irrepſit, in re quoque Geographica altio-

§. I. Scopus diſſertationis. Mare rubrum vulgo ſolus Sinus Arabicus.

res

res radices agat, id eſt, vera rerum vocabula amittamus. Longum eſſet omnes enumerare, qui hunc errorem errarunt: vel ſolae mappae, quae non recentiori tantum Geographiae, ſed & veteri, illuſtrandae inſerviunt & a variis fuerunt editae, & in omnium manibus verſantur, uti illae Cluverii, Blancardi, Sanſonis, ſatis oſtendunt quam communis hic error ſit, quum ad unum ferme omnes ſoli ſinui Arabico nomen Maris rubri adſcriptum exhibeant. Nec aliquis inter illos eſt, qui veterum ſcripta non legunt, ſolis recentioribus contenti, qui, quum mentionem fieri audit, vel in concionibus, vel colloquiis, maris rubri, non ſtatim de ſinu Arabico cogitet. Quod ſi dubium alicui ſuboriatur, & Lexica illa inſpiciat, quae magnifico titulo inſtructa, omnium doctrinarum & ſcientiarum compendium lectori ſuo pollicentur, & ad quae multi recurrunt, ut ex iis erudiantur, ne cogantur tempus collocare in pervolvendis antiquis ſcriptoribus, in eodem illo errore confirmabitur. Specimінis loco habe haec ex notiſſimo Lexico Hofmanni. *Rubrum mare. Vide Erythraeum. Alias ſinus Arabicus. Eſtque inter Arabiam Felicem ac Petraeam ad ortum & Aethiopiam & Aegyptum ad occaſum. A Sept. in Mer.* 1200 *m. p. longus, latus vix* 250 *mill. Separatur ab oceano Arabico freto Babelmandel.* Quid? quod

quod haec persuasio nonnullos induxerit, ut veteres ipsos, de mari rubro ita, uti par est, loquentes erroris accusarent, quod illi per mare rubrum non solum sinum Arabicum intelligerent. Scripserat, & verissime quidem, Diodorus Siculus *lib.* 11. Euphraten & Tigrin ἐξερεύγεσθαι εἰς τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν, *illabi in mare rubrum.* At Rhodomannus ibi Περσικὴν legendum conjicit, quod per mare rubrum, non, uti veteres, sinum Persicum & vicinum oceanum, sed sinum Arabicum intelligeret. Qui varios Interpretes Curtii & aliorum, qui mentionem maris rubri fecerunt, consulit, multos inveniet in eadem falsa opinione versatos. *Jacobus Nicolaus Loënsis lib.* 11. *cap.* 22. *Miscellan. epipbill.* quem librum *Janus Gruterus* inseruit Tomo v *Thesauri Critici*, ita disserit ad haec verba *Senecae* in *Troade*,

— Et qui frigidum
Septena Tanain ora pandentem bibit,
Et qui renatum prorsus excipiens diem
Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto.

Hecuba, ut mulier locorum & Geographiae imperita, geminos hic errores in historia committit, dum Tanain septeno ostio nobilem reddit, & dum Tigrim in mare rubrum se exonerare dicit, quod nemo peritus regionum & locorum unquam dixit. Nam neque Tanais septeno ostio nobilis est, sed duobus tantum alveis

sive

ſive, oſtiis ut Strabo notavit. Tanaim (inquit Plinius) gemino ore influentem incolunt Jaxamati. Eiſdem adſtipulatur & Ptolomaeus. Tigris quoque flumen non in mare rubrum influit, ſed ab Euphrate recipitur apud Babyloniam, qui ſeſe in ſinum Perſicum exonerat. Atqui mox praeſtantiſſimos ſcriptores veteres ita loqui videbimus.

§. II. *Per mare rubrum veteres intellexerunt mare vaſtius & remotius ſinu Arabico.*

II. Ad convellendam ex animis hominum opinionem vulgarem, quae ſolum ſinum Arabicum pro mari rubro habet, antequam ſpeciatim oſtendamus, quid veteres per mare rubrum intellexerint, docebimus eos nimis vaſtum & remotius aequor intelligere, quam ut id ſinui Arabico tribui poſſit. Ita Agatharchides appellat mare rubrum ἄπειρον μεγέθει *magnitudine infinitum*, quod utique de ſinu Arabico dici nequit. Pari modo Ariſtophanes conjungit imperium maris rubri cum imperio totius telluris, quae inepta fuiſſet collatio, ſiquidem de ſinu Arabico loqui voluiſſet. Quum Cleon in *Equit.* Agoracrito praedixiſſet imperium πάσης τῆς γῆς *totius telluris*, hic reſpondit ſibi revelatum eſſe illum *non terrae tantum*, *ſed & maris rubri* dominum fore, his verbis:

Καὶ γὰρ ἐμοὶ καὶ γῆς καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς γε θαλάσσης.

Cumque mox ſubjiciat mentionem Ecbatanorum:

Χὤπ

Χῶπι γ' ἐν Ἐκβατάνοις, &c.

ſatis oſtendit ſe oculos non habere intentos in ſinum Arabicum. Herodotus *lib.* I. *circa finem*, univerſum Oceanum praecipue in has tres partes dividit, *Mediterraneum*, *Atlanticum* & *Rubrum*, & hoc omne idem eſſe mare affirmat, conrra ac *Caſpium* quod cum alio non commiſcetur. Ubi manifeſto apparet per rubrum mare majus aequoris ſpatium, quam ſinus Arabicus complectitur, intelligi debere. Haec ipſa ejus verba ſunt. Ἡ δὲ Κασπίη θάλαττα ἐστὶ ἐπ' ἑαυτῆς ἐ συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. Τὴν μὲν γὰρ Ἕλληνες ναυτίλλονται πᾶσαν. Καὶ ἡ ἔξω στηλέων θάλασσα ἡ Ἀτλαντὶς καλεομένη, καὶ ἡ ἐρυθρὴ μία τυγχάνει ἐοῦσα. Ἡ δὲ Κασπίη ἐστὶ ἑτέρη ἐπ' ἑαυτῆς. Ita & Plutarchus, ſinus, quibus Oceanus in terras irrumpit, deſcripturus in *lib. de facie in orbe Lunae*, unum ait eſſe *mare mediterraneum*, alterum ſinum *Caſpium* quem ex Oceano ducere originem credebant, & dein τοὺς περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν, *illos ſinus, qui ſunt circa mare rubrum*, i. e. ſinum Arabicum, Perſicum, Gangeticum, &c. qui ex magno illo mari, terras ingreſſo, formantur. Hoc ſenſu & Claudianus *de raptu Proſerp. v.* 318. Cererem loquentem introducit, ſollicitam de filia.

Non requies, non ſomnus erit, dum pignus ademtum

Inve-

Inveniam, gremio quamvis mergatur Iberae
Tethyos, & rubro jaceat vallata profundo.

Ubi clare duo termini oppositi Orientis & occidentis, mare *Ibericum* & *rubrum*, innuuntur: & propositum suum ita Ceres executa est, quod verbis ingeniosissimi Poëtarum Ovidii *Fast. lib.* IV. lubet exprimere,

Nam modo thurilegos Arabas, modo despicit Indos:
Hinc Libs, hinc Meröe terraque sicca subest.
Nunc adit Hesperios, Rhenum, Rhodanumque, Padumque
Teque future parens, Tibri, potentis aquae.
Quo feror? Immensum est erratas dicere terras.
Praeteritus Cereri nullus in orbe locus.

Nec praetereunda sunt Consulis Acilii verba ad milites, Antiochum aggressuros, *Asiam* eos, *Syriamque & omnia usque ad ortus solis ditissima regna imperio Romano aperturos. Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare rubrum Oceano fines terminemus qui orbem terrarum amplexu finit.* Haec Livius *hist.* 36. 17. Ubi non sinum Arabicum, sed vastius & remotius aequor *ad ortus solis*, cui opponuntur ab occidente *Gades*, intellegi debere, manifestum est.

III.

III. Quae quidem teſtimonia a nobis producta non tantum oſtendunt vaſtius aliquod & remotius aequor, quam ſinus Arabicus eſt, per mare rubrum intellexiſſe veteres, ſed ſuadere videntur totum illud mare, quod Aſiae litora a meridie alluit, rubrum eſſe appellatum. Nam E. G. quum Herodotus Oceanum in 4. partes dividit, Mediterraneum, Atlanricum, Rubrum & Caſpium, ibi per Rubrum intellexit mare illud quod Aſiam a meridie alluit, vel alias praecipuam Oceani partem omiſiſſe cenſendus eſt. Ita cum Plutarchus illos ſinus, qui ſunt circa mare rubrum memorat, quos poteſt innuere quam Arabicum, Perſicum, Gangeticum, &c? Qui ſi ſint circa mare rubrum, utique mare rubrum ingens illud mare eſt, quod cum iis commiſcetur. Quod ſi haec alicui minus clara videantur, hoc teſtimonium examinet Dionyſii in περιήγ. p. 892. diſerte ſcribentis mare rubrum eſſe illud quod univerſam Aſiam a meridie alluit, his verbis

§. Mare, quod totam Aſiam a meridie alluit dicitur veteribus mare rubrum.

—— Αὐτὰρ ἑῷον
Ἰνδικὸς Ὠκεανός. Νότιον δ' ἁλὸς οἶδμα τ' Ἐρυθρῆς.

At Orientale (latus Aſiae alluit) Indicus Oceanus: meridionale vero fluctus rubri maris. Viden? totum illud mare, quod Aſiae litora a meridie verberat, appellat rubrum; atque

ita appellat Geographus, fines Asiae descripturus. Ita ergo existumandum est, totum illud mare quod ab Africae litore Orientali ad ultimos Asiae fines, antiquis cognitos, diffunditur, & litora Arabiae, Persiae, Indiaeque alluit, omne quantum est, rubrum esse dictum: sinum vero Arabicum & Persicum proprie Sinus magni maris rubri fuisse, quamvis & nonnunquam, uti pars saepe de nomine totius dicitur, alteruter Sinus ἁπλῶς mare rubrum dicatur: sed ita tamen, ut proprie nomen maris rubri iis non conveniat, sed vasto illi Oceano, cujus sinus sunt. Nunc, quoniam generatim vidimus, mare rubrum Asiae litora a meridie alluere, restat, ut litora illa singula Asiae perlustrando ostendamus, primo mare illud quod Indiam, dein quod Persiam, vel utramque, Indiam sc. & Persiam tanquam patriam gemmarum, tum, quod Arabiam, alluit, denique & Sinus duos Persicum & Arabicum, sed eo, quo diximus sensu, mare rubrum sive Erythraeum a veteribus appellari. Quae proferemus, ita ut a nobis ante vel lecta vel adnotata sunt, non habita accurata ratione temporis, quo scriptores vixerunt.

§. IV. *Mare, quod Indiam alluit a meridie, mare rubrum dictum.*

IV. Mari rubro Indiam allui idem Dionysius testatur, qui Indiae terminum ab oriente Indum, occidente Gangem, a meridie mare rubrum adsignat, *v.* 1133.

— νότιον

—— νότιον δ' ἁλὸς οἶδματ' ἐρυθρῆς.

Auſtrale (*latus*) *fluctus mari rubri.*

Et mare rubrum circa Indiam magis quam alibi dici debere videtur innuere. Agathemeris *l.* II: Ὁ δὲ ὑπὸ τῇ Μεσημβρίᾳ σύμπας μὲν καλεῖται Μεσημβρινός τε καὶ Νότιος Ὠκεανός. Πάλιν δ' αὐτοῦ τὸν μὲν ἀνατολικώτερον Ἐρυθρὰ θάλασσα. *Qua meridiei ſubjacet Oceanus totus quidem Meridianus & Notius Oceanus, dicitur. Rurſus autem hujus pars orienti vicinior Mare rubrum.* Ariſtoteles *lib. de mundo* πρὸς μὲν ταῖς ἀνασχέσεσι τοῦ Ἡλίου, πάλιν εἰσρέων ὁ Ὠκεανὸς τὸν Ἰνδικόν τε καὶ Περσικὸν διανοίξας κόλπον ἀναφαίνει συνεχῆ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διειληφώς. *Rurſus ad ortum ſolis influens Oceanus Indicum & Perſicum ſinum aperit, mare rubrum complexus.* Ubi attendi meretur vox συνεχῆ, quod ſc. ſub Oceano illo comprehendatur mare rubrum, non uti ſinus (quos diſtinguit) ſed uti ipſum mare quod ab Oceano illo non eſt diverſum. Obſcurius haec Ariſtotelis expreſſit Apulejus in lib. de mundo, *ab ortu ſolis Oceanus Indicum & Perſicum mare conferens. Hinc pateſcunt finitima rubri maris.* Livius *Hiſtor.* XLV. *c.* IX. *Arabas hinc Indiamque, qua terrarum ultimus finis rubrum mare amplectitur, peragravit.* Viden'? Indiam finemque orbis cogniti eo tempore mare rubrum alluebat. Idem *Hiſtor.* XLII. *cap.* 52.

 Per-

Perſeum ita inducit milites alloquentem; *animum habendum eſſe, quem habuerint majores eorum qui Europa omni domita tranſgreſſi in Aſiam incognitum famae aperuerint armis orbem terrarum, nec ante vincere deſierint, quam rubre mari incluſis, quod vincerent defuerit. At hercule nunc non de ultimis Indiae oris ſed de ipſius Macedoniae poſſeſſione certamen fortunam indixiſſe.* Ubi iterum Indicum mare innui certum. Curtius *lib.* VIII. *c.* 9. *Indiam nives obruunt, rurſuſque, ubi cetera rigent, illic intolerandus aeſtus exiſtit, nec cur, ulli ſe naturae cauſa ingeſſit. Mare certe, quo alluitur, ne colore quidem abhorret a ceteris. Ab Erythro rege inditum eſt nomen.* Ubi clare illud mare quod Indiam alluit per Erythraeum innuitur. *id ibid. Indum & Gangem in rubrum mare ſe exonerare* teſtatur. *Indus gelidior eſt quam ceteri. Aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes. Ganges omnium ab ortu maximus, meridiana regione decurrit & magnorum montium juga recto alveo ſtringit. In eum objectae rupes inclinant ad orientem. Uterque rubro mari accipitur.* Dionyſius de flumine Indo, in περιηγ. *v.* 1088.

Ὅς ῥα τ' ἐρυθραίης κατεναντίον εἶσι θαλάσσης.

Qui rubro mari adverſus in id influit.

& *v.* 597. Taprobanes (quae hodie Selan incolis, nobis Ceylon) litora allui Erythraeo mari ſcribit: Κη-

Κήτεα θῖνες ἔχουσιν, Ἐρυθραίου βοτὰ πόντου.

Cete litora habent, pecora rubri maris.

Ita & Mela *lib.* III. *c.* 7. „ Regio ob aestus in-„ tolerabilis alicubi cultoribus egens, inde ad „ principia rubri maris pertinet. Scholiastes Aristophanis ad ὄρνιθας *p.* 373. Ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα παρὰ τὸν ἀνατολικὸν Ὠκεανόν. *Rubrum mare esse juxta Oceanum orientalem.* Paulus Orosius *lib.* I. *Hist. c.* 2. *In his finibus India est, quae habet ab occidente flumen, Indum qui rubro mari accipitur.* Poëtis nil est usitatius, quam Indicum & rubrum mare pro eodem habere. Sic Virgilius Aen. *l.* VIII. 605. Aurorae populos & litus rubrum & Bactra conjungit.

Victor ab Aurorae populis & litore rubro
Aegyptum, viresque orientis & ultima secum
Bactra vehit. ——

Ad quae Servius. Litore rubro. Erythraeo mari quod est inter Aegyptum & Indiam: & idem ad Georgic. *lib.* IV. *vers.* 373. Victorinus purpureum mare rubrum esse dixit, quod est juxta Indiam. Statius *Theb.* IV. *v.* 387.

Gangen, & claustra novissima rubrae
Tethyos ——

Sic & Horatius Eoas partes & Oceanum rubrum jungens Indicum intelligere videtur *lib.* I, *Carm.* 35.

—— *& Juvenum recens*
Examen Eois timendum

Partibus, Oceanoque rubro.

Quamvis si quis ibi mare Persiam alluens solum velit intelligere ut ad bellum Parthicum referatur; non repugnarem, licet prior explicatio plus gloriae Augusto tribuat. Claudianus *de bello Gildon. v.* 454.

Jus Latium quod tunc Meroe, rubroque solebat
Oceano cingi, Tyrrhena clauditur unda.
Et cui non Nilus non intulit India metas,
Romani jam finis erit Trinacria regni.

Ubi pro Meroe Nilum, pro rubro aequore Indiam, pro Tyrrhena unda Siciliam substituit, uti & in *Epigram.* 2. *v.* 17. Indos & rubrum mare conjungens.

Proxima cui nigris Verona remotior Indis
Bena cumque putat litora rubra lacum.

& *in Rufin. v.* 242.

Indorum si stagna petas, rubrique recessus
Litoris ——

& *de Magn. v.* 14.

—— *& quicquid Eois*
Indus litoribus rubra scrutatur in alga.

Martialis *lib.* VII. 29.

Navigat a rubris & niger Indus aquis.

Tibullus *lib.* VI. Eleg. I.

Et quascunque niger rubro de litore conchas
Proximus Eois colligit Indus aquis.

V. Alii

V. Alii patriam gemmarum, sive illa maria e quibus margaritae eruuntur, mare rubrum appellant: quod quamvis non negem, de India ipsa aut Taprobane, ubi hodieque piscatura frequens gemmarum est, posse intelligi unde & *Indici maris dona* Senecae appellantur in *Hippolito v.* 39. & ἰνδικοὶ λίθοι Luciano, & Indica gemma Propertio; (Et qui vult, ita intelligat, per me licet, referatque ad sectionem praecedentem; sive enim hoc vel illo modo accipias, evertit vulgarem sententiam & nostram firmat) potest tamen etiam de Sinu Persico & locis ei vicinis intelligi, quod nuspiam, tot & tam bonae notae margaritae legantur. Ita Lucanus *lib.* x.

§. V. *Mare illud, unde gemmae petuntur, dicitur rubrum.*

Plena maris rubri spoliis, colloque comisque
Divitias Cleopatra gerit.

Seneca *in Herc. Oet. v.* 659.

Conjux modico nupta marito
Non disposito clara monili
Gestat pelagi dona rubentis.

Idem *in Thyeste v.* 370.

Qui rubri vada litoris,
Aut gemmis mare lucidum
Late sanguineum tenent.

Propert. *in Cynthia eleg.* 14. *v.* 12.

Et legitur rubris gemma sub aequoribus.

Et *lib.* III. *eleg.* XI. *v.* 6.

Et venit e rubro concha Erycina ſalo.

Tibullus *lib.* III. *eleg.* 3.

Quidve in Erythraeo legitur quae litore concha.

Et *lib.* II. 4.

—— *Et e rubro lucida concha mari.*

Claudianus de III. *Conſ. Honor. v.* 210.

Vobis rubra dabunt pretioſas aequora conchas.

Et de *Laud. Seren. Reg. v.* 2.

Vile putas donum ſolitam conſurgere gemmis,
Et rubro radiare mari.

In *Ep. ad Seren. v.* 14.

—— *rubri germina cara maris.*

& *in nupt. Honor.* 167

—— *baccis diadema ferebat*
Intextum, rubro quas legerat ipſa profundo.

& *de* 4 *Conſ. Honor. v.* 598.

Quis junxit lapides oſtro? Quis miſcuit ignes
Sidonii rubrique maris. ——

Quae ſatis docent patriam gemmarum dici mare rubrum, quod non de Sinu Arabico, ſed locis Sinui Perſico vicinis, vel ipſoque illo Sinu debere intelligi quivis cernit.

§. VI. *Sinus Perſicus, mare rubrum nonnullis dicitur.*

VI. At non deſunt, qui Sinum perſicum, quem alii Sinum maris rubri appellant, mare rubrum vocant, ſive quod partem de nomine totius vocent, vel alias ob cauſas. Ita Beroſus ubi agit de *Oanne* in Babylon. φα-

νῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης κατὰ τὸν ὁμοροῦντα τόπον τῇ Βαβυλωνίᾳ ζῶον *Apparere ex rubro mari ad locum Babyloniae conterminum animal*, &c. Herodotus quoque *lib.* III. saepe mare Persicum rubrum appellat, & expresse ab Arabico sinu distinguit. Arrianus *lib.* VIII. κόλπον τὸν Περσικὸν, ἥν δὴ ἐρυθρὴν θάλασσαν μετεξέτεροι καλέουσιν. *Sinum Persicum, quem alii Rubrum mare appellant.* Strabo *lib.* XI. οἱ Πέρσαι τὴν πλείστην οἴκησιν ἐπὶ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ κέκτηνται, *Persae maxima ex parte rubrum mare accolunt.* Agathemeris initium maris rubri collocat in ostio Sinus Persici. Ἐρυθρὰ θάλασσα ὡς περὶ τὰς συμβολὰς κατὰ τοῦ Περσικοῦ κόλπου στόμα κεῖται. *Rubrum mare Carmanio ibi conjungitur ubi ostium sinus Persici est.* [redacted] Josephus *Antiq. l.* I. *cap.* 2. Εὐφράτης δὲ καὶ Τίγρης ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν ἄπεισιν θάλατταν. *Euphrates & Tigris in Rubrum mare illabuntur*, & diu ante hos idem scripserat Diodorus Siculus *lib.* II. *c.* II. Hos sequitur Curtius, qui & Tigrin & Euphraten in mare rubrum i. e. sinum Persicum ducit. *lib.* V. *c.* I. *Iidem per Babyloniorum fines in rubrum mare prorumpunt.* Manilius quoque *lib.* IV. *v.* 804. Tigrin & mare rubrum conjungit.

Et Tigris & rubri radiantia litora Ponti.

Claudianus Araxen, Susa, & rubri maris litus: certo indicio mare Persidem alluens per rubrum ab iis innui. Ita hic de *bell. Gildon. v.* 31.

— non ut proculcet Araxem
Consul ovans, nostraeve premant pharetrata secures
Susa, nec ut rubris aquilas figamus arenis.

Suidas, ἐρυθρὰ θάλασσα ἐκλήθη ὁ Περσικὸς κόλπος, *mare rubrum dicitur Sinus Persicus.*

§. VII. *Aliis rectius Sinus maris rubri.*

VII. Quidam tamen non ipsum sinum Persicum pro mari rubro habent, nisi quis per Synecdochen partis pro toto ita loqui velit, sed ab eo distinguunt, & mare rubrum illud appellant, quod & Persiam & Arabiam alluit extra Sinum Persicum, sic ut & Arabicus sinus & Persicus proprie sinus dici debeant maris rubri. Ita Strabo *l.* XVI. Arabiam scribit habere ab austro τὴν μεγάλαν θάλατταν τὴν ἔξω τῶν κόλπων ἀμφοῖν ἣν ἅπασαν ἐρυθρὰν καλοῦσιν, magnum mare, quod extra utrumque sinum est (Arabicum & Persicum) quod totum mare rubrum appellant. Ita & Dionysius in Περιήγ. *v.* 52. & 54. duos hos sinus maris Erythaei vocat. Sic Mela *lib.* III. *c.* 8. *Rubrum mare Graeci, sive quia ejus coloris est, sive quia ibi Erythras regnavit* ἐρυθρὰν θάλασσαν *appellant.... Quas ripas inflexerat bis*

bis irrumpit, duosque iterum sinus aperit. Persicus vocatur, dictis regionibus propior, Arabicus ulterior. Atqui ita praestantissimi veterum Geographi Sinum Persicum sinum appellant rubri maris.

VIII. Non desunt quoque inter Veteres, qui Sinum Arabicum appellarunt mare rubrum, non, ut nostri homines volunt, quod proprie id nomen ei conveniat, & improprie datum mari Indico, Sinui Persico &c. quod nunquam docebunt, sed quod pars sive sinus maris rubri esset, eodem modo, ut & Sinus Persicus, quum vere & proprie sinus tantum sint maris Rubri, quod majoris est diffusionis, uti jam ostendere coepimus & porro ostendemus. Lucanus *lib.* x.

§. VIII. *Sinus Arabicus non nullis mare rubrum.*

Qua dirimunt nostrum rubro commercia Pontum.

Eustathius quoque in Comment. ad Dionysium quosdam scribit esse ταυτίζοντας τὸν Ἀραβικὸν κόλπον καὶ τὸν Ἐρυθραῖον, qui Sinum Arabicum & Erythraeum pro eodem haberent. At distinguit clarissime, uti Diodorus Siculus *lib.* III. *c.* 38. *init.* & alii. Inter hos recensendi quoque Interpretes Graeci veteris Instrumenti, vulgo LXX. dicti, qui ים סוף (i. e. mare *algosum*, *Juncosum*, vel *interitus*, quia in eo perierunt Aegyptii, ut hodie بحر القلزم *Mare absorptionis*, quod ibi Pha-

Pharao cum ſuis abſorptus ſit, dicitur) tranſtulerunt per θάλασσαν ἐρυθράν, quos ſecutu- Hieronymus per *mare rubrum.* Ita & Scriptores Novi Inſtrumenti quum de hoc mari loquuntur, quod Iſraelitae tranſierunt ex Aegypto profugi, i. e. Sinu Arabico, θάλασσαν ἐρυθρὰν appellant, per Synecdochen partis pro toto, quia verſio veteris Teſtamenti Graeca, quae illo tempore omnium manibus terebatur, ita reddiderat ים סוף. Sic legas *Act.* VII. 36. Moſen miracula feciſſe ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ in mari rubro & *Hebr.* XI. 29. Πίστει διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς διὰ ξηρᾶς. *Fide tranſierunt per mare rubrum uti per ſolum aridum.* Praeter haec duo loca nuſpiam nomen maris rubri aut in veteri aut Novo Teſtamento reperias. Proprie tamen illud mare Sinus tantum erat maris rubri: ſed συνεκδοχικῶς ita locuti ſunt, praeeuntibus, quos laudavi, Interpretibus Graecis, quos paſſim ſequebantur Scriptores Novi Inſtrumenti, etiam in iis, in quibus a Textu Hebraico recedunt, cum quod ad ſenſum magis quam ad voces & literas attenderent, tum quod Graecae verſioni eſſent aſſueti, & verſionem minus accuratam in rebus adiaphoris corrigere non ſemper eſſet tempeſtivum, maxime quum res majoris momenti agerentur: uti *Hebr.* 10. *v.* 5. σῶμα κατηρτίσω μοι, citatur

ex

ex *Pſ.*40. 7. quemadmodum ibi Graeci codices habent: ſed Hebraei, *aures fodiſti.* 1 *Petr.* 2. 6. citatur dictum *Jeſaiae c.* 28. 16. juxta Graecos Interpretes abeuntes ab Hebraeo. Sic *Rom.* 10. *v.* 18. citat Apoſtolus *Pſ.* 19. 5. itidem juxta Graecos; atque ita fit pluribus in locis.

§. IX. Probantur ante dicta ex ſcriptoribus, qui de mari rubro ex profeſſo ſcripſerunt.

IX. Hactenus teſtimonia quaedam hic illic ſparſa per veterum monumenta adduximus, quae probant, non Sinum Arabicum ſed aliud vaſtius mare olim proprio nomine rubrum eſſe appellatum. Quibus ſi jam addamus illos ſcriptores, qui unice hoc egerunt ut mare Rubrum deſcriberent, & ibi ſententiam noſtram mire confirmatam reperiemus. Duo potiſſimum ſunt, qui de Mari rubro ſcripſerunt & quorum labores ad memoriam noſtram pervenerunt, Agatharchides & Arrianus, quorum ille, quid per mare rubrum intellexerit (non enim hic inſeremus omnia quae de hoc mari ſcripſit, quaeque anno 1698 Graece Latineque inter Geographos minores Oxoniae edita ab unoquoque conferri queunt) ſatis oſtendit, ſcribens θάλατταν οὖσαν ἄπειρον μεγέθη πάντας ἔτι καὶ καθ' ἡμᾶς ἐπονομάζειν ἐρυθράν. *Mare illud, magnitudine infinitum omnes ad noſtram uſque aetatem appellare Rubrum.* Arrianus autem in Periplo Maris Rubri Sinthum fluvium, qui ipſe Indus

Indus est (Ptolomaeus ostium Indi σίνθον vocat) quem accolae hodieque سند *Sind* vocant, ait maximum esse fluviorum maris rubri. Haec ejus verba sunt. Ποταμὸς Σίνθος μέγιστος τῶν κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ποταμῶν καὶ πλεῖστον ὕδωρ εἰς θάλασσαν ἐκβάλλων, ὥστε ἄχρι πολλοῦ (καὶ πρὶν ἢ συμβάλῃ τῇ χώρᾳ) εἰς τὸ πέλαγος ἀπαντᾷν ἀπ' αὐτοῦ λευκὸν ὕδωρ. *Fluvius Sinthus maximus fluviorum, qui se in mare rubrum effundunt, & maximam copiam aquae afferens, ita ut longo satis intervallo ab ostiis & antequam ipsam regionem attingas, aqua ex illo flumine candida appareat.* Idem mihi de Indo retulerunt αὐτόπται & multis milliaribus ab ostiis ejus in mari dulces ejus aquas & turbato fundo albicantes hauriri. Quo minus dubitare licet Sinthum eundem esse cum Indo. Dein Arrianus pergit ad lustranda reliqua Asiae litora ad Gangem & ultra, quae omnia in periplo maris Erythraei exhibet: atque ita non proprie Sinum Arabicum sed vastum illud mare, quod Arabiam Persiam Indiamque alluit se intelligere sub nomine Maris rubri satis ostendit, quod & nos volumus.

§. X. *Unde appellatum sit mare rubrum.*

X. Postquam docuimus, quid per mare rubrum intellexerint veteres, videndum est, unde ita dictum sit. De quo non multa colligam, quandoquidem discrepantes circa hanc

rem

rem opiniones ſatis notae & vulgatae ſunt, ut vix tyro in Philologicis eas neſciat, ſed meam ſolummodo ſententiam exhibebo, & dein illam quae hodie plurimum recepta eſt, quaſi ab Edomo ita nuncupatum ſit, ad examen revocabo. Quod ad epitheton Rubri attinet, non puto ex lingua Hebraea id peti debere, quia nunquam ab Hebraeis id mare Rubrum appellatur, ſed puto Graecos & Latinos eſſe conſulendos. Hi autem voce ἐρυθρὸν, *rubrum*, *rubere*, & affinibus ita utuntur, ut iis ſignificent viciniam, ardorem, fulgoremve Solis inſigniorem. Lucretius *lib.* VI. 208.

—— *Solis de lumine multa neceſſe eſt*
Concipere ut merito rubeant.

Et *lib.* V. 463. de Sole oriente ſpeciatim.

Matutina rubent radiati lumina Solis.

Tibullus *l.* 2. *El.* 2.

Eoi qua maris unda rubet.

Et Sol ipſe, *ruber*, *rubentes Solis equi* apud Claud. *in Gigant. v.* 9. quos inter *Erythreus*; & *Solis rubrum jubar* apud Lucret. *l.* 4. 406. Et regiones illae rubrae, rubicundae, peruſtae, ardentes appellantur, quae illi Zonae ſubjacent, quae Solis vires maxime experitur. Claudianus in 1 Conſ. Stilic. 257.

Et calido rubicunda die ſic Africa fatur.

Seneca Hercul. *Aet.* 1701.

Et omnis ardens ora, quam torret dies.

Et

Et ipſa illa Zona, ſeu plaga torrida, ἐρυθρὰ, rubens, rubra, peruſta, calens, &c. dicitur. Conferamus quaedam exempla Eratoſthenes in deſcriptione Zonarum quinque mediam ita deſcribit:

Ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἔκπυρος οἷον ἐρυθρὴ
Τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπεὶ ῥα ἑ μοῖραν ἐπ' αὐτὴν
Κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθέρεες πυρόωσιν.
Una eſt ſabuloſa & torrida & rubens
Verberata flammis, quia illam partem
Sibi ſubjectam perpetuo radii ardentes torrent.

Virgilius eodem modo hanc Zonam deſcribit & rubentem vocat:

Quinque tenent coelum Zonae, quarum una coruſco
Semper Sole rubens & torrida ſemper ab igni.

Claudianus *de bello Gildon. v.* 145.

——— *felicior illa peruſtae*
Pars Libyae, nimio quae ſe munita calore
Defendit, tantique vacat ſecura tyranni.
Creſcat Zona rubens.

id. *de raptu Proſerp.* 257.

Addit quinque plagas: mediam ſubtegmine rubro
Obſeſſam fervore notat. Squalebat aduſtus
Limes & aſſiduo ſitiebant ſtamina Sole.

id.

id. *in prim. Conf. Stiliconis v. 336.*

Te duce, ſuſpecto Martis graviore paratu
Aut in arenoſos aeſtus, Zonamque rubentem
Tenderet.

Lucanus *lib.* IV.

At qua lata jacet vaſti plaga fervida regni
Diſtinet Oceanum, Zonaeque exuſta calentis.

idem *lib.* x.

— illos rubicunda peruſti
Zona poli tenuit —

Arnobius *lib* 1. *adv. Gentes*, *igneam Zonam* appellat, & Ovidius ſub ignibus poſitas Gentes quae illius partem incolebant,

— poſitoſque ſub ignibus Indos:

& 1 *Met.* illam inhabitabilem dicit, per omnia ſc.

Quarum quae media eſt non eſt habitabilis aeſtu.

Euſtathius & alii διακεκαυμένην ζώνην vocant. Quum igitur conſtet Zonam illam *rubram* eſſe dictam, & regiones ei ſubjectas *rubicundas*, *ardentes*, &c. quidni mare illud vaſtum eidem Zonae ſubjacens *rubrum* eadem ratione dici potuit?

XI. Aut haec opinio mea eadem eſt, aut certe non multum diverſa ab illa veterum, qui, referente Cteſia apud Strabon. *l.* 16. ἐρυθρὰν λέγουσι τὴν θάλατταν ἀπὸ τοῦ Ἡλίου κατὰ κορυφὴν ὄντος, *rubrum appellabant mare, quod* §. XI. *Idem confirmatur.*

 Sol

Sol ibi ſupra verticem eſſet, vel eorum, quos memorat Euſtathius in παρεκβολ. ad Dionyſii περιήγησιν v. 38. Τινὲς δὲ ἐρυθρὰν εἶπον διὰ τὸ πυροῦσθαι μάλιστα τῷ ἡλίῳ τὸ ἐκεῖ κλίμα. Διὸ, φασὶ, καὶ Αἰθίοπες οἱ κατοικοῦντες λέγονται ὡς κεκαυμένοι τὴν ὄψιν. *Quidam mare rubrum dictum ajunt, quod illud Clima, vel illa plaga, plurimum a Sole torreatur. Propterea, dicunt, qui illam inhabitant Aethiopes appellantur, quippe qui facie aduſti ſunt.* Ultima haec non parum pro nobis faciunt, quia Aethiopes, quaſi *rubri* & *Sole aduſti* dicti ſunt, nam Αἴθοψ id Graecis ſonat. Heſych. αἴθοπος, μέλανος, διαπύρου. Αἴθοπος, *nigri, igniti.* Auctor Etymologici Magni, quod primum ex Blaſti officina a. 1499. prodiit. Αἰθίοψ παρὰ τὸ καίω καὶ τὸ ὢψ ὠπός. Ὁ σημαίνει τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸ πρόσωπον. Ὁ κεκαυμένην ἔχων τὴν πρόσοψιν. Λέγεται γὰρ ἐκεῖσε σφοδρότερον αἴθειν τὸν ἥλιον. *Aethiops dicitur ab* αἴθω *uro* & ὢψ, *quod ſignificat oculum* & *faciem*, & *eſt ille qui aduſtam habet faciem. Dicitur enim Sol ibi maxime urere.* Etymologus noſter ineditus. Αἰθιόπια παρὰ τὸ αἰθίωψ. οὗτο παρὰ τὸ αἴθω, καίω. *Aethiopia derivatur ab Aethiops, niger* & *hoc ab* αἴθω, *uro.* Ita & Euſtathius *in Odyſſ. lib.* 1. *p.* 12. *lin.* 52. & *p.* 13. obſervat ὅτι μὲν Αἰθίοπες μεμερισμένοι δίχα οἰκοῦσιν ὡς εἴρηται οἱ μὲν δυσομένου ἡλίου οἱ δὲ ἀνατέλλοντος, *Aethiopes eſſe duo-*

rum

rum generum, *quorum illi habitant ad occidentem*, *illi ad orientem Solem.* Eadem enim ratio eſt ob quàm illi, qui vehementiſſimo Solis ardori expoſiti ſunt, tam in oriente quam occidente, aduſti ſive Aethiopes appellentur, & paſſim apud Homerum permutantur hae phraſes,

—— *αἴθοπα οἶνον*

—— *οἶνον ἐρυθρόν.*

& *νέκταρ ἐρυθρόν*. *Iliad. T. v.* 38. *Odyſſ. E v.* 93. 165. 208. M. 327. N. 69. &c. vel utroque epitheto utitur, quo patet non fuiſſe colores diverſos, ut *Odyſſ.* XII. 19.

—— *καὶ αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν.*

(Unde *ἐν παρόδῳ* diſcimus quam falſo Hypſicrates dixerit nulla voce Homerum uti quae in οψ deſinat excepto *καλαύροψ.*) *Iliad. ψ. v.* 845. Eſt igitur *αἴθοψ*, ἐρυθρὸς, & (quia *ὁμοιόν ἐστιν ἐρυθρὸν εἰπεῖν χρῶμα καὶ φοινικοῦν idem eſt ſive ἐρυθρὸν rubrum ſive purpureum colorem dicas* ut Euſtathius ait *ad Iliad. v. pag.* 1426.) *purpureus*, & nonnunquam accedens ad nigrum, unde & *αἴθοψ* per *μέλας* redditur. Quem colorem Gellius in *noct. Atticis lib.* 2. *c.* 26. *rubidum* vocat. *Rubidus* ait, *eſt rufus atrior & nigrore multo mixtus.* Euſtathius *in Iliad. α.* *αἴθοψ οἶνος ὁ οἶνος ἐπικεκαυμένος τὴν ὄψιν ἤτοι μέλας ἢ ἐρυθρός. Ὁποίαν συνθέσιν ἔχει καὶ ὁ Αἰθιόψ τὸ ἐθνικόν.* *Vinum αἴθοψ aduſtum quod*

ad colorem, vel nigrum, aut rubrum. Ex iisdem vocibus componitur etiam Gentile Aethiops. Et idem ad *Iliad. pag.* 836. ſcribit Euripidem alicubi referre unum ex Solis equis αἴθοπα dici (apud Hyginum eſt *Aethiops, cap.* 183.) & de ejus nomine vinum ita appellari. Sic & Homerus χαλκὸν ἐρυθρὸν & αἴθοπα χαλκὸν inter ſe permutat: ubi αἴθοψ non nigrum aes, ſed rutilum notat. Atque inde Aethiopes dicti, quaſi ἐρυθροὶ, μέλανες, rubri & nigri, ut & Indi *rubri.* Silius *lib.* XII.

Lucet in aure lapis rubris advectus ab Indis.

& *nigri.* Ovid. I. de arte Am.

Andromeden Perſeus nigris portavit ab Indis.

Eleganter Seneca Tragicus de his Indis.

Litus intravit pelagi rubentis
Promit hic ortus, aperitque lucem
Phoebus, & flamma propiore nudos
Inficit Indos.

Et Propertius, *lib.* III. *Eleg.* II.

Quos Aurora ſuis rubra colorat equis.

§. XII. *Num appelletur rubrum ab Edom.*

XII. Haec quidem ſententia ſimplicitate ſua mihi maxime arridet. At alia eſt, hodie inter Eruditos maxime recepta, quae maris rubri etymon ducit ab Hebraeo אדום *Edom, ruber*, idque ita dictum autumat, quod Edom ejuſque poſteri ad litus Sinus Arabici habitaverint, unde toti Sinui Arabico nomen ma-

ris

ris Idumaei, ſive rubri adhaeſit: & ad firmamentum hujus aſſerti addunt, ipſos Graecos ſcribere mare Erythraeum ita dictum a Rege Erythra, per quem nullus alius intelligi poteſt quam *Edom*. Quis primus hujus ſententiae auctor ſit vix certo dixerim. Cl. Nicolaus Fullerus in Miſcell. Sacr. *lib.* IV. *cap.* 20. eam exhibuit, & a nemine Graecorum ac Latinorum animadverſam, ut ait, multis firmare, anniſus eſt, ſed & ante Cl. Fullerum deprehendi Illuſtrem Joſephum Scaligerum in notis ad Feſtum, voce *Aegyptinos*, editis anno 1574 ſcripſiſſe: *quum ſcirent, Edom* ἐρυθρὸν *Graece reddi, ab eo* τὴν θάλασσαν ἐρυθραίαν *appellaverunt ſinum Arabicum*, & ante eum Genebrardum in Comm. ad Pſ. 106. quos dein Cl. Druſius, Bochartus, aliique Viri magni nominis ſecuti ſunt. Quorum tamen bona cum venia liceat mihi rationes meas promere, quibus prohibeor quominus iis aſſentiar. Primo quidem Edomaei nimis exiguam portionem litoris in Sinu Arabico, parte maris rubri, poſſederunt, ut credi poſſiut nomen dediſſe non tantum toti hinc Sinui Arabico (cujus partem accolebant) ſed & Sinui Perſico, & vaſtiſſimo mari Indico, in quod Ganges & Indiis ſe effundunt. Si Idumaei omne illud intervallum terrarum, & longiſſime diffuſa litora Arabiae, Perſiae & Indiae tenuiſſent,

veri aliqua ſpecies foret, id mare ab iis אדום *Edom*, ſive, rubrum eſſe dictum. Nunc, cum illi exiguam modo oram litoris in Sinu Arabico, ſinu maris rubri, occupaverint, vix id probabile eſt: & eadem ratione credi poſſet, quia Trajectini & Geldri quaedam litora in Sinu maris Germanici (quem nos vulgo de Zuyderzee appellamus) poſſident, non hunc ſolum Sinum, ſed & mare illud extimum quod Britannias, Galliam, & Hiſpaniam alluit, Trajectinum aut Gelricum potuiſſe dici, quod ſc. in Sinu quodam illius maris litora quaedam tenerent. Quod uti abſonum eſt, ita non magis mihi placet, gentem Idumaeam, locis maxime diſſitis nomen ſuum dare potuiſſe. Deinde non conſtat aut e ſacris aut profanis ſcriptoribus olim mare illud, ſive Sinum Arabicum ים אדום *mare Edom* ſive Idumaeum dictum fuiſſe. Nuſpiam in V. T. aut N. mentio fit maris *Edom*. Siquidem id vulgo fuiſſet dictum *mare Edom*, credere poſſemus veteres Graecos id mutaſſe in θάλασσαν ἐρυθρὰν, & Latinos in mare rubrum. Nec hodie quoque Judaei illud mare Edom appellant. Non ergo ab Hebraeis id nomen ortum eſt. Sed primi qui vocem θαλάσσης ἐρυθρᾶς uſurparunt, fuere Graeci, & dein eos ſecuti ſunt Latini, *mare rubrum* id nuncupantes. Quod ſi illi vel maxime ab Edo-
maeis

maeis Sinum Arabicum appellassent mare rubrum, quare id nomen etiam Sinui Persico & vasto Oceano Indico tribuerunt? An & hoc ab Edomo? Quae sit in eo veri species equidem non video. Tum si ab Edomo mare rubrum dictum sit, cur per mare rubrum praecipue mare Persiam & Indiam alluens intelligunt? Debuissent proprie Sinui Arabico, cujus litora partim possidebant Edomaei, id nomen dedisse. At e contrario, quum Geographi, nullo excepto, mare rubrum describent, mare illud quod Persiam & Indiam alluit inprimis se intelligere ostendunt & Sinum Arabicum (ad quem siti sunt Idumaei) Sinum modo rubri maris appellant. Cur autem illum uti Sinum maris rubri considerant, quum is vel maxime & κατ' ἐξοχὴν deberet rubrum dici, si etymon originem traheret ab Edomaeis?

XIII. Illud porro, quod de rege Erythra filio Persei & Andromedes, qui nomen dederit mari Erythraeo, referunt, tantum abest, ut sententiam Cl. virorum dissentientium firmet, ut potius evertere censendum sit. Nam vel eo ipso, quod ille ἐρύθρας dicatur filius Persei & Andromedes, satis distinguitur ab Edomo. Si enim iste Erythras sit Edom, qui mari nomen dedit, quomodo circa Sinum Persicum regnasse dicitur a Plinio, Mela & aliis?

§. XIII. *De Rege Erythra, num is Edom.*

 aliis?

aliis? Num ibi Edom imperavit unquam? Attamen & regnavit ibi Erythras & ſepultus eſt in inſula maris Perſici; quamvis nec de inſulae nomine ſatis conſtet, aliis aliter id exhibentibus. Quae fabulam redolent. Si enim ab Erythra dictum eſſet id mare, ſemper Erythraeum, Ἐρυθραῖον, nunquam ἐρυθρὸν vel rubrum fuiſſet appellatum. Sed praeterea adeo diverſae ſunt ſcriptorum relationes de Erythra, ut iis fidere nequaquam liceat, & ne hilum quidem Edomo conveniat, praeter ſolum nomen Ἐρυθρᾶ. Quidam illum Ἐρυθρὸν, alii Erythram, nonnulli Erythraeum appellant. Hic illum in mare cecidiſſe & aquis ſuffocatum tradit, ille, eum in mare poſt mortem projectum eſſe. Ita Etymologici magni auctor editus ἐρυθραῖον πέλαγος ἀπὸ Ἐρυθραίου τινὸς βασιλέως. Ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ ἔρριψαν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐπιγράψαντες τῷ τάφῳ, ἔνθαδε τάφος ἁλὸς παμμεδέοντος Ἐρυθρᾶ. *Erythraeum pelagus ab Erythraeo quodam Rege. Illum enim mortuum projecerunt in mare, inſcribentes ſepulcro: Hic eſt ſepulcrum Erythrae, toti mari imperantis*: quae inſcriptio ex iis verſibus formata videtur, quos exhibet Euſtathius in Dionyſ. ad v. 606.

Ἀγχιβαθὴς δ' ἄρα νῆσος ἁλὸς κατὰ βένθος ἐρυθρῆς,
Ὠγυρις· ἔνθα δὲ τύμβος ἁλὸς μεδέοντος Ἐρύθρα
Κέκλιται.

& mox Etymologus, ἐρυθρὰ θάλασσα, ἀπὸ Ἐρυθρῦ βασιλέως, πεσόντος ἐκεῖ καὶ πνιγέντος. *Rubrum mare, ab Erythro rege, qui illic cecidit & suffocatus est.* Suidas. Ἐρυθρὰ θάλασσα ἐκλήθη.... ἐκ τινὸς ἀνδρὸς Ἐρύθρα τὴν προσηγορίαν, ἐνδυναστεύσαντος τοῖς δε τοῖς τόποις *Mare rubrum dictum est...... ab viro quodam Erythra appellato, qui in iis locis principatum tenuit.* Eadem haec, nonnullis mutatis, tradit M. Stum Etymologicon Bibliothecae nostrae Trajectinae, tribus voll. in folio, quod ajunt, constans, quod quia ineditum est, ex eo lubentius haec appono. Ἐρυθρὰ, ἀπὸ τῦ Ἐρυθρῦ τινος βασιλέως ὀνομαζόμενα πεσόντος ἐκεῖ καὶ πνιγέντος, ἢ παρὰ τὸ ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρεῶν ἐρυθρῶν εἶναι. dein ἐρυθρὰ ἀπὸ τῦ ἐρυθρῦ τινος βασιλέως· ἔρριψε γὰρ αὐτὸν εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἐλάξευσεν ἐκεῖ λίθον καὶ ἔγραψεν ὕτως,

Ἔνθα τύμβος ἁλὸς μεδόντος ἐρυθρῦ.

Ἐρυθρὸς, παρὰ τὸ ἐρεύθω, τὸ βάπτω· καὶ ἀποβολῇ τῦ ε καὶ πλεονασμῷ τῦ ρ ἐρυθρὸς· πόθεν ἐκλήθη ἐρυθραῖον πέλαγος ἀπὸ τῦ ἐρυθρῦ τινος βασιλέως ἀποθανόντος γὰρ αὐτῦ ἔρριψαν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπιγράψαντες τῷ τάφῳ ὕτως,

Ἔνθαδε τύμβος ἁλὸς παμμεδέοντος ἐρυθρῦ.

Haec quod non multum differant ab iis quae ex Etymologico magno produximus, Latine non reddimus. At metrum in versu non constat. Agatharchides, citatus a Strabone

ne *lib.* 16. *pag.* 39. aliter hunc Erythram describit, sc. quod Persa quidam, nomine Erythras equorum armentum, quod metu leaenae e Persiae continente per mare in insulam transnaverat, insequeretur, primus ad illam insulam appulerit, & illam habitabilem videns repleverit colonis, & totum mare de nomine suo appellaverit. Qui vult Excerpta ex Agatharchide ipsa legat quae Angli *anno* 1698. *Tomo*.1. Geographorum minorum inseruerunt. Alii autem a Rege quodam, ibi sepulto qui genere erat Erythraeus, & cui cum Baccho Jovis filio res fuit, de quo vide Eustathium in Comm. ad Dionys. *v.* 606. Qua veri specie autem Edomo potest tribui, quod de Erythra in Epitaphio, modo exhibito, legitur, illum fuisse παμμεδέοντα ἁλὸς, & mari toti imperasse, quod si vel de mari Persico Indicove intelligi posse concedamus, quis veterum, aut sacrorum aut profanorum scriptorum unquam Edomum, vel ejus posteros Idumaeos his regionibus imperasse & maris dominium tam late tenuisse affirmavit? Hic titulus nimis augustus est, & Neptuno, quem Euripides in Hippolyto ποντομέδοντα πορφυρέας λίμνης appellat, melius conveniret. Ego autem, ut dicam quod sentio, illud Epitaphium revera antiquum esse (quis enim illi Edomo Graece scripsisset Epitaphium & versu quidem hexametro?) non existimo.

XIV.

XIV. Nec de ipsa insula conveniunt, in qua Erythras sepultus esse dicitur. Nearchus & Orthagoras, (ita testatur Strabo *p.* 727.) dixerunt νῆσον τυῤῥίνην κεῖσθαι πρὸς νότον πελάγιαν ἐν δισχιλίοις σταδίοις ἐν ᾗ τάφος ἐρυθρᾶ δείκνυται χῶμα μέγα ἀγρίοις φοίνιξι κατάφυτον. Τούτων δὲ βασιλεῦσαι τῶν τόπων καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν θάλατταν ἐπώνυμον καταλιπεῖν, *Insulam Tyrrhinam sitam esse in pelago ad austrum duobus millibus stadiorum a Carmania distantem in qua Erythrae sepulcrum ostenditur, ingens tumulus & silvestribus palmis circumsitus, qui iis locis imperaverat, & mari de suo nomine nomen reliquerat.* Arrianus eam Oaractam appellat, & ita describit *in Hist. Ind.* Ἐς τὴν δὲ ὡρμήθησαν Ὀάρακτα (ἐκαλέετο) Ἄμπελοί τε ἐν αὐτῇ ἐπεφύκησαν καὶ φοίνικες καὶ σιτοφόρος. Τὸ δὲ μῆκος ἦν τῆς νήσου στάδιοι ὀκτακόσιοι. Καὶ ὁ ὕπαρχος τῆς νήσου Μαζήνης συνέπλει αὐτοῖσι μέχρι Σούσων ἐθελοντὴς ἡγεμὼν τοῦ πλόου. Ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ ἔλεγον καὶ τοῦ πρώτου δυναστεύσαντος τῆς χώρης ταύτης δείκνυσθαι τὸν τάφον. Ὄνομα δὲ αὐτῷ ἐρύθρην εἶναι, ἀπ' ὅτου καὶ τὴν ἐπωνυμίην τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ εἶναι ἐρυθρὴν καλέεσθαι. *Insula ad quam appulerunt, Oaracta vocabatur, vitium, palmarum, & frumenti ferax. Praeses ejus Mazenes sua sponte se comitem iis & ducem adjunxit usque ad Susa. In hac insula dicebant sepulcrum ostendi illius*

§. XIV. *Dissensio circa sepulcrum Erythrae.*

lius qui primus imperium ejus regionis tenuerat, cui nomen Erythras, unde & mare Rubrum est appellatum. Plinius Ogyrin vocat *lib.* VI. *Insula in alto objacet Ogyris, clara Erythra rege ibi sepulto.* Quid inde certi colligas? Confuderunt varias insulas Sinus Persici, nec debitum eis situm assignarunt. Cl. Vossius in Notis ad Melam sagacissime odoratus est nomen *Ogyris & Gyris & Gyrine* innuere insulam quae هرمز *Hormuz* hodie dicitur, in faucibus Sinus Persici sita, quaeque olim جرون *Zjerun* vel *Gerun* dicta fuit, & apud Strabonem pro Τυῤῥίνην (ut melius cum *Gerun* conveniat) scribendum putat Γυρίνην. At ego nil mutandum censeo, quia certum est ج Persicum non per *G* vel *Zj* solum sed & per *T* nonnunquam pronunciari. Ita herba, quam nos vulgo *Thee* appellamus, scribitur Malaïce چا. Similiter ex עגל sive عجل *bos, vitulus,* puto deductum esse nomen *Italiae*, ubi ج per *T* redditum est. Nam a bobus Italiam dictam esse veteres asserunt, quod Graeci boves Ἰταλȣς (unde Romanum *vitulus*) dicerent: quae vox ea ratione, qua exposui, a עגל Hebraeo venit. Ἰταλὸς Hesychio ταῦ-

ρος.

ρος. *Italia a vitulis nominata ut ſcribit Piſo*, ſunt verba Varronis *de re ruſt. lib.* 2. *cap.* 1. & *cap.* 5. *Bos maxima debet eſſe auctoritate praeſertim in Italia quae a bubus nomen habere ſit exiſtimata.* Confer & quae Dionyſius Halicarnaſſaeus habet *Antiq. Roman. lib.* 1. *cap.* 4. Ita & in Paulina Feſti *Epitome. Italia dicta quod magnos Italos hoc eſt boves habeat.* Unde etiam *Thurii* dicti a bubus, cum תור *Tur* bos ſit, & in nummus Thuriorum hodieque bos conſpiciatur: vide Proſperi Pariſii rarior. magn. Graec. numiſm. Cui ſententiae favet quod regio Brutiorum & Lucanorum, in quibus ſiti Thurii, olim proprie Italia dicta fuerit, quod nomen poſtea latius extenſum eſt. Mirum hanc ἰταλῶν Etymologiam a nemine hactenus animadverſam. Sed revertamur ad inſulam Hormuz. Id nomen lingua vetuſta Perſica palmetum notare ſcribit loco m. citato Cl. Voſſius: quod ignoro: ſed palmae fructum dactylum voce non multum diverſa خرما *Chorma* Perſice dici ſcio: verum longe aliter ſcribitur هرمزد vel اورمزد ut alii volunt, quamvis nonnulli hanc ſcriptionem rejiciant, aliter خرما: & teſtantur Perſae ab Rege Ormozd (unde Graecum Hormizdas) illam inſulam eſſe appellatam, quod credibile

eſt.

est. De palmis, quae ibi fuisse olim perhibentur, nil hodie restat: sterile solum est & nullius arboris capax; adeo salsuginosum & sulphureum est. Ceterum de his insulis videri potest praeter Vossium modo laudatum Salmasius *in Exerc. Plinia. pag.* 831. Quae tamen omnia simul collata satis ostendunt non convenire veteres in assignanda certa insula quae sepulcrum sit commentitii Erythrae.

§. XV. *Mos veterum, qui nomina marium & locorum a nominibus virorum, sive veris sive fictis deducere amant.*

XV. At nil veri subesse hinc sententiae quae ab Erythra mare rubrum derivandum censet, praeter ante dicta ostendit consuetudo Veterum Graecorum praecipue, qui plurima nomina fluviorum & regionum a fabulosis quibusdam Viris aut faeminis qui ea loca incoluerunt & reges plerumque vel reginae fingebantur, derivare solent. Qui exempla cupit, Plutarchi libellum de fluminibus perlegat, ubi omnes fluvios ibi recensitos (solo Tigride excepto) ab hominibus idem nomen gerentibus & qui ibi regnaverunt, vel in eo perierunt, (quod ipsum de Erythra narrant uti vidimus) nomina sua traxisse videbit. Sic solebant illi, quum tamen nos contrarium saepe sciamus e certissimis documentis: uti quod Araxes ab Araxe rege Armeniorum (qui enim nomen suum istius modi fluviis dedere, Reges esse solent, uti & Erythras noster Rex) dictus

dictus ſit, quum ſit nomen Perſicum ارس
Arras, *fluvius*, quod Euphrates ab Euphrate Arandaci filio in eum demerſo ſit appellatus, quum verum nomen פרת in Moſe habeatur & inde او فرت *Eu frat* ductum ſit, quod Nilus, qui & Melas, a viris cognominibus ita dictus ſit, quum ex נחל & שחור multo aptius repetatur, aliaque quae lector conferat. Adde Ovidii Metamorphoſes, ubi ampla exemplorum talium ſeges eſt, Apollodori Bibliothecam & alios Mythologos. Ita Perſiam a Perſe filio Andromedae dictam, Mediam a Medo Mediae filio, Armeniam ab Armenio Rhodio, regionem Gordyaeam a Gordye filio Triptolemi, Thraciam a Thrace Rege, Babyloniam a Babylone filio Beli, Joppen ab Jope Cephei uxore, Aſcalonem ab Aſcalo, Damaſcum ab Aſco gigante, Illyriam ab Illyrio Cadmi filio, Italiam ab Italo, mare Atlanticum ab Atlante Rege Mauritaniae, Icarium ab Icaro, mare Jonium ab Jo, Hadriaticum ab Hadria, Aegaeum ab Aegeo Theſei patre, Tyrrhenum a Tyrrheno Atyos filio, & multa talia. Sic quoque, quum aliunde nomen Erythrae in fabulis ſuis noſſent, pro more ſuo, a viro Erythra dicto mare Erythraeum deduxerunt.

§. XVI. *Sepulchrum Erythrae falso jactatur.*

XVI. Verum, dicet aliquis, non videtur commentum esse quod Graeci de Erythra tradunt, quandoquidem ejus sepulcrum extare & ostendi scribunt. Quasi vero non plura talia de locis remotis fingi soleant; adde quod nullus veterum affirmet se id vidisse, at solummodo se id auditione accepisse. Quid? Quod si vera scribant illi Auctores qui in mari submersum Erythram volunt, mendacii possit convinci tota illa de ejus sepulcro fabula, nisi quis statuere velit, pisces carnivoros illius maris pepercisse Regi Erythrae, & cadaver ejus in litus esse ejectum, aut Cenotaphium ei structum fuisse. Quod si vel maxime ibi quidpiam pro sepulcro Erythrae ostentaretur, potuit id alterius viri sepulcrum fuisse, quem variis de causis Erythran esse dixerint. Vel, cum insulani illi Principis cujusdam sepulcrum in insula sua haberent, & illum regem nomen dedisse locis vicinis narrarent, Graeci jam id mare ἐρυθρὸν vocantes, illum Erythran dixerunt. Aut forte mentiti illi sunt, ut Cretenses, qui Jovis sepulcrum esse penes se jactabant, unde Κρῆτες, uti & alia iis exprobrabantur vitia, quod essent, uti Leonidas loquitur *lib.* III. *Anthol. Epigr.* 65.

Ἀεὶ λῃϛαὶ, καὶ ἁλιφθόροι, οὐδὲ δίκαιοι.
Semper latrones & piratae, & injusti.

ita

ita etiam dicti fuere, *perpetuo mendaces*, ἀεὶ ψεῦσαι, & ſcite Callimachus.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Cretenſes ſemper mendaces ſunt. Sepulcrum enim Tuum, o Rex,
Cretenſes fabricarunt, quum tu non ſis mortuus, ſed ſemper exiſtas.

Quod ipſum ſalſe perſtringit Athenagoras in *Apol.* pro *Chriſtian.* & Getulicus in Epitaphio Aſtydamantis, *lib.* III. *Antholog. Epigr.* 12. imitatus eſt. Quia enim Minois ſepulcrum ibi fuerat hac Inſcriptione ΜΙΝΩΟϹ ΤΟΥ ΔΙΟϹ ΤΑΦΟϹ, *Minois, Filii Jovis, ſepulcrum*, illo ΜΙΝΩΟΣ injuria temporis eraſo, reſtabat ΤΟΥ ΔΙΟΣ *Jovis*, quod inepta & ſtulta gens pro Jovis ſepulcro habuit, non contenta Jovis incunabulis. Ita teſtatur Scholiaſtes Callimachi ad *Hymn.* I. his verbis ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. Τῷ χρόνῳ δὲ τὸ τοῦ Μίνωος ἀπηλείφθη· ὥστε περιλειφθῆναι, τοῦ Διὸς τάφος. Quorum verborum ſenſum Latine jam dedimus. Lactantius inſcriptionem ita refert. Ὁ Ζεὺς τοῦ Κρόνου. *Jupiter Saturni.* Inſcriptionis nominis JOVIS etiam meminit Mela *lib.* II. *c.* 7. *Ibi ſepulti Jovis paene clarum veſtigium ſepulcrum eſt: cui*

Apag. 38. edition. Stephani 1557

 no-

men ejus inſcriptum eſſe accolae oſtendunt. At alii ſat deprehenderunt eſſe illum ψευδήμονα τύμβον, mendacem tumulum, uti Nonnus *lib.* VIII. Dionyſ. eum vocat, & hinc inquit *Lucanus lib.* VIII.

Tam mendax Magni tumulo, quam Creta
Tonantis.

Simili modo Megarenſes oſtendebant penes ſe ſepulcrum Empedoclis, at falſo, ſiquidem, ut a graviſſimis Auctoribus traditum eſt, ardentem Aetnam inſiliit, quod Diogenes Laertius hoc epigrammate tangit:

Ναὶ μὴν Ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος, ὡς πόθ' ἁμάξης
Ἔκπεσε καὶ μηρὸν κλάσσατο δεξιτερόν.
Εἰ δὲ πυρὸς κρητῆρας ἐσήλατο καὶ πίε τὸ ζῆν.
Πῶς ἂν ἔτ' ἐν Μεγάροις δείκνυτο τοῦ δὲ τάφος;

Certe mortuum eſſe Empedoclem ſermo eſt, quum e curru
Excidit, & dextrum crus fregit.
Si vero igneos crateres inſiliit, & immortalitatem acquiſivit,
Quomodo Megaris oſtenditur ejus ſepulcrum?

§. XVII. *Num Sinus Arabicus praecipue dicatur mare Erythraeum.*

XVII. Denique nititur ea ſententia Cl. Fulleri hoc fundamento Sinum Arabicum ad quem habitarunt Edomaei proprie & primo mare rubrum dictum eſſe. Ita enim ipſe Fullerus

lerus *pag.* 635. „ Arabicum Sinum proprie E-
„ rythraeum h. e. Edomaeum vocari apparet.
& 636. „ Nominis enim Erythraei principium
„ atque honos non remeavit a Sinu Perſico
„ ad Arabicum, ſed emanavit potius ab Arabi-
„ co ad Perſicum. Firmamentum quo nitamur,
„ ſi quaeris, validiſſimum proferimus. 1 *Reg.* 9:
„ 26. Naves fabricatus eſt Rex Salomon Etſio-
„ ne Geberis quae eſt prope Elothas ad litus
„ maris rubri in terra Edomi. Debile profecto fundamentum. Nam in illo textu maris rubri nomen non legitur, niſi in verſione Latina. Nuſpiam in V. T. *maris rubri* mentio. ים סוף *mare algoſum* ubique appellatur non rubrum. Quomodo ergo inde probabitur Sinum Arabicum primo nomen maris rubri habuiſſe ante Sinum Perſicum? Nos ſupra oſtendimus, quum veteres Geographi mare rubrum deſcribunt, nunquam illos Sinum Arabicum ſpeciatim ita appellare, ſed eum uti Sinum maris rubri conſiderare, &, ſi alteruter horum Sinuum mare rubrum dicendum ſit, plurima Veterum teſtimonia pro mari Perſico ſtare. Nec multo plus Viro Eruditiſſimo favet, quod putet, quum Heſychius Sidonios appellat non tantum φοίνικας, Phoenices, verum etiam τοὺς τὴν ἐρυθρὰν οἰκοῦντας θάλασσαν, *eos qui mare rubrum accolunt*, ibi per mare rubrum Sinum Arabicum intelligi,

quia Sidonii illic mercaturam exercuerunt. Nec enim populi ibi habitare dicuntur, ubi quidam ex iis mercaturam exercent. Uti male hodie, si indicare vellem, qui appellarentur Belgae, dicerem, cives Provinciarum unitarum &c. & qui habitant in America, in Java, in Siam &c. At si quid judico, non illos Sidonios, qui notissimi erant, innuit Hesychius, sed eos qui ad mare rubrum habitabant, eo sensu quo Veteres mare rubrum intellexere, sc. mare Indicum, vel illud quod litora Indiae & Persiae alluit. Ibi enim quoque sunt Σιδώνιοι & urbs Σιδώνη, uti in duobus MStis Florentinis Arriani *hist. Ind.* recte legitur. Sidone oppidum est in litore Carmaniae. Ὁρμίζονται πρὸς Σιδώνη, πολιχνίῳ σμικρῷ καὶ πάντων ἀπόρῳ ὅτι μὴ ὕδατος καὶ ἰχθύων. *Appulerunt Sidonen urbem exiguam, & omnium rerum inopem praeterquam aquae & piscium.* Strabo tamen, quod miror, etiam illis se opponit, qui Sidonios quosdam ad Sinum Persicum collocant, ita scribens *lib.* I. postquam monuerat multos proferre ea quae fidem non merentur, ὅμοιοι δ᾽ εἰσὶ τούτοις καὶ οἱ Σιδονίους ἐν τῇ κατὰ Πέρσας θαλάττῃ διηγούμενοι ἢ ἄλλοθί που τοῦ Ὠκεανοῦ *similes iis sunt qui Sidonios in mari Persico vel alibi ad Oceanum locant.*

§. XVIII. *Aetas Erythrae &*

XVIII. Videamus porro an aetas Erythrae ita conveniat cum aetate Edomi ut pro eodem

eodem haberi poſſit. Sunt qui Erythram Perſei filium fuiſſe dicunt, at Perſeus ille circa annum 1300 ante Chriſtum vixiſſe ſcribitur, juxta computum Petavii aliorumque Chronologorum. Sic ut hic Erythras aliquot ſaeculis poſt Edomum vixerit, nec idem cum eo cenſendus ſit. Alii Erythram, a quo mare Erythraeum dictum ſit, vixiſſe volunt eo tempore, quo Medi rerum potiebantur, uti videre eſt in fragmentis Agatharchidis de mari rubro. Quae tempora multo ſeriora ſunt, quam uit iis Edomus vixiſſe credi poſſit. Sed mendacia ſibi non conſtant. Quare nulla quoque eſt inter Erythram & Edomum temporis, quo uterque vixit, conuenientia. *Edomi non conveniunt.*

XIX. Pro etymo maris Erythraei deducendo ab Erythra quodam ſive Edomo & hoc facit, quod multi urgent, vocem ἐρυθραῖος nunquam ſignificare Graecis *rubrum*, ſed eſſe nomen ἐθνικὸν ſive Gentile, adeoque ab Erythra debere derivari. Aliud eſt, dicunt, ἐρυθρὸς, quod rubrum ſonat, aliud ἐρυθραῖος. Ἐρυθραῖος, ſunt verba Salmaſii in *Exerc. Plin. pag.* 741. *non eſt ruber ſed Erythraeus. Graeci nuſquam* ἐρυθραῖον *pro rubro poſuere.* Ita & Tanaquillus Faber *lib.* 1. *Epiſt.* 9. *pag.* 34. *negamus* ἐρυθραῖος *rubrum ſignificare, ſed Erythraeum, id eſt, qui ab Erythra appellationem duxerit.* At unde colligi potuit ἐρυθραῖον eſſe nomen *§. XIX. An* ἐρυθραῖος *rubrum notet.*

ἐθνικὸν, nisi terminatione αῖος, quae tamen, uti in λιπαρὸς, λιπαραῖος, ἤρεμος, ἠρεμαῖος, ἁγνὸς, ἁγναῖος, δεύτερος & δευτεραῖος, aeque patitur ut dicamus sensu convenire ἐρυθρὸς & ἐρυθραῖος. Saltem ego rationem non video cur credere debeamus τὸ ἐρυθραῖος ubicunque legitur magis significare Erythraeum, quam λιπαραῖος *Liparaeum*, & ἠρεμαῖος *Eremaeum*, quum tamen has voces pro appellativis passim usurpari apud Graecos notum sit, nec a quoquam in dubium vocari possit. Quod si veteres Graecos audiamus, quos fas est credere melius linguae suae genium & vim vocum intellexisse quam nos hodie, certissime nobis persuadebitur illos non fuisse in illa opinione quam Cl. Salmasius, Faber & alii tuentur, sed & contrario existimasse illos ἐρυθραῖον significare *rubrum*. Cur enim alias etymon πόντου ἐρυθραίου deduxissent a colore rubro illius maris, vel rubedine montium adjacentium, si ἐρυθραῖος nunquam rubrum notaret, quod utique illi scire poterant & debebant, quibus usus ejus linguae erat familiaris? Quod si eo usque illi suae linguae ignari fuissent, ut nomen Gentile, ἐρυθραῖον, Erythraeum, inepte confunderent cum appellativo ἐρυθρὸς, ruber, cur non illi scriptores, qui illorum sententiam referunt, qui utique Graece sat erant edocti, errorem tam turpem atro carbone notarunt, dixe-

dixeruntque adverſari hoc linguae genio, & nunquam ἐρυθραῖος rubrum notare, ſed ſolum ἐρυθρός. Non enim tam ampla diſputatione opus fuiſſet circa etymon maris Erythraei, ſi illis ſcriptoribus perſuaſum fuiſſet ἐρυθραῖος ſemper eſſe nomen Gentile & ſignificare Erythraeum. Potuiſſent breviter dixiſſe, erraſſe illos vehementer & confudiſſe ἐρυθραῖος & ἐρυθρὸς, voces ſignificationis diverſiſſimae. At quum hoc non praeſtiterint, ſed & contrario iſtam opinionem, quae ἐρυθραῖον πόντον uti *rubentem* dictum vult, non pro nomine Gentili habet, uti relatu dignam in ſua ſcripta retulerint, nil aliud inde licet inferre quam ἐρυθραῖον & ἐρυθρὸν idem eſſe & rubrum ſignificare. Juvat audire unum inſtar omnium, ſummum illum Grammaticum, Euſtathium, qui ſi inter ἐρυθρὸς & ἐρυθραῖος diſtinctio quaedam collocari debuiſſet, ſine dubio pro ea, qua pollebat, ejus ſermonis peritia, id ſciviſſet, & tamen in notis ad Dionyſii περιήγ. *v.* 38. ita ſcribit. Καλεῖται δὲ Ἐρυθραῖος ἢ ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης τῷ ὕδατι μιλτώδους ἐρυθρᾶς γῆς, ἢ ἐκ τῶν ὑπερκειμένων τοιουτοχρόων ὀρέων· οἷς ἔωθεν προσβάλλων ὁ Ἥλιος ἐρυθρὰν φαντάζει τῇ θαλάσσῃ ἐπιφάνειαν, ἀνακλωμένης τῆς ὄψεως. Φησὶν οὖν ὁ παρὰ τῷ γράψαντι τὰ Ἐθνικὰ, Οὐράνιος οὕτως ὀνομαζόμενον, ὅτι τὰ παρακείμενα ὄρη δεινῶς ἐρυθρά εἰσι καὶ πορφυρᾶ. Καὶ ἐ-

τὰν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν ἡ αὐγὴ σκιὰν ἐρυθράν· καὶ ὄμβρῳ δὲ κατακλυσθέντων τῶν ὀρέων εἰς θάλασσαν συῤῥέοντι, τοιαύτη φησὶ, γίνεται ἡ θάλασσα τὴν χροιάν. *Appellatur autem (Pontus) Erythraeus, vel a rubra terra miniata quae infra ejus aquam est, vel ex montibus rubri coloris ei adſitis, qui cum radiis ſolaribus verberantur faciem maris rubram efficiunt, per refractionem viſus. Uranius autem, citatus Auctori* τῶν ἐθνικῶν, *inde etymon deducit quod adſiti montes inſigniter rubri ſint & purpurei, & quum ſol radios ſuos in illos emittit, umbram rubram ab iis in mare conjici. Et montes pluvia proluti quae ab iis in mare defluit eundem colorem mari impertiuntur.*

§. XX. *De eodem.*

XX. Deinde, ſi ἐρυθραῖος rubrum non notet, quomodo ſolis inſulam *Erythraeam* dictam per *rubentem* transfert Solinus, & Plinius Nympharum cubile rubens? Vix adducor ut credam Plinium Graecae linguae tam imperitum fuiſſe, qui, ſi ἐρυθραῖος rubrum non ſignificaret, id ignoraſſet. Quod ſi vel maxime concedamus ἐρυθραῖον non eſſe rubrum Graecis, & mittamus vocem *Erythraei*, eadem recurret quaeſtio, unde θάλασσα ἐρυθρὰ, & mare rubrum dictum ſit. Hoc utique negari non poteſt ἐρυθρὸν eſſe *rubrum*, & ex neutro horum nominum patere id eſſe Gentile aut ab *Erythra*

thra derivandum. Et ſi vel ἐρυθρὰ ab nomine proprio Erythra formari poſſet (quod tamen Illuſtr. Salmaſius negat in *Exerc. Plin. pag.* 341. & *Faber in Epiſt. l.* 1. *Ep.* 9.) nunquam tamen Latinis id mare *rubrum* appellare licuiſſet. Debuiſſent ſemper Erythrum vel Erythraeum dixiſſe. Nec enim licet, quia ἐρυθρὸς *rubrum* ſonat, pro Erythraeo (nomine proprio) ſubſtituere vocem rubri ut aequivalentem, non magis quam ſi litora Italica appellarem litora bovina, quia ſc. Italia dicitur ab Ἰταλοῖς i. e. bubus, aut Liparam, inſulam pinguem, & quae ſunt his ſimilia. Unde ergo dictum eſt mare rubrum, unde ἐρυθρά; Quodque inprimis hic meretur notari adverſus eos, qui maris Erythraei nomen ab viro Erythra ducunt, & antiquius & vulgarius nomen eſt ἐρυθρὰ θάλασσα & mare rubrum, quam ἐρυθραῖα & Erythraeum, quantum quidem judicare datur ex veterum monumentis. Et hoc nomen vix uſpiam reperias, ſi pauciſſima loca excipias, quam apud Poëtas, quibus illud *Erythraeum* magis ob metrum vel elegantiam vocis, placebat. Atqui ſi ἐρυθραῖον ab Erythra eſſet dictum, & hoc verum genuinumque maris nomen fuiſſet, ſine dubio Hiſtorici & Geographi veteres potius ἐρυθραῖαν eam appellaſſent; quippe quod nomen propius exprimeret originem ejus ab Erythra. Sed con-

trarium fieri videas. Herodotus, Ariſtophanes, Ariſtoteles *Meteorol.* 1. 14. & 2. Pindarus, Beroſus *in* 1. *Babyl.* Strabo, Arrianus *in Periplo*, Agathemeris in Geogr. Pauſanias *l.* 1. *c.* 33. & 6. 26. aliique paſſim ἐρυθρὰν vocant, & plurimi Latinorum *rubrum.*

§. XXI. *Pindari locus de mari rubro expenſus.*

XXI. Non abs re erit, hic diſquirere quo ſenſu Pindarus *in Pythiis* ſcripſerit Argonautas ad Rubrum Oceanum pertigiſſe, quod plane contra omnem veriſimilitudinem ab eo dictum videtur. Sive enim per mare rubrum intelligamus mare Indicum, vel Sinum Perſicum Arabicumve, nihilominus credi vix poteſt ad ullum ex hiſce maribus ſinubusve Argonautas eſſe delatos. Quibus accedit quod veteres, qui ſe certatim exercuerunt in deſcribendo hoc famoſiſſimo itinere, non ſcripſerint eos tam longe provectos, nec ex opinione ſua id ſcribere potuerint, quia iis perſuaſum erat tantum eſſe ardorem intercedentis plagae, & adeo periculoſam maris Atlantici navigationem, maxime ſi totam Africam circum vehi debuiſſent, ut iter ex mari mediterraneo a columnis Herculeis, ultra quas ἄβατον ἅλα *invium mare* Pindarus appellat, *in Nem. od.* 3. ad Indicum Oceanum inſtitui plane non poſſet. Quum itaque ſolus Pindarus illos ad mare rubrum delatos canat, varias expertus eſt & nunc & olim Criticorum cenſuras,

ſuras, quorum maxima pars turpiſſimi erroris notam Nobiliſſimo vati inurunt, nec dubitare affirmant, hic peſſime hallucinatum eſſe Poëtam. Verba ipſa Pindari haec ſunt *in Pyth. od.* IV.

Ἐντ' Ὠκεανοῦ πελάγεσσι μίγεν
Πόντῳ τ' ἐρυθρῷ Λημνιᾶν
Τ' ἔθνει γυναικῶν ἀνδροφόνων.
Dein vecti ſunt ad profunda Oceani
Et mare rubrum, & Lemniarum
Gentem mulierum, quae viros occidebant.

Illud μίγεν verto, uti Scholiaſtae id explicant, per προσεπέλασαν & ναυτιλλόμενοι ἐνεμίγησαν τῷ τε τοῦ Ὠκεανοῦ πελάγει καὶ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. In iiſdem illis Scholiis Pindarus primus appellatur qui Argonautas eo uſque provectos ſcripſit. Sed videamus ipſa verba. Προσεπέλασαν δὲ καὶ τῷ Ὠκεανῷ καὶ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Καινῶς δὲ ὁ Πίνδαρος εἰς ταῦτα τὰ πελάγη ἱστορεῖ πεπλανῆσθαι τοὺς Ἀργοναύτας. Ἄλλως τὸ ἔντ' Ὠκεανοῦ πελάγεσσιν, ἔνιοι φασὶ τὴν πρόθεσιν παρέλκειν τοῦ λόγου. Εἴληφε δὲ ὁ Πίνδαρος τὸ πρῶτον πάντων γενόμενον καὶ ἀντεστραμμένως ἔσχατον τέθεικεν. Εἰς μὲν γὰρ τὸν Ὠκεανὸν καὶ τὴν Ἐρυθρὰν εἰσέβαλον, φεύγοντες ἐκ Κόλχων. Ταῖς δὲ Λημνίαις ἐμίγησαν πρὶν εἰς τὸν Πόντον ἐπιπλεῦσαι. *Delati ſunt ad Oceanum & mare rubrum. Novum autem eſt, quod hic narrat Pindarus ad illa uſque ma-*

ria

ria vagatos esse Argonautas. Alii vero in his verbis superfluam esse propositionem dicunt. Pindarus autem illud quod ordine temporis primum contigit, ultimo loco collocavit: nam ad Oceanum & mare rubrum navigarunt fugientes ex Colchide: cum Lemniis autem mulieribus rem habuerunt quum versus Pontum navigarent. At profecto Hesiodus (de quo mox) & Homerus jam Pindaro praeiverant, de quo Strabo *lib.* v. καθάπερ τὸν Ὀδυσσέα εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἐξέβαλε, παραπλησίως καὶ τὸν Ἰάσονα. *Uti Ulyssem in Oceanum exisse fecit, ita & Jasonem.* Atqui illum Oceanum appellat Pindarus mare rubrum, quamobrem statim videbimus. Diodorus Siculus ex relatione multorum inter veteres *lib.* IV. *cap.* 58. tradit, Argonautas in ipso Oceano Atlantico diu fluctuasse, quidni & idem Poëtae Pindaro dicere licuit? En verba Diodori. Οὐκ ὀλίγοι γὰρ τῶν τε ἀρχαίων συγγραφέων καὶ τῶν μεταγενεστέρων (ὧν ἐστι καὶ Τίμαιος) φασὶ τοὺς Ἀργοναύτας μετὰ τὴν τοῦ δέρατος ἁρπαγὴν πυθομένους ὑπὸ Αἰήτου προκατειλῆφθαι ναυσὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, πρᾶξιν ἐπιτελέσασθαι παράδοξον καὶ μνήμης ἀξίαν. Ἀναπλεύσαντας γὰρ αὐτοὺς διὰ τοῦ Τανάϊδος ποταμοῦ ἐπὶ τὰς πηγὰς καὶ τόπον τινὰ τὴν ναῦν διελκύσαντας καθ᾽ ἑτέρου πάλιν ποταμοῦ τὴν ῥύσιν ἔχοντος εἰς τὸν Ὠκεανὸν καταπλεῦσαι πρὸς τὴν θάλασσαν. Ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων ἐπὶ τὴν δύσιν

κομισ-

κομισθῆναι, τὴν γῆν ἔχοντας ἐξ εὐωνύμων, καὶ πλησίον γινομένους Γαδείρων, εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν εἰσπλεῦσαι. *Non pauci vero & veterum & recentiorum scriptorum, inter quos Timaeus est, tradunt Argonautas, post raptum vellus aureum quum scirent ostium fluminis ab Aeeta esse navibus praeoccupatum, mirum facinus & memoria dignum edidisse. Tanaim enim ingressos adscendisse ad ejus fontes, & navi per spatium aliquod protracta per aliud flumen in Oceanum se effundens ad mare devenisse, & tum ab septentrione versus occasum ita cursum flexisse, ut a sinistra continentem haberent, & tandem juxta Gades in mare nostrum invectos.* Quibus adde testimonium Scymni, quem citat Scholiastes Apollonii ad *lib.* IV. *v.* 284. Ὁ μὲν γὰρ Σκύμνος αὐτοὺς διὰ Ταναΐδος πεπλευκέναι ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν ἐληλυθέναι. *Scymnus (ait Argonautas) per Tanaim navigasse usque ad mare magnum & inde pervenisse in mare nostrum.* Et ne quis excipiat Tanaim non influere in mare magnum, quidam navem Argo per siccum aliquo spatio tractam, ope instrumentorum, referunt. Quamvis id necessarium non fuit, siquidem Medea artibus magicis in sicco aquas excitare ubique potuit, ut lepide Scholiastes Lycophronis ad *v.* 887. Sed & ante Pindarum Hesiodus in Oceanum Atlanticum

ticum Argonautas deduxerat. Scholiaſtes Apollonii ad *lib.* IV. *v.* 259. Ἡσίοδος δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις καὶ Ἀντίμαχος ἐν Λυδῇ διὰ τοῦ Ὠκεανοῦ φησὶν ἐλθεῖν εἰς Λιβύην καὶ βαστάσαντος τὴν Ἀργὼ εἰς τὸ ἡμέτερον πέλαγος γενέσθαι. *Heſiodus autem & Pindarus in Pythionicis* (is hic textus eſt quem examinamus) *& Antimachus in Lyde dicunt per Oceanum* (i. e. mare Atlanticum) *eos veniſſe in Libyen & portata aliquo uſque navi Argo in noſtrum* (i. e. mediterraneum) *mare eſſe delatos.* Scholi ſtes Lycophronis ad *v.* 887. per Phaſin eos deducit ad Oceanum, & διὰ τῆς ἔξω θαλάσσης καὶ τοῦ Ἀδρίου, *per mare externum & Hadriam eos navigaſſe ſcribit.* Quum itaque hinc pateat plurimis inter veteres perſuaſum fuiſſe Argonautas ultra columnas Herculis mare Atlanticum navigaſſe, quidni Pindarus recte canere potuit illos ad rubrum mare fuiſſe delatos, quandoquidem & Poëtae Latini illud mare Heſperium quod extra columnas eſt, & in quo Sol occidere credebatur (quemque ibi in mare cadentem & obrutum aquis non ſine quodam horrore Decimus Brutus deprehendit, ut Florus loquitur *l.* II. *c.* 17.) a rubore, quo id perfundebant ultimi ſolis radii, id mare rubrum appellarunt. Ita Virgilius.

Praecipitem Oceani rubro lavit aequore currum.

& Seneca Tragicus,

quo

—— quo ferens Titan diem
Lassam rubenti mergit Oceano rotam.

Vel an licuit Latinis Vatibus id mare rubrum appellare, Graeco nequaquam id πόντον ἐρυθρὸν dicere? Cur ergo in Pindaro id erroneum & falsum & novum dicitur, quod in Virgilio & aliis absque incommodo fertur? Putamus itaque summo jure juxta Mythologiam Graecorum scripsisse Pindarum, Argonautas ad mare rubrum pertigisse: at non intelligimus id quod proprio nomine mare rubrum dictum est, illud sc. quod Indiam Persiamque & Arabiae litora alluit, sed Atlanticum, Hesperium, extra fretum Herculeum, quod ex opinione veterum solem occidentem excipiebat. Leve est, quod video mihi objici posse in explicatione verborum Pindari, si ἐρυθρὸς Πόντος mare Atlanticum fuerit, bis idem dixisse Poëtam, quia Ὠκεανοῦ πελάγη paulo ante memorat, per quae sine dubio Atlanticum Oceanum intelligit, & distinguendum propterea videri inter Ὠκεανὸν & πόντον ἐρυθρόν. Quis enim nescit ἓν διὰ δυοῖν saepissime a Poëtis dici? Quod si quis plane non acquiescat iis, quae ad interpretationem loci Pindarici attulimus, credat, per me licet, Pindarum dicere voluisse Argonautas ad Sinum Arabicum & ulterius esse delatos, sed ita ut per Isthmum, qui mare mediterraneum

&

& Sinum Arabicum dirimit, navem Argo portaverint, uti nonnulli veterum ſcribunt, vel Nilum ingreſſi per aliquod ejus brachium, quod olim in Sinum Arabicum influxiſſe quidam memoriae prodiderunt, in illum Sinum pervenerint. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

§. XXII. *Locus Silii expenſus.* XXII. Dum haec de mari rubro commentabar, diu quoque me ſollicitum habuit hic Silii Italici verſus *lib.* XVI. quo Gades ad litora Erythraea collocat,

> *Nam repeto Herculeas Erythraea ad litora Gades.*

Per quae litora mihi intelligenda eſſe videbantur litora occidua Hiſpaniae, quae quod ruberent tincta ultimis Solis occidentis radiis, rubra & ἐρυθραῖα dici potuiſſe mihi perſuadebam. Quidni, ita mecum diſputabam, uti magnum illud mare quod ſub Zona torrida eſt, & litora Aſiae a meridie alluit, rubrum & Erythraeum dictum eſt, ab ardore Solis cui ſubjacet, & hoc Heſperium mare, quod rubrum, licet appellative, Virgilius, & rubens Seneca, vocant, & Pindarus ἐρυθρὸν, potuit Erythraeum dici ab Silio? At poſtea dum de hoc ipſo argumento confabulabar cum *Joan. Corn. Pauwio*, viro harum literarum amantiſſimo, peritiſſimoque, convertit animum meum ad opinionem veterum quorundam, qui ipſam inſulam Gadium ἐρύθειαν appellarunt.

larunt, & Phoenices ibi & vicinis in locis habitantes ab Erythraeis ortos credebant. Ita Eustathius ad Dionys. *περιήγ. v.* 558. ἄλλοι νῆσον ἐρύθειαν εἶπον αὐτὰ τὰ Γάδειρα τῷ Διονυσίῳ οὐ συντρέχοντες, οἱ δὲ νῆσόν τινα Ἐρύθειαν εἶπον παραβεβλημένην τοῖς Γαδείροις, πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην. *Alii Insulam Erythiam esse ipsas Gades statuunt, Dionysio non dantes assensum, alii vero insulam Erythiam dicunt, ei adjacentem & intervallo stadii ab ea remotam:* Strabo *lib.* III. Ἐρυθείαν δὲ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Γηρυόνην μυθεύουσι. *Erythiam ipsas Gades videtur appellare Pherecydes, in qua illa accidisse ferunt quae de Geryone narrantur.* Plinius *lib.* IV. *c.* 22. *Insula est longa* III *mill. passum, mil. lata in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro & Philistide Erythra, a Timaeo & Sileno Aphrodisias, ab Indigenis, Junonis.* Solinus *cap.* 23. *In capite Baeticae, ubi extremus est noti orbis terminus, insula a continenti septingentis passibus separatur, quam Tyrii a rubro profecti mari Erythraeam, Poeni lingua sua Gadir, id est, sepem nominarunt.* Salmasius ibi notat libros exhibere *Erytran.* Plinius, licet distinguat Gades ab Erythia, hanc tamen ita dictam testatur, quoniam Tyrii aborigines eorum orti ab Erythraeo mari ferebantur. Quod & Dionysius in *περιήγ. v.* 905. scribit.

'Οι δ' ἁλὸς ἐγγὺς ἐόντες, ἐπωνυμίην Φοίνικες,
Τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς οἱ Ἐρυθραῖοι γεγάασιν.
Alii autem qui mare accolunt, cognomento Phoenices,
Ex illorum ſtirpe qui Erythraei ſunt.

Quia itaque Phoenices ab Erythraeis orti credebantur, appellavit Silius ea litora, quae Phoenices ſuis coloniis nobilitaverant, Erythraea. Nec videtur id mutandum in Erythea, ut quidam voluerunt, aut inſula quaedam Erythia vel Erythraea a Gadibus diſtincta ſtatui. *Nulla in hoc tractu inſula*, exceptis Gadibus, *vel nunc vel olim fuit*, ſcribit Voſſius ad Melam, *pag.* 250. Ego quoque non capio, ſi Ἐρύθεια fuerit ſita inter Hiſpaniam & Gades, ut ſcribunt, ubi ea eſſe potuerit, non enim ibi ullum eſt ſpatium conveniens: tam arcte conjunguntur Gades litoribus Hiſpaniae. Vel dicendum eſt Gades veteres mari obrutas latere, & inſulam, quam nos Gaditanam vocamus, eſſe veram Erytheam: quo & haec Strabonis nos ducunt *lib.* III. Ἐοίκασι οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὰ Γάδειρα καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους ἐρυθείαν. *Videntur veteres appellaſſe Gades & adjacentes inſulas Erythiam.* Et *p.* 252. notat Inſulam Gadium dictam Erythraeam a colore, *quod rubeat, & praeſertim adſita utrinque litora & tota illa ora collibus e rubrica & minio ſit*

con-

conſpicua. Quare etiam ſuſpicari quis poſſit a rubro colore ea litora a Silio Erythraea eſſe dicta, ſiquidem Poëtae licuit vocem *Erythraei* pro *rubro* uſurpare.

XXIII. Quae cum ita ſe habeant, puto evidens eſſe nomen maris Rubri non eſſe proprium Sinui Arabico, ſed convenire vaſto illi Oceano qui ab extremis Indiae litoribus uſque ad Orientale latus Africae ſe extendit, ſinumque Arabicum & Perſicum mare Rubrum dici, quatenus ejus partem conſtituunt, & errare omnes illos ſeu ſcriptores, ſeu oratores Sacros, qui mare rubrum deſcripturi, ſolum deſcribunt Arabicum Sinum, contenduntque ab Edomo univerſum mare rubrum eſſe appellatum. Multis equidem non videbitur operae pretium haec tam accurate diſtinguere: ſed mihi ſat eſt, laborem meum probari ab iis, qui experti ſunt quanta confuſio & quam craſſi errores ex neglectis iſtiuſmodi animadverſionibus nati ſint, & cum Judaeis fatentur, non eſſe vel unam in ſacro Codice literam, a qua non res maximi momenti dependeant. Quicquid ſit, vera rerum vocabula perdere non oportet. Ut exemplo quodam dicta mea confirmem, volo attendi ad mare Jonium, cujus Sinus nunc Hadriaticus appellatur, olim Sinus Jonius. Falluntur ergo illi, qui non tantum Sinum

§. XXIII. *Uſus harum obſervationum de mari rubro.*

Adriaticum totum pro mari Jonio habent, quum Sinus tantum maris Jonii fuerit; sed & isti, qui partem exiguam maris Jonii, quae litora Graeciae alluit, mare Jonium appellant, uti Laurenbergius in mappa Graeciae Jonium pelagus solummodo id vocat, quod Acarnaniam alluit, & inter gradum *latitud.* 38 & 39 est: quasi ulterius se non extenderet. At haec proprie maris Jonici pars est. Atque ita fere Blancardus, & alii nonnulli, qui id nomen maris Jonii parti cuidam fecerunt proprium, & vero mari Jonio abstulerunt. Et sic mari Jonio videmus idem contigisse quod mari rubro. Uti enim Sinui Arabico nunc proprie nomen maris rubri datur, & vasto illi mari rubro, quod Indiae Persiae & Arabiae meridionalia litora alluit, negatur; ita quoque mare Jonium vero nomine privatur & Sinui aut exiguae parti ejus id solum privatimque tribuitur. Nata videtur haec confusio ex eo, quod Poetae & alii scriptores, qui Rhetoricos loquendi modos amant, promiscue & mare & Sinum Jonium appellaverint *aquas Jonias.* Ita Propertius de victoria Actiaca in mari Jonio *lib.* IV. 6.

— *Sceptra per Jonias fracta vehuntur aquas.*


Et Claudianus de Sinu Jonio, in quem se Athesis effundit de VI Cons. Honor.

— *inimi-*

— inimicaque corpora volvens,
Jonios Athesis mutavit sanguine fluctus.

At ex veterum testimoniis nihil est certius quam distinguendum esse Sinum Jonium i. e. Hadriam a mari Jonio, & τὸ Ἰόνιον πέλαγος esse εἰς ὃ ἐκδίδωσιν ὁ Ἀδρίας, ut verbis utar schol. Apollon. ad *lib.* IV. 308. quem vide. Sed manum de tabula.





III.

DISSERTATIO

DE

MONTE GARIZIM.



III.

DISSERTATIO

DE

MONTE GARIZIM.

I. NOmen hujus montis ſcribitur in Sacro Codice הַר גְּרִזִּים *mons Gerizzim*, *Deut.* XI. 29. Chaldaeus Interpres habet טורא דגריזין, Hieroſolymitanus דגריזים, Graecus ὄρος Γαριζείν, & Γαριζίν. Ita enim ſolebant Graeci terminationem pluralem efferre per εἰμ & εἰν vel ἰν, & Scheva per α, ut in Σαμουήλ, Σαλωμών, &c. Syrus ܛܘܪܐ ܕܓܪܝܙܝܢ, Arabs ab Erpenio editus, جَبَل جَرِزِيم, a Waltono, كَرِزِيم, *Kerizim*, mutato ג vel ج in literam ejuſdem §. 1. *Varia nomina montis Garizim.*

organi, ut loquuntur Grammatici. Ipsi Samaritani in Pentateucho suo, uti in literis, & in Chronico suo MS. to, sive libro Josuae, quem possideo, هر جرزيم. Nonnunquam a Graecis nomine ex duabus vocibus conflato dicitur *Hargarizim*. Ita Eupolemus Ἀργαριζὶν appellat, & interpretatur illud ὄρος ὑψίστου, *montem altissimi*, quum debuisset scripsisse *montem Garizim*, הר גריזים. Marinus quoque Photio laudatus *cod.* 242. ἐν ὄρει, inquit, Ἀργαρίζῳ καλουμένῳ Διὸς ὑψίστου ἁγιώτατον ἱερὸν, *in monte dicto Argarizo* (*Har*, sive monte, *Garizim*) *Jovis altissimi Sanctissimum Templum*. Auctor etiam antiquus Itinerarii Hierosolymitani. *Civitas Neapoli. Ibi est mons Agazaren*, lege, *Argarizim*. Apud Malalam quoque in Chronico, ubi agit de strage Samaritanorum, sub imperio Justiniani, quum viginti millia eorum ceciderunt, male nomen hoc legebatur, ἔφυγον εἰς τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον Ἀρπαρίζιν, *fugerunt in montem Arparizin*. Nec aliter quam conjunctim in Pentateucho suo & in literis ad Cl. Ludolfum aliosque Europaeos datis, appellant hunc montem ࠄࠓࠂࠓࠉࠆࠉࠌ, הרגריזים. Quod ideo accuratius noto, quia in indagandis istiusmodi vocum originibus, divisio debet institui, & modo una modo altera explicari: quod saepe vi-

video negligi. Exemplum hujus rei fit Judae proditoris nomen, quod in ſacris literis Ἰσκαριώτης & Ἰσκαριὼθ ſcribitur, quod Cl. Ligtfootus derivat, quaſi una vox foret, ab אסקורטיא, quod & ſono & ſignificatione *Scorteum* exprimit. Quum tamen nihil videatur probabilius, quam τὸ Ἰσκαριὼθ eſſe conflatum ex איש *Vir*, & קריות, Καριὼθ, quod nomen urbis eſt ex ſacro Codice notae. Unde una vox facta eſt e duabus, uti in βαρθολομαῖος, βοανέργες, βηθσαϊδα, καπερναοὺμ, ἀκελδαμὰ & ſimilibus. Notiſſimus eſt hic loquendi modus איש קריות. *Vir e Karioth*, ſc. oriundus, vel eminens inter incolas illius civitatis. Sic Antigonus, qui Legem oralem a Simeone Juſto accepit, dictus eſt איש סוכו *Vir e Soco*, id eſt, Sochaeus. Sic & inter doctores Miſnicos ſunt, איש ברתותא *Bartotenſis*, איש כפר חנניה *Vir e pago Canania*, &c. Atque ita dictus eſt *Judas Iſcarioth*, id eſt, *Cariotenſis*. Quod non parum firmatur teſtimonio Bezae, qui ſcribit in vetuſtiſſimo Codice ſuo manu exarato ubique apud Joannem legi ἀπὸ Καριώτου, *ex Carioth*, pro vulgata Lectione Ἰσκαριώθ: quae varia lectio notata non eſt inter illas, quas aut Curcellaeus aut Angli ex plus centum Codicibus collegerunt. Vidit quoque Cl. Bartoloccius in Eruditiſſimo volumine, *Bibliotheca Rabbinica*, *part.*

part. 3.*pag.* 23. (cujus novam editionem aggressus fuit Amstelodami meo consilio & ductu *S. Petzoldus*, sed quum folia quaedam typis jam essent excusa, obitu suo filum operis abrupit: quod ideo moneo quia in praefat. Analectorum Rabbinicorum illam editionem promisi, quae an ab aliis perficienda sit, dubito) nomen Iscarioth dividi debere in duo, & compositum esse: sed pro *Carioth*, nomine proprio loci, substituit meo judicio minus apte קור״טא *Caryotas*, & vult איש קור״טא esse virum, qui in loco Caryotis (palmae id genus est) abundante natus est, & certum esse ait Judam a valle Jerichuntina, ubi caryotarum copia erat, Iscarioten esse dictum. At non videtur genius Hebraismi pati talem expositionem, non magis quam illam, quam ibi quoque tuetur Vir Doctissimus, Antigonum dictum esse איש סוכו, quod ex loco *tabernaculis* abundante, oriundus sit, a סכות.

§. II. *Mons benedictus appellatur.*

II. A Samaritanis vulgo *Mons benedictus* appellatur, & ipsi se vocant, *Montis benedicti accolas*. Quod quare ab iis fiat, nemo ignorare potest, nisi qui in rebus Samaritanis plane hospes est. Mons is cultui divino singulari ratione sacer est, & benedictionibus olim jussu Dei in eo recitatis illustris ex sententia Samaritanorum, & quem ipsae piaculares aquae in universum terrarum orbem tempore

Noachi

Noachi effuſae refugerunt, ſic ut ſiccus remanſerit: qua de re plura dicemus poſtea. Verum, antequam hunc titulum Montis benedicti miſſum faciam, monendus es, Lector, in Epitome Chronici Samaritanici, quam Exercitationibus Antimorinianis ſubjunxit Cl. Hottingerus, haec legi ad *c. 23. p. 112. Joſua* في طور بريك يعرف شمرون *in monte benedicto, id eſt, Samaritano non tantum arcem ſed & templum in ejus vertice conſtruxit.* Proprie illa verba, citata ex Chronico, ſonarent, *in monte benedicto, qui notus eſt nomine Schomron*, ſive, *id eſt, Schomron.* Unde videretur colligi debere montem Shomron, cui Samaria urbs inſidet, a Samaritanis etiam montem benedictum appellari. Sed omiſit Hottingerus praecedentia, a quibus ſenſus pendet. Ita ibi legitur وبنا يوشع الملك حصن علي الجبل من شامي طور بريك يعرف بشمرون *Et conſtruxit Joſua Rex (vel Princeps) arcem ſuper montem, qui eſt ad ſiniſtrum latus montis benedicti, qui dicitur Schomron.* Eſt itaque mons Schomron alius a monte benedicto. Haec moneo, ne quis imprudens his verbis fallatur, non ut detraham meritis Viri Eruditiſſimi, qui omni ope has literas illuſtrare anniſus eſt, & alibi errorem ſuum videtur agnoviſſe. Uti-

nam

nam inter Christianos multi tales existerent!

§. III. Dicitur & פלטנוס unde?

III. Mirum vero illud nomen est, quo Judaei volunt montem Garizim dictum esse in antiquissimo Commentario in Genesin, Bereshith Rabba *Sect.* 32. & 81. §. 3. sc. פלטנוס, uti posteriori loco scriptum extat, quam scriptionem sequitur Auctor Lexici, Aruch dicti, qui fidem suam in exhibenda vera vocum barbararum lectione saepe mihi probavit, sic ut illius scriptionem praeferre soleam vulgatis editionibus Talmudis, Bereshith Rabba, & aliorum vetustissimorum librorum. Idem ait hanc vocem significare *montem*, Commentator ad Bereshith Rabba, *montem Garizim*: quod ex duobus illis locis videtur liquere, & ex aliis libris antiquis, ubi eadem historia narratur, & pro eo *Neapolin Samaritanorum* נ׳פול׳ן של כות״ים substituerunt. Unde illa vox ducta sit, non puto hactenus quenquam docuisse. Ego conjicio, quum Graeca vocabula plurima tempore Jonathanis, & Ismaelis fil. Josephi, addo & illo, quo is commentarius scriptus est, permixta essent sermoni Judaeorum, non incommode vocem Graece exprimi per πελεθȣ̃ ναός, פְּלְטָנוֹס, id est, *stercoreum delubrum*, quod in monte Garizim erat, id est, dicatum cultui idololatrico, ut Judaei credebant. Solent autem falsos Deos stercoreos appellare & *stercora* גלולים *Deut.* 29: 17. 1 *Reg.* 15. 12.

&

& plurimis aliis locis. Atque eo magis mihi ſe probat haec conjectura, quod Samaritani ſolerent eodem nomine appellare Templum Hieroſolymitanum. Id liquet ex colloquio R. Jonathanis & Samaritani; quorum hic, praeſtaret, inquit, te precari in hoc monte Gerizim quam in illa בית קלקלתא, id eſt, *aede ſtercoris*, innuens Templum Hieroſolymitanum, quo R. Jonathan proficiſcebatur. Plane ſonat hoc idem quod πλεθῦ ναὸς, פלטנוס: unde mutuo & Judaei & Samaritani, hi Templum Hieroſolymitanum, illi Garizimiticum, foedo hoc nomine appellarunt.

IV. Ut & de etymo vocis Garizim aliquid addam, ſine dubio radix ejus, ut loquuntur Hebraei, ſive vox primitiva eſt גרז, quod Lexica transferunt per *Excidere*, *ſuccidere*, *abſcindere* & hoc ſenſu legitur *Pſ.* 31:23. Hinc derivatum גרזן *ſecuris*, quae abſciſſioni inſervit. Apud Arabes eandem haec vox ſignificationem habet (جرز) & uſurpatur de qualibet reſectione vel amputatione, uti arborum, tritici, &c. quo ſenſu Arabs tranſtulit אלם *Gen.* 37. 7. (quo ſolo loco haec radix in V. T. occurrit & quae vulgo transfertur per *ligare*) per جرز גרז, ut ſenſus ſit, *eramus metentes*, *ſive reſecantes*, *manipulos*. Et, profecto ſunt derivata vocis אלם, uti אלמנה

§. IV. *Etymon vocis Garizim.*

אלמנה *vidua*, &c. פ׳ אלמוני *Hic ille*, N. N
quae melius a notione *reſecandi* fluunt, quan
ab illa *ligandi*. Quicquid ſit, גרז eſt *abſcin-*
dere, & hinc גריזים notabit *ſciſſores*, qu
amputandi munere funguntur, *meſſores* qu
triticum reſecant, vel, ſi malis vulgatam ex-
poſitionem *Gen.* 37. 7. ſequi, qui manipulo
tritici *colligant*. Nam גריז in participio Pe-
hil nonnunquam agendi aeque ac patiendi no-
tionem habet, ut docent Grammaticorum fi-
lii. Erit itaque dictus *Mons Meſſorum* ve
ſectorum, ob ſummam fertilitatem, a qua hi
mons commendatur, oppoſite ad Ebal, qu
ſterilis erat. Montes autem in Palaeſtina plu-
rimi, paſtui pecorum licet minus apti ſint,
triticum tamen proferunt, & alias frumenti
ſpecies, quae Eruditiſſimi Maundrelli, L
A. M. & membri Collegii Exeterenſis obſer-
vatio eſt, ipſa illorum locorum luſtratione id
edocti. De etymo montis עיבל *Ebal* & ho
monendus es, lector. Hebraeis vocem pri-
mitivam עבל non eſſe in uſu, ſed Arabibus
& inter alia ſignificare, *foliis nudare arborem*
& derivatum أعبل אעבל *ſaxa albicantia*, &
montem ipſum *in quo tales lapides inveniuntur*
quae ſuadere videntur vel a ſterilitate vel a ſa-
xis montem illum ita fuiſſe appellatum. Eba
enim aridus erat, adhuc tempore R. Benja-
minis, *ſicut ſaxum & petra*, uti ipſe teſtatur

Ga-

Garizim autem fontibus, hortis, vineis & olivetis amoenissimis instructus. Sic ut ipsa utriusque montis facies benedictionem & maledictionem in eo peragendam luculenter exprimeret.

§. V. Situs montis Garizim. Duplex Gilgal.

V. In inquirendo situ montis Garizim ante omnia examinanda sunt nobis verba Epiphanii; & eo quidem magis, quo majori cum fiducia certam lectori suo sententiam pollicentur. Ita ille *Haer.* VII. Τῷ βουλομένῳ ἀκριβῶς περὶ τοῦ ὄρους Γαριζεῖν ἐρευνᾶσθαι, ἰστέον ὅτι πρὸς τῇ Ἱεριχῷ κεῖνται τὰ δύο ὄρη, τό τε τοῦ Γαριζεὶν, καὶ τὸ τοῦ Γεβὰλ πέραν τοῦ Ἰορδάνου πρὸς τῇ ἀνατολῇ τῆς Ἱεριχῷ, ὡς ἔχει τὸ Δευτερονόμιον, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἡ βίβλος. *Si quis de monte Garizim explorati quidpiam habere velit, sciendum est ad Jerichuntem duos esse montes Garizim & Gebal ultra Jordanem, ad orientem Hierichuntis, uti in Deuteronomio & libro Josuae filii Naue scriptum est.* Crassum hunc esse errorem multi, nec immerito, ostendere conati sunt; tum, quod mons Gerizim prope Sichem collocetur *Jud. 9. 6.* tum, quod ex Josephi, aliorumque veterum, testimoniis, quae nostrorum temporum experientia confirmantur, liquido constet, in portione tribus Ephraim ad Neapolim, quae olim Sichem dicebatur, eum esse quaerendum. Unde autem natus est hic error Epiphanii?

Et quae occaſionem dare potuerunt Doctiſſimo ſcriptori hac ratione commentandi? Scilicet, legerat Epiphanius in Sacris literis *Deut.* XI.30. montes Gerizim & Ebal eſſe מול גלגל, id eſt, *contra Gilgalam*, uti Vulgatus Interpres, ἐχόμενον τῆς Γαλγαλ, *apud Galgal*, ut LXX. vel *verſus Gilgal*, *e regione Gilgal*, לקבל גלגלא ut Targumiſta & alii, & ſibi perſuaſit nullum alium locum Gilgal eſſe dictum praeter eum, qui Hierichunti & Jordani proximus ita appellatus eſt a Joſua, quod Deus circumciſione ibi peracta opprobrium Aegypti ab iis devolviſſet, uti legere eſt *Joſ.* 5. 8. At aliud erat Gilgal, verſus quod mons Gerizim erat ſitus, quod vel ipſa Moſis verba *Deut.* XI.30. collata cum ratione temporum oſtendunt. Nam Moſes loquitur de montibus, & locis, jam ſuo tempore hoc nomine notis, *Gerizim*, *Ebal*, *Galgal.* Atqui Gilgal prope Jerichuntem poſt mortem demum Moſis a Joſua id nomen accepit *Joſ.* 5.8. Nec eſt neceſſe ut fingamus Moſi revelatum hoc nomen fuiſſe a Deo, huic loco dandum poſt ejus obitum. Praeterea Galgal aliquod fuiſſe diſtinctum a Galgal in campeſtribus Hierichuntis, videtur ſuadere diſtincta recenſio מלך גוים לגלגל *Regis Gentium Galgal* *Joſ.* 12.23. ubi non poteſt intelligi Gilgal Hierichuntinum, quod probabiliter Regi Jerichuntis paruit; nec urbs fuit, ſed campus

pus: certe debuisset recenseri in initio hujus seriei *Jos.* 12.9. ubi Regum a Josua devictorum catalogus servato ordine temporis, & itineris instituti incipit ab Regibus *Jerichuntis*, *Ai*, & pergit memorare reges *Hierosolymae*, *Hebron*, *Jarmoth*, *Lachis*, *Eglon*. Quod si alicubi idem is ordo in progressu illius seriei non videatur observatus, erit vel exigua intercapedo, vel situs terrarum attendetur. Quumque Rex *Galgal* penultimo loco ponatur, & jungatur Regibus *Carmeli*, & *Dorae*, & *Cadesch*, & *Tirsa*, locorum satis notorum, patet id Galgal longe aliud esse, quam Galgal, in campestribus Hierichuntis, quod primum vel saltem inter prima loca (nisi hanc enumerationem Josuae maxime confusam & inordinatam seriem velimus appellare) debuisset recenseri. Et si Galgal Hierichuntinum innuitur *Jos.* 12. 23. quid sibi vult vox addita גוים *Gentium?* מלך גוים לגלגל, *Rex Gentium Galgal*. Vel hoc solum ansam suspicandi dedit magnis viris, per haec verba partem quandam Galilaeae innui, quae sequentibus etiam temporibus *Galilaea Gentium* dicta est, Γαλιλαῖα τῶν ἐθνῶν, & גליל הגוים *Jes.* 9. 1. Inter illos praecipue videndus est Cl. Ligtfootus in *Centuria Geographica cap.* 88. qui per גלגל *Jos.* 12. 23. intelligit Galilaeam, & confert versionem Alexandrinam, quae pro

לגלגל loco citato habet Γαλιλαίας, & Josephum, ſcribentem Demetrium caſtrametatatum eſſe ἐν Ἀρβήλοις πόλει τῆς Γαλιλαίας, cum verbis ſcriptoris libri I *Maccab.* IX. 2. ἐπορεύθησαν ὁδὸν τὴν εἰς Γάλγαλα καὶ παρενέβαλον ἐπὶ Μεσαλὼθ τὴν ἐν Ἀρβήλοις. Quicquid ſit, ſive per גלגל *Joſ.* 12. 23. debeamus ipſam Galilaeam intelligere, vel partem ejus, vel civitatem; id certum videtur illud Gilgal diverſum eſſe a Gilgal prope Jordanem, & vicinum eſſe regioni, in qua Dora, Cadesh, Tirſa; & regem Gilgalis inter ultimos fuiſſe a Joſua devictos. Quare ſi conſideremus locum, ubi Moſes verba pronunciavit relata *Deut.* XI. 30. ſc. cis Jordanem, in campeſtribus Moab, rectiſſime deſcribi montem Gerizim, מול, *prope*, vel e *regione*, vel *verſus*, quod magis probo, *Gilgal*, apparebit. Id enim inſpectio mappae Geographicae clariſſime docet. Unum addam, quod ad ſententiam illam, quae Gilgal *Joſ.* 12. pro Galilaea habet, illuſtrandam facit, ſcilicet Samaritanos in Chronico ſuo M.S.to ſive Libro Joſuae, (de quo nos alias, Deo volente, fuſius agemus) Gilgal illud Hierichuntinum جليل גליל *Galil* appellare *cap.* 16. eodem ſc. nomine, quo Galilaea paſſim apud Arabes, & Interpretem Novi Teſtamenti, dici ſolet. Quod videtur docere Galilaeae nomen olim idem fuiſſe cum

גלגל

גלגל *Gilgal*, & poſtea mutatum in גליל *Galil*. Quae duo Gilgal quum non diſtinxerit Epiphanius; lapſus eſt in errorem, & in eundem alios induxit. Euſebius ~~enim~~ quoque in *lib*. de locis Hebraicis, Interprete Hieronymo, ita ſcribit: *Errant igitur Samaritani qui juxta Neapolin Garizin & Ebal montes oſtendere volunt, quum ipſos juxta Galgal eſſe Scriptura teſtetur*. At profecto non errant illi, ſed certiſſima proferunt.

§. VI. *Garizim mons unus non tractus montium.*

VI. Quum itaque probatum dederimus duplicem locum Gilgal eſſe dictum, non videtur neceſſe ſtatuere cum Gerardo Mercatore montem Garizim, (quem ipſe fatetur partim imminere urbi Sichem, motus auctoritate loci *Jud*. 9.) fuiſſe tractum montium, qui ſe a Sichem protendat ad Gilgal illud quod prope Jordanem eſt. Quod ideo tantum finxiſſe videtur Vir doctus, ut explicaret illud *Deuteron*. xi: 30. Garazim eſſe מול *prope*, vel *verſus Gilgal*, non aliud Gilgal eſſe ratus, quam quod in Campis Jerichuntinis eſt. Nec enim tuetur hanc opinionem ulla auctoritate, quin e contrario certum eſt tale dorſum montium non protendi a Sichemo ad Jordanem, ſed Gerizim eſſe montem unicum ſeparatim, adverſum Hebali & valle intermedia diſtinctum. Quod ſi & Ebal & Garizim tam late protenderentur, nullum certum locum de-

designasset Moses, unde benedictiones maledictionesque pronunciarentur, sed vagum illum & indeterminatum, qui aeque ad Jordanem quam in locis mediterraneis Palaestinae concipi posset. At disertis adeo verbis circumscribit hos montes Divinus Scriptor, eosque locat אצל אלוני מורה *prope quercus Moreh*, ut dubitari non possit, quin singularis mons & locus vicinus urbi Sichem innuatur, nam אלון מורה est prope Sichem. *Gen.* 12. Quod si a Gilgal Hierichuntino protenderentur hi montes per vastissima terrarum spatia usque ad Sichem vel quercus More non videntur montes illi describi posse, quasi tantum ibi, prope quercus Moreh, siti essent, uti Moses ait: *An non illi montes siti sunt trans Jordanem, post viam quae ducit ad occasum, &c. prope quercus Moreh?* Quorsum locat illos montes prope quercus Moreh, si non ibi, sed prope Gilgal Hierichuntinum, illae benedictiones & maledictiones debuerunt recitari, uti Mercator putat? Quorsum illa descriptio, quae videtur magis obscurare verum locum peragendarum ceremoniarum quem innuere vult Moses, quam indicare? Idem hoc mihi videtur ac si dicam: si Roma velis Anconam proficisci, transeundus est Mons Apenninus. An non iste mons situs est in regno Neapolitano & propinquus sinui Tarentino? Hoc enim nosse

noſſe nil facit ad ſitum indicandum montis, quem aliquis Roma Anconam tendens, tranſire debet. Sic etiam, licet Gerizim ab Gilgal Jerichuntino ad Sichem protenderetur, quia tamen ex hypotheſi Mercatoris, cerimoniae a Moſe praeſcriptae & ibi agendae, prope Gilgal Hierichuntinum peragi debebant, non poterant ſcire, ubi is locus eſſet ex tali deſcriptione: an non ſunt ... prope quercum Moreh? unde longiſſime diſtabat verus locus peragendarum ceremoniarum juxta viri docti opinionem. Nam inde debuiſſent Hebraei colligere prope quercum More haec vota & diras recitari debere, (quod vir doctus negat) quia praecipiuntur illa peragenda in montibus, qui, ut noti fiant Hebraeis, dicuntur eſſe apud quercus Moreh, id eſt, prope Sichem. Sed huic rei non immorabor diutius, quum falſae illi hypotheſi innitatur, unum modo locum in ſacris Gilgal eſſe dictum, & hinc viſa ſit maxima difficultas Mercatori, eundem montem prope quercus Moreh, & Gilgal, loca maxime diſſita collocare, quam amoliri poſſe non videbatur, niſi ſtatueret tractum montium intelligi, & hos eſſe extenſionis terminos. Verum, quod plerumque fieri ſolet, dum haec ſibi perſuadere conatus eſt Mercator, alia quoque conquiſivit hujus ſententiae ſuae firmamenta, uti, quod mox poſt captam urbem Ai, hae ceri-

moniae in monte Gerizim & Ebal fuerint actae (quod tamen non liquet, nec ex ſerie qua res recenſentur doceri poteſt, quia ſaepe temporum ordo invertitur) quodque lapides ex Jordane uſque ad Ebal deferri non potuerint, quaſi certum ſit eoſdem illos fuiſſe qui Galgalis & qui in Ebal fuere collocati. Quae ſigillatim examinare non conſtitui, quum Vir Eruditiſſimus Andreas Maſius id abunde praeſtiterit in Commentario ad Joſuam, *cap.* VIII. 30.

§. VII. *Urbs Sichem illi monti adjacet.*

VII. Accuratius vero ſitus montis Garizim intelligitur ex eo quod urbs שכם, *Sichem*, ei vel inſita vel adſita fuerit, uti apparet, ex *Jud.* 9: 7. Erat autem urbs Sichem in portione tribus Ephraim *Joſ.* 20: 7. Monti ipſi illam inſediſſe quidam opinati ſunt, quod illa urbs frequenter in Sacris literis appelletur *Sichem in monte Ephraim*: verum ego exiſtimo hoc loquendi modo tantum indicari ſitam illam fuiſſe ad montem, vel in illa parte terrae, quae, quod non tot campos haberet, ac ora maritima, inde הר אפרים, *mons Ephraim*, dicta eſt. Et notatum eſt ab iis, qui iter inſtituerunt per ea loca, regionem a mari mediterraneo uſque ad Sichem, campeſtrem, at ulterius verſus ortum, montanam & ſaxoſam magis exiſtere: quod obſervo, ne quis putet haec contraria eſſe textui *Deut.* 11: 30. ubi

ubi Gerizim *in regione regis Cananaei, qui in campestribus habitat*, locatur. Nam & ipsa regio ad occasum montis Gerizim campestris erat, ad ortum paulatim montosior, sic ut ipse mons quasi in confinio regionis montosae & campestris situs fuerit, & sub ditione Regis Cananaei, qui in locis campestribus sedem habebat. Fuit ergo adsita monti, quod & vulgatius & probabilius est, & ita quidem ut inter duos montes Gerizim & Ebal media esset, illo ad austrum, hoc ad septentrionem sito, γαριζέου μὲν τοῦ ἐκ δεξιῶν κειμένου, τοῦ δε ἐκ λαιῶν γιβάλου προσαγορευομένου apud Josephum *Antiq.* IV. *ult.* & *l.* V. *c.* 9. qui montem Garizim imminere urbi Sichem testatur his verbis, historiam Jothanis (*Jud.* 9.) narrans, τὸ ὄρος τὸ Γαρίζειν, ὑπέρκειται δὲ τῆς Σικίμων πόλεως. Idem in fine ejus libri Sichem sitam ad montem Garizim refert & eam Metropolin Samaritanorum eo tempore fuisse; σαμαρεῖται, scribit, μητρόπολιν τότε τὴν Σίκιμα ἔχοντες κειμένην πρὸς τῷ γαριζὶν ὄρει.

VIII. Facile ex iis, quae notavimus, colliget Lector meus, unde Sichem appellata fuerit in Nummis ΜΟΡΘΙΑ, ubi ita legitur ΦΛ. ΝΕΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΜΟΡΘΙΑ. id est, FLAVIA NOVA (ita enim postea vocata fuit, uti ex Nummis antiquis, quos plurimos recenset Cl. Harduinus in *Numm.*

§. VIII. *Sichem unde dicatur Morthia & Mamortha.*

Numm. antiq. populor. & urb. illustr. pag. 340. *& seqq.* & Cl. Vaillant *in Numm. Coloniar. p.* 150. & *seqq.* & aliunde liquet, & in Chronico Samaritano نابلس *Nabolos*, quod nomen hodieque retinet, & vulgo *Naplousa* effertur) METROPOLIS MORTHIA. In Plinio id nomen legitur *Mamortha*, in Josepho Μαβαρθα. Sed quum nummi minus obnoxii sint corruptioni quam codices, illos sequimur, & ΜΟΡΘΙΑ legendum arbitramur. Cl. Cellarius, vir doctissimus & amicus noster singularis, in *Collect. histor. Samar. p.* 11. illud מרתא sive ܡܪܬܐ *Dominam* notare conjicit, quod esset civitas princeps & dominatrix illius regionis. At nos credimus esse illud nomen מורה *Moreh*, quod Graeca terminatione addita vix aliter scribi poterat quam Μόρθια. Nam ה, adspiratio, nequit a Graecis in media voce collocari, ideoque litera ex Τ & Η composita ejus loco substituitur, velut in voce ΜΙΘΡΑ, quae a Persis scribitur مهر *Mihr*, ubi ه, ה, eodem modo in Θ mutatum est. Adde quod ipsi Hebraei pro *He* soleant *Thau* uti, quum illa quiescens in medio vocis deberet legi, quod vel tyrones in lingua Hebraea norunt. Esse autem nomen *Moreh*

reh

reh olim datum urbi Sichem conſtat ex Codice Talmudico *Sota*, ubi R. Eliezer ben Joſe quamvis fateatur Elon Moreh eſſe Sichem, eos male addidiſſe ait vocem שכם *Sichem* fini verſus 30 *Cap.* XI. *Deuteron.* poſt מורה. Quod ſi ipſa urbs Sichem non fuerit Moreh, aut Elon Moreh, certe hae, ſive quercus ſive planities, fuerunt urbi Sichem proximae, quod nemo, opinor, negabit, qui illos textus, in quibus mentio fit horum locorum, examinavit. Ipſi certe Samaritani textui *Deut.* XI. 30 poſt ultimas voces, *juxta Elon Moreh*, addiderunt, ſed ex ſuo ingenio ࠌࠅࠋ ࠔࠊࠌ *prope Sichem.* Si porro aliquis me roget, quid cenſeam de nominibus *Mamortha*, *Mabartha*, quae a Plinio & Joſepho urbi Sichem dantur, modo conſtet vere illos ita ſcripſiſſe, nec irrepſiſſe per errorem librariorum, crederem quoſdam confudiſſe *Moreh*, cum *Mamre.* Uterque locus legitur cum voce *Elon* vel *Elone*, uterque ab Abrahamo inhabitatus, & in terra Iſraelitica ſitus; unde forte unum pro alio acceperunt. Quod ne quis factum miretur, ſciat in verſione Syriaca, ubi textus Hebraeus habet *Moreh* מורה *Gen.* 12: 6. & *Deut.* 11: 30. legi ܡܡܪܐ *Mamre.* Inde, quemadmodum ex *Moreh*, Μορθα, ſic geminata prima litera *Mem*, Μαμορθα: & μ in β mutato ut in βύρμηξ, μύρμηξ &c. Μαβαρ-

βαρθα vel Μαβορθά. Arabica etiam verſio, a Cl. Waltono inſerta Bibliis Polyglottis Anglicanis, pro מורה habet ممري *Mamri*: at altera, quae ab Erpenio eſt edita, ſervat Hebraeum מורה موره: Tertia ſed inedita verſio Arabica (quam juxta verſionem Lxx. interpretum tranſtulit in linguam Arabicam الحرث ابن سينان *Harith Ibn Sinân*, uti in exemplari meo legitur) habet hic pro מורה العاليه, *excelſa*, Graecos ſecuta, qui tranſtulerunt ὑψηλήν, quaſi legiſſent רומה vel מרום. Quarta verſio, quae auctorem habet celebrem R. Saadiam Gaon (quam aliqui crediderunt eſſe eandem cum Arabica verſione Polyglottorum Pariſienſium, quos in Analectis ſuis jure confutavit Cl. Hottingerus *p.* 98.) cujus ego ſolam Geneſin manuſcriptam poſſideo, at quae typis Hebraeis dudum edita eſt, habet مرج ممرا *Planitiem Mamre.* Sic ut Syriaca & duae Arabicae verſiones, pro מורה habeant *Mamre*: & ſcholia vetera, verſioni Graecae addi ſolita ſimiliter Μαμβρῆ. Unde vox Μαμορθα videtur duxiſſe originem.

§. IX. *Sichem quare vocetur Si-*

IX. Unde autem urbs Sichem dicta fuerit *Sichar*, in Novi Teſtamenti tabulis, variae

riae sunt conjecturae. Legitur ea vox *Joh.* IV: 5. ἔρχεται οὖν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λεγομένην Σιχὰρ, *venit autem* (*Jesus*) *in urbem Samariae quae dicebatur Sichar.* Intelligi autem Sichem patet, quod situs ejus determinetur ibidem, πλησίον τοῦ χωρίου ὃ ἔδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, *prope praedium quod Jacob dedit Josepho filio suo.* Ego existimo dictam esse urbem illam, quam pro idololatrica habebant, a Judaeis (nam non sine emphasi textus sacer habet λεγομένην, *quae ita appellabatur* tunc temporis & vulgo nota erat) שְׁכַר *Schecar*, cujus primam literam cum puncto, *Sche*, deflexerunt in Σι, uti in vero nomine שְׁכֶם *Schecem*, Σιχὴμ. Atque ita Σιχὰρ שקר notabit *mendacium*, *falsum*, quod vel de toto cultu Samaritico, qui in illa metropoli vigebat, vel de idolis, quorum cultum objiciebant Judaei Samaritanis potest intelligi. Sunt enim idola, שקר, *mendacium*, אלילים, *nihil.* Elegans est locus, ad quem respexisse Judaeos quum hanc urbem ita appellarent certo mihi persuadeo, (an persuasurus sim lectori meo, nescio) *Habacuc.* II: 18. ubi idolum sculptum appellatur מורה שקר, *Moreh Schaker*, *Doctor mendacii*: versio Graeca habet φαντασίαν ψευδῆ. Latere itaque videtur in voci שְׁקַר Σιχὰρ (uti tunc temporis loquebantur, & in Chal-

char Joh. IV: 5.

Chaldaica ejus loci Paraphrasi est) & subintellecta fuit a Judaeis vox addita a Propheta, מורה, *Moreh*, quod ipsum etiam nomen urbi suae Sichem dabant Samaritani, & fatebantur Judaei *Moreh* esse nomen Sichem in *Sota*, de quo in sequentibus agemus. Quum ergo urbem illam Judaei Σιχὰρ appellarunt, *vanitatem*, *mendacium*, falsi cultus eam arguerunt, & tacite voluerunt inuere id respici debere, quod erat, ut loquuntur, על צרו *ad latus ejus*, sc. *Moreh*, & *Moreh* nomen loci adeo ipsis amati revera esse *Moreh Sichar*, *doctorem mendacii*. Similem malignam allusionem ad vocem *Moreh* ex lingua Graeca petitam videor mihi detexisse in verbis *Sapient. Jesu Sirach cap.* 50: 28. ubi haec verba. Οἱ καθήμενοι ἐν ὄρει Σαμαρείας, Φυλιστιεὶμ, καὶ ὁ λαὸς μωρὸς ὁ κατοικῶν ἐν Σικίμοις. *Qui insident monti Samariae, Philistaei, & populus stultus*, μωρὸς (NB.) *qui habitat in Sichem.* Nec enim videtur esse ratio, cur illos, qui montem Samariae incolebant, & Philistaeos, minus stultos diceret, quam Sichemitas. Sed alludere voluit ad nomen Moreh, uti ego quidem existimo. Solent ita Judaei nomina & locorum & rerum ipsis odiosarum, aut deflectere in sensum malignum, aut paulum corrumpere, quod Christiani in *Euangelii*, & sanctissimo *Jesu*, Sospitatoris nostri, nomine,

mine, quod ipſis angelis venerandum eſt, at his canibus neutiquam, jam olim experti ſunt. Et Samaritani viciſſim nunc Hieroſolymam non appellant, בית מקדש, *aedem Sanctam*, vel بيت المقدس, quod idem eſt, uti in Chronico ſuo M S. to & Mohammedani vulgo, illam nominant, ſed mutatis duabus literis בית מכתש, *domum plagae*, id eſt, everſam, quo ſignum hoc eſſe Divinae irae innuunt.

X. Inquiramus & de alio nomine urbis Sichem. Si Euſebio credimus, dicta fuit olim *Salem*. Ita ille in *lib. de loc. Hebr.* quem Latine vertit Hieronymus. Συχὴμ, ἡ καὶ Σίκιμα ἡ καὶ Σαλὴμ, πόλις Ιακὼβ, νῦν ἔρημος. Δείκνυται δὲ νῦν τόπος ἐν προαστείοις Νέας πόλεως. *Suchem, Sicima, quae & Salem, urbs Jacobi, nunc deſertum. Locus autem oſtenditur in ſuburbiis Neapolis.* At, quo minus hoc credam, facit, quod ſoli illi hoc ſcribant, quorum teſtimonium tanti non eſt, ut eo ſolo niti liceat, & quod Sichem & Salem manifeſto diſtinguantur, ut loca diverſa *Joh.* 3. & *Joh.* 4. At ſubodoratus ſum, unde noſtri hanc ſententiam hauſerint, ſc. ex *Gen.* 33: 18. ubi haec verba ויבא יעקוב שלם עיר שכם · *Et venit Jacob incolumis ad urbem Sichem*, quidam transferunt; *& venit Jacob ad Salem*,

§. X. *Num Sichem etiam dicta fuerit Salem.*

lem, *urbem Sichem*. Sed nulla eſt ratio, cur fingamus שלם, quum ſit vox appellativa, & uſitata, eſſe propriam loci, ideoque etiam Judaeorum Paraphraſes Chaldaicae, & ipſi Samaritani, qui optime id noſſe poterant, ſi nomen proprium urbis ſuae fuiſſet, hoc transferunt per *ſalvus*, *in pace*. At verſio Graeca, quam Patres plerumque ſequebantur, habet, *καὶ ἦλθε Ιακώβ εἰς Σαλὴμ πόλιν Σικίμων*, & vulgata Latina, *Tranſivitque in Salem urbem Sicimorum*. Hinc natus error, quaſi ipſa Sichem Salem diceretur. Porro quam bene id, quod de Salem narratur (*Joh.* 3: 23.) (nam eam innui ibidem putant ſententiae hujus patroni) convenit noſtrae Sichem? Quia ibi erant aquae multae Johannes ibi baptizabat. At urbs Sichem adeo abundabat aquis, ut mulier debuerit aquam petere extra urbem ex puteo, quam biberet: nam, *da mihi*, inquit, *aquam iſtam*, *ne ſitiam & huc veniam hauſtum Joh.* 4: 15. Adde, quod non videatur locus baptiſmo Johannis nobilitatus in medio regionis Samariticae quaerendus, ſed in Judaea potius, vel Galilaea.

§. XI. *Num Sichem ſit eadem urbs cum Sebaſte.*

XI. Sunt qui exiſtiment Sichem, quae Naplouſa hodie audit, eandem eſſe urbem cum Sebaſte, quae mira confuſio eſt. Nollem id excidiſſe calamo Viri Eruditiſſimi, & de literis Orientalibus optime meriti, D'Herbe-

belotii, qui in *Bibliotheca Orientali* haec habet *pag.* 753. *Hyrcan Roy & Pontife des Juifs ruina entierement Samarie sous le regne de Ptolomee, dit Euergetes: mais elle fut rebatie par Herode qui luy donna le nom de Neapolis & Sebaste. C'est celle que les Arabes appellent aujourdhuy Nabolos, & que nous nommons ordinairement Naplouse.* At alia est urbs Samaria, quae a monte Schomron ita dicta est, cui inaedificata est ab Omri, qui montem illum a Schemer emit, 1 *Reg.* 16: 26. & postea Sebaste dicta, hodie Sebastia; alia est Neapolis, sita inter montem Gerizim & Ebal, uti ex Plinio, Josepho, Ptolomaeo, versionibus Bibliorum antiquis, & Nummis plurimis, quorum illi Σεβαςηνων, hi Νέας πόλέως praeferunt, demonstrarem, nisi putarem a quovis examinante veterum scriptorum testimonia id posse fieri. Utique certum est Sichem & Samariam urbes olim fuisse distinctas. Illius jam fit mentio *Gen.* 34. 18. haec demum condita est ab Omri. 1 *Reg*, 16. Naplousa & Sebastia hodie sunt etiam urbes distinctae. Id omnia Itineraria & descriptiones chorographicae confirmant. Atqui Sichem est Naplousa, uti patet ex testimonio veterum & Nummis, & Sebastia est Samaria, quod Strabo Josephus, Hieronymus, Procopius, & alii constanter tradunt. Ergo Naplousa vel Neapolis non est eadem cum Samaria. At confusio

mihi videtur nata ex eo, quod utraque & Sichem & Samaria metropoles aliquando Samariticae regionis, & vicinae ſibi fuerint. Notetur itaque error, quem & Stephanus in Ἐθνικοῖς erraviſſe videtur, e quo ipſius epitomator haec exhibet: *Σάμαρεια πόλις Ἰουδαίας, ἡ μετονομασθεῖσα Νεάπολις. Samaria, urbs Judaeae, poſtea dicta Neapolis.* Quem plures elapſo ſaeculo ſecuti ſunt.

§. XII. *De altitudine montis Gerizim.*

XII. De altitudine hujus montis ſcriptum reliquit Joſephus *Antiq. lib.* XI. *c.* 8. illum vicinorum *montium eſſe altiſſimum*, ὃ, inquit, τῶν ἄλλων ὀρῶν ἐστὶν ὑψηλότατον. Nec enim illud ἄλλων omnes totius univerſi montes deſignare videtur. Ceterum hujus montis inſignis eminentia forte fabulae occaſionem dedit, non fuiſſe illum immerſum aquis diluvii. Ita narratur in *Bereſchith Rabba, Paraſcha* 32. §. 16. ad haec verba Sacri Codicis. *Et aquae creverunt valde ſuper terram*, &c. רבי יונתן סלק למצלייה בירושלים עבר בהדין פלטאנוס (in margine הר גריזים) וחמתיה חד שמריי אמר ליה להיכן את אזיל אמר ליה למיסק למצלי בירושלים אמר ליה לא טב לך למיצלי בהדין טורא בריכא ולא בההיא ביתא קלקלתא אמר ליה למה הוא בריך אמ׳ ל׳ דלא טף במוי דמבולא *Rabbi Jonathan* (Cl. Ligtfootus videtur legiſſe *Jochanan*, in *Hor. Hebr.* ad *Euang. Joan.* IV. 20.) *pro-*

profectus Hierosolymam transiit istum Peltanum (montem Gerizim) quod videns aliquis Samaritanorum, quo tendis? ait: precatum, inquit, Hierosolymas. At alter, melius esset tibi orare in hoc monte benedicto, quam in ista domo stercoraria. Cur, autem, rogavit hic; mons ille benedictus est? quia, respondit alter, non fuit submersus aquis diluvii. Quod si verum sit hanc fuisse opinionem omnium Samaritanorum, non est quod Judaei haec aegre ferant, inter quos etiam antiquitus fuere, qui putarunt terram Israeliticam plane intactam ab aquis diluvii, quia illa erat terra Sancta. At plane contrarium nos doeent verba Mosis *Gen.* 7. 19.

XIII. Columbae imaginem coluisse Samaritanos, huic monti impositam, Judaei & nunc & olim tradiderunt, quorum testimonia multa collegit Eruditissimus Bochartus in Hierozoic. ubi de Columbis agit. Verum, uti ego Judaeis fidem habendam censeo in omnibus iis historiis quas de se narrant, modo nec rei naturae nec certissimis aliarum gentium, quae habemus testimoniis adversae sint, ita parum ipsis fido, quum de Samaritanis, gente adeo invisa & inimica loquuntur. Attamen non puto voluisse eos tam grave crimen iis objicere, quod nullam haberet veri speciem. Unde disquisitum est a viris doctis, quae res ansam dare potuerit huic gravi accusationi. Sunt §. XIII. *De Columbae imagine, monti Garizim imposita.*

qui arbitrentur, Samaritanos effigiem columbae, tanquam ſignum Aſſyriorum, quos venerabantur, in monte Garizim erexiſſe, & hinc natam fabulam: vel ipſos Aſſyrios in ſignum dominii, id feciſſe, uti Romanorum ſignum aquila monti Sioni, & majori portae templi Hieroſolymitanae impoſita fuit, ſed mox detracta. Pati enim voluiſſe illam columbae effigiem Samaritanos, fidem facit eorum ingenium, quod ſe facile ad nutum dominorum ſuorum componebat, ſic ut ſe fratres Judaeorum dicerent, quum res iis proſperae eſſent, Sidonios autem & Judaeis inimicos, quum reges Syriae praevalerent. Ego tamen nihil inveni in ipſo Samaritanorum Chronico de columbae cultu, ſed, quod occaſionem dediſſe huic narrationi Judaicae potuit, ſc. Babarrabam ببار كه filium primogenitum Nathanaelis, filii Acbonis, Pontificis Maximi, *confregiſſe avem aeneam* (Nota bis alibi in hoc Chronico columbam, quae literas Joſuae deferebat ad Nebichum, Regem 2. tribuum & dimidiae trans Jordanem, & ad Eleazarem P. M. ſimpliciter طير *avem* appellari, ſic ut ſuſpicari liceat hic quoque columbam, avem in Palaeſtina frequentiſſimam, intelligi) الطير النحاس *quae monti erat impoſita*

(a Ro-

(*a Romanis*) *ut arcerentur Samaritani ab ejus adſcenſu.* Ita legitur *cap.* 48. *pag.* 248. Et *cap.* 49. *pag.* 252. illam avem appellant طلسم *Tilſem*, i. e. *Teleſma*, & *arcebant nos ab adſcenſu montis per Teleſma, quod in ejus vertice confecerant.* Et multo accuratius, ultimo *Capite* 50. *pag.* 253. illius exemplaris, quod Samaritani ab ipſo monte Garizim ad Illuſtr. Scaligerum miſerunt, unde meus Codex deſcriptus eſt; ubi haec verba, quae Latine tantum dabo. *Prohibuerunt Samaritanos ab adſcenſu montis, ita ut, qui aſcendere auderet, certo certius occidendus eſſet, feceruntque Romani in vertice montis Teleſma, ſive avem aeneam, quae juxta curſum ſolis ſe converteret. Si quis autem Samaritanus adſcenderet, clamabat*, Hebraeus, *unde Romani certiores facti Samaritanum in monte eſſe accurrentes eum interficiebant. Nec potuerunt ex hac calamitate emergere, niſi quum ortus eſt Babarraba.* Et quidni verum hoc eſſe partim potuit, quum non iſtis ſolum temporibus, ſed & ante & poſt, conſuetudo iſtius modi Τελέσματα faciendi apud Romanos & alias gentes, praecipue Aſiaticas, locum habuerit? Ita Apollonius Tyaneus, qui imperante Domitiano floruit, Byzantii teleſma fecit contra ciconias, Antiochiae in Syria adverſus ſcorpios, quos fuſo ſcorpio aeneo & ſub terra recondito,

columnaque ſuperpoſita fugaſſe dicitur. Nec poſtea defuerunt, quos inter Vir Doctiſſimus Jac. Gaffarellus in libro, cui titulum dedit, *Curioſitez inouies ſur la ſculpture Taliſmanique des Perſans*, quemque retractare poſtea debuit, qui miram vim Teleſmatum, & imaginum ſub certo coeli & aſtrorum ſitu, quorum radios aëri noſtro communicatos recipiunt, compoſitarum agnoſcunt, procul tamen a magicarum artium uſu ſemoti, quum ſola vi & influxu aſtrorum, quem corpora talia conſervant, id fieri arbitrentur. Legere illic eſt, Conſtantinopoli erectum in Hippodromo olim fuiſſe πλεσμα Serpentis aenei, cujus pars quaedam poſtquam confracta eſſet ** quum Mohammed II ea urbe potiebatur, ex eo tempore maximam Serpentum copiam coepiſſe infeſtare Conſtantinopolin; Emeſſae in ſaxo turris figuram Scorpii extare, quae urbem a ſcorpiis liberet, & ſi qui experimenti faciundi gratia apportentur, omnes necet; & multa alia, quae fidem apud omnes non invenient. Quicquid ſit, iſtiuſmodi Columbam aeneam pro teleſmate ibi erectam fuiſſe a Romanis ſcribunt Samaritani: quod niſi Romanos auctores dicerent, poſſet quis ſuſpicari Samaritanos ipſos teleſma columbae in eo monte poſuiſſe ad fugandas columbas, quae ſanctiſſimum montem & Templum foedare poterant: ad quem ne quid

quid impuri accederet, ſepto illum cinxerunt, ut in Nummis antiquis videre eſt. Quumque omnia animalia arcere ſepto poſſent, exceptis avibus, forte per teleſma iſtiuſmodi avis, in Palaeſtina frequentiſſimae, arcere aves conati ſunt.

§. XIV. *De idolis ſub monte Garizim abſconditis.*

XIV. Faciem convertunt ad montem Garizim Samaritani, dum precantur, uti Judaei ad Templum Hieroſolymitanum, Mohammedani ad Cabam Meccanam facere ſolent. Ita ſcribit Epiphanius *Haer.* 9. Εἰδωλολατρȣ̃σιν ȣ̃ν ἀγνοȣ̃ντες ἐκ τȣ̃ πανταχόθεν προσέχειν, πρὸς τὸ ὄρος ἐν τῷ αὐτȣ̃ς ἔυχεσθαι, δῆθεν ὅτι ἡγίασαι. *Inſcii ergo ſimulacra (ſub monte Garizim abſcondita) venerantur, quum, ubicunque ſunt, inter precandum faciem illi ſancto obvertunt.* Ipſi quoque in literis ad Scaligerum datis id fatentur. Quod autem addit Epiphanius, de idolis ſub illo monte abſconditis videtur ex hiſtoriis Samaritanis perperam intellectis petitum. Quandoquidem autem in Capite 40 Chronici Samaritani latere originem hujus fabulae arbitror lubet paulo altius in iſtam rem inquirere, & fontem commenti indagare. Mentio fit illic Pontificis cujuſdam, nomine عزى *Ozi*, & *cap.* 42. traditur ſub ejus Pontificatu, 360 annis poſt ingreſſum Iſraelitarum in Palaeſtinam (in

Chronico Abulfetachi habetur, 260 annis) vaſa ſacra juſſu & indicio Dei abſcondita fuiſſe in ſpelunca montis Garizim, quae deinde cum repetere vellet, invenire non potuerunt. Quae hiſtoria pluribus verbis ibi narratur. Diſquiremus ergo, quis Ozi iſte fuerit, & an in aliis quoque ſcriptis veſtigia quaedam hujus abſconſionis vaſorum ſacrorum indagare poſſimus. Primum quod attinet, Cl. quidem Hottingerus in *Enneade Diſſert. pag.* 30. ita ſcribit. *Alius* (ſacerdotis) *quem ultimum tempore pacato fuiſſe tradit, mentio ſit, nomine* عزي, Ezram *velit*, *an* Eli, *neſcio.* Quod Ezram hic innui putet Hottingerus, ſola facit vocum عزي & عزير affinitas, quarum ultimâ *Ozair* in Alcorano *Surat.* IX: 30. Ezra notari creditur. Sed nomina haec ſine dubio diverſa ſunt & ſcriptione & pronuntiatione, nec ſunt temere confundenda, nec Ezra Pontifex Maximus fuit, uti hic Ozi fuiſſe traditur, nec etiam Ezrae hiſtoria ante illam Samuelis, quae capite ſequenti demum in hoc Chronico narratur, narrari poteſt. Adde, quod Ezrae mentionem non ſoleant facere Samaritani, ſine addita nota maledictionis, uti ex literis eorum ad Ill. Scaligerum datis videre eſt. Verum non de Ezra tantum ſed de *Eli* cogitat Cl. Hottingerus. At nec il-

lud

lud congruum videtur. Aliud enim eſt Ozi, aliud Eli, & Pontificis quidem Eli mentio fit in hoc Chronico *Cap*. 44. poſt traditam hiſtoriam τȣ̃ Ozi, adeoque unus cum altero confundi non poteſt. Ego vero illum intelligi puto per عزي *Ozi*, qui Ὀζις Joſepho, Ὀζεὶ Euſebio *in Chronico*, Ὀζὶ Interpretibus Graecis V. T., & עזי *Ozi* Hebraeis dicitur, quique Pontifex Maximus fuit, quintus ab Aharone, de quo vide 1 *Chronic*. 6: 6. Nam utrumque nomen عزي Ozi & עזי idem eſt, & uterque Pontificatu functus eſſe traditur, & ratio temporum convenit. Τȣ̃ Ozi enim hiſtoria ante illam τȣ̃ Eli narratur proxime, illius *cap*. 42. hujus *cap*. 43. Et עזי ſive Ozias aut Ozis ille, cujus Sacrae literae & Joſephus meminerunt, ſucceſſorem Eli habuit in Pontificatu. R. Abraham Zacuthus in Eruditiſſimo opere, *Juchaſin*, ita ſcribit בזמן שמשון מת עזי בן בוקי מזרע אלעזר ונתחלפה הכהונה לזרע איתמר ועלי הי׳ה ראשון *Tempore Samſonis* (nota συγχρονισμὸν, & in Chronici noſtri eodem capite *Samſonis* & hujus عزي *Ozi* mentionem fieri) *diem obiit Ozias fil. Bokiae ex poſteris Eleazaris. Tunc translatus eſt Pontificatus ad Ithamaridas, quos inter primus fuit Eli.* Non
 aliam

aliam ſeriem obſervat Joſephus *l.* 5. *antiq. c. ult.* Ὀζὶς, inquit, poſt Boki Pontificatum adeptus eſt, μεθ᾽ ὃν Ἡλὶς ἔσχε τὴν ἱερωσύνην, *poſt quem Eli functus eſt ſummo ſacerdotio.* Meminit hujus Oziae auctor Chronici Alexandrini, meminerunt alii. Et ni vehementer fallimur idem hic eſt, qui ab Epiphanio *haer.* 55. Ἀζίας (legendum itaque Ὀζίας) pater τοῦ Ζαρεᾶ, avus τοῦ Μωρεία, appellatur. Filius enim Oziae Seraia & nepos Meraiot *Chron.* 6: 6. memorantur. Ex his ſatis liquere arbitror quis pro noſtro Ozi عزى haberi debeat. Ad ſecundum progredior, abſconſionem vaſorum ſacrorum in ſpelunca montis Gerizim, ab ipſo, juſſu Dei peractam, ſi Samaritanis credimus. Fateor de illo nihil ſimile in ſacris aut profanis ſcriptoribus lectum memoriae meae ſuccurrere, at inſignis eſt in Joſepho locus, qui ad rem praeſentem mire facit, ſi a vulgari lectione parumper recedamus & pro *Moſe Ozim* legamus. Quae emendatio mihi tantum non neceſſaria videtur, eo quod Joſephus nec ex ſua nec ex Samaritanorum opinione ea Moſi adſcribere potuerit, quae adſcribit, ſi vulgata lectio retineatur. Judica ipſe, Lector. En verba Scriptoris *Antiq. lib.* XVIII. *cap.* 5. Οὐκ ἀπήλλακτο δὲ θορύβου καὶ τὸ Σαμαρέων ἔθνος· συστρέφει γὰρ αὐτοὺς ἀνὴρ ἐν ὀλίγῳ τὸ ψεῦδος

δος τιθέμενος καὶ ἐφ' ἡδονῇ τοῦ πλήθους τεχνάζων τὰ πάντα κελεύων ἐπὶ τὸ Γαριζεὶν ὄρος αὐτῷ συνελθεῖν, ὃ ἀγνότατόν τε αὐτοῖς ὀρῶν ὑπείληπται, ἰσχυρίζετό τε παραγινομένοις δείξειν τὰ ἱερὰ σκεύη τῇ δὲ κατορωρυγμένα, Μωυσέως τῇ δὲ αὐτῶν ποιησαμένου κατάθεσιν. *Interea ne Samaritani quidem tumultu caruerunt. Concitavit enim eos impoſtor quidam, mendacium pro nihilo ducens & omnia comminiſcens ad plebis gratiam, jubens ut convenirent in montem Garizim apud eam gentem Sanctiſſimum; affirmans ſe illic eis oſtenſurum ſacra vaſa recondita, quae ibi Moſes* (lego Ozis) *depoſuerit.* Quid tibi videtur Lector? nonne ad amuſſim haec conveniunt cum traditione Samaritanorum in hoc Chronico, ſi *Ozim* legamus? Certe vaſa ſacra refoſſa fuiſſe ſub monte Garizim, & ita ut inveniri non potuerint, quod tamen ſe praeſtiturum hic Impoſtor gloriabatur, heic traditur: quae ipſiſſima ſunt, quae in *Cap.* 42 hujus Chronici narrantur. At ſi *Moſen* legamus, ut vulgo fieri ſolet, nullus plane ſenſus ex hoc loco erui poteſt. Quid enim? Num Moſes, qui Jordanem non tranſiit, poteſt dici vaſa ſacra ſub monte Garizim abſcondiſſe? Certe id Joſephus ſcribere ex ſua ſententia non potuit. Nec etiam ex opinione Samaritanorum, qui ex Pentateucho ſatis edocti ſunt Moſen cis Jordanem

diem

diem ſuum obiiſſe, & in hoc ipſo Chronico *cap.* 6. id confirmant. At, dicet aliquis, Joſephus narrat Impoſtorem illum hoc plebi perſuaſiſſe, quamvis contra rei fidem: verum quod non plebeji tantum ſed & alii decepti fuerint, ex ipſa Joſephi narratione manifeſtum eſt; Et quis tam impudenter mendax, & rem affirmans, cujus contrarium omnes, etiam plebeji, vel ex lectione Sacri Codicis vel auditione noſſe poterant & debebant, tantum hominum numerum in haereſin ſuam congregaſſet, niſi ſtipites illos omnes fuiſſe credamus. Si autem pro Moſe Ozin legamus, nihil eſt quod traditionibus Samaritanorum repugnat, & plana ſunt omnia. Ceterum quae auctor noſtri Chronici Oziae tribuit, Scriptor *lib.* 2. *Maccab. cap.* 2. 4. *&* *ſeqq.* Jeremiae adſcribit. Merentur ſingula conferri, quare, quae in *Libro* 2. Maccabaeorum leguntur, heic exhibemus. Ἦν δὲ ἐν τῇ γραφῇ ὡς τὴν σκηνὴν καὶ τὸν κιβωτὸν ἐκέλευσεν ὁ προφήτης χρηματισμοῦ γενηθέντος αὐτῷ συνακολουθεῖν. Ὡς δὲ ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος οὗ ὁ Μωϋσῆς ἀναβὰς ἐθεάσατο τὴν τοῦ θεοῦ κληρονομίαν. Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἱερεμίας εὗρεν οἶκον ἀντρώδη καὶ τὴν σκηνὴν ἐκεῖ· καὶ τὴν θύραν ἐνέφραξε. Καὶ προσελθόντες τινὲς τῶν συνακολουθούντων ὥστε ἐπισημήνασθαι τὴν ὁδὸν καὶ οὐκ ἐδυνήθησαν εὑρεῖν. Ὡς δὲ Ἱερεμίας ἔγνω μεμψάμενος αὐτοῖς εἶπεν. Ὅτι καὶ ἄγνωστος ὁ τό-

τος ἔσαι ἕως ἂν συναγάγῃ ὁ θεὸς ἐπὶ συναγωγὴν τοῦ λαοῦ καὶ ἵλεως γένηται. *Erat in eodem ſcripto juſſiſſe Prophetam* (Jeremiam) *accepto Dei reſponſo tabernaculum & arcam ſecum proficiſci. Quum vero ad illum montem perveniſſet, de quo Moſes, quum eum adſcendiſſet, conſpexerat haereditatem Dei, progreſſum eſſe Jeremiam & inveniſſe domum cavernoſam & illi intuliſſe tabernaculum, arcam & altare ſuffitus, & dein oſtium obſtruxiſſe: alios autem advenientes ex numero comitum ſuorum, ut notarent viam, eam non potuiſſe invenire: at Jeremiam hac re cognita iis iratum dixiſſe, Ignotum fore locum illum uſque ad id tempus quo congregaturus Deus congregationem populi & miſericors eſſet futurus.* Quis non videt paucis mutatis rem eandem narrari? Subſtitue pro Jeremia Ozin, pro monte Nebo, Garizim, cetera convenient. Hebraei Scriptores de occultatione vaſorum ſacrorum ita fere ſentiunt, Joſiam Regem, edoctum ex praedictionibus Huldae, mulieris divinae, inſtare Templi Salomonici deſtructionem, ne res ſanctae Templo contentae praedae & ludibrio profanarum gentium cederent, abſcondiſſe arcam foederis, urnam mannae, virgam Aaronis & oleum unctioni deſtinatum, in ſpelunca ſubterranea, quam ſub adyto fieri curaverat in hunc uſum Rex Salomo. Hoc illi colligunt

ex

ex verbis Josiae 2 *Chron.* 35. 3. *Ponite illa in ista domo, quam aedificavit Salomo, filius Davidis, Rex Israelis.* Qui plenius hanc Judaeorum sententiam nosse cupit *Gem. Joma. cap.* 5. & Interpretes Hebraeos ad locum modo citatum consulat. Pontificiorum nonnulli ea vasa, quibus Templum Salomonicum superbiebat latere hodie sub altari quodam Ecclesiae Lateranensis, quae Romae est, populo persuadent, ac a Tito, urbe eversa, Romam delata esse fabulantur, quum tamen illa Templo secundo non fuisse illata satis demonstrari possit, adeoque nec a Tito inde erui potuerint. Traditiones tamen illorum legat, qui vult, apud Cl. Hottingerum *Histor. Eccles. Tom.* VII. *pag.* 257. Sed eruditiores inter illos & literis humanioribus imbuti eam fabulam exploserunt. Vir in monumentis Judaeorum versatissimus, Julius Bartoloccius *in Biblioth. Rabbin. Tom.* 4. *pag.* 156. Arcam illam, quam in Sacrario Lateranensi fideles venerantur, fatetur non esse arcam Veteris Testamenti, sed quoddam venerandum monumentum, quod antiquitas sacravit, & forte partem altaris lignei ad arcae similitudinem concavi, super quo, cum prisci summi Pontifices propter persecutiones certo loco consistere non possent, sive in cryptis, sive in coemeteriis sive in aedibus piorum, antequam pax Ecclesiae per Constan-

ſtantinum Imperatorem reddita fuiſſet, ſacra faciebant, ut pia traditio habet. Ita ſentit Scriptor Eruditiſſimus, & Marlianum reprehendit, qui arcam foederis inſculptam putat arcui triumphali Titi, qui Romae adhuc viſitur.

XV. Concludam hanc diſſertationem fragmento antiquiſſimi Scriptoris Theodoti in libro de Judaeis, quod nobis Euſebius in *lib. de praepar. Euang.* IX. 22. conſervavit, quo ſitum montium, Garizim, Ebal, & urbis Sichem deſcribit.

§. XV. *Fragmentum Theodoti de monte Garizim.*

Ἡ δ᾽ ἄρ᾽ ἔην ἀγαθήτε καὶ αἰγινόμος καὶ ὑδρηλή,
Οὐδὲ μὲν ἔσκεν ὁδὸς δολιχὴ πόλιν εἰσαφικέσθαι
Ἄγρόθεν. Οὐδέ ποτε δρία λαχνήεντα πονεῦσιν.
Ἐξ ἀυτῆς δὲ μάλ᾽ ἄγχι δύ᾽ οὔρεα φαίνετ᾽ ἐρυμνὰ
Ποίης τε πλήθοντα καὶ ὕλης. Τῶν δὲ μεσηγὺ
Ἀτραπιτὸς τέτμητ᾽ ἀραιὴ αὐλῶπις. Ἐν δ᾽ ἑτέρωθ.
Ἡ δ᾽ ἱερὴ Σικίμων καταφαίνεται, ἱερὸν ἄστυ,
Νέρθεν ὑπὸ ῥίζῃ δεδμημένον. Ἀμφὶ δὲ τεῖχος
Λίσσον ὑπωρείαν, ὑπὸ δ᾽ ἔδραμεν αἰπόθεν ἕρκος.

Quae F. Vigerus ita tranſtulit:

Quippe haec terra ferax, teneriſque aptiſſima capris,

Irri-

Irriguique ſoli : brevis unde excurſus in urbem.
At nulli feſſos molli lanugine ſaltus
Hic recreant. Tecti juncto prope vertice montes
Hinc gemini excipiunt, herbaſque nemuſque miniſtrant.
Quos inter raro anguſtus diſcrimine callis
Rumpit iter. Parte adverſa ſe tollit in auras
Urbs ingens Sicimum, radicem exſtructa ſub imam:
Qua circum laevi conſurgunt moenia ſaxo,
Atque infra ſupraque urbem munimine cingunt.

In quibus id mirum, utrumque montem tam Ebal quam Garizim ab eo deſcribi ut fertilem, quum alii Ebal ſterilem appellent, uti hodieque eſt. Obſerva quoque Sicima ad radicem montis collocari & medio inter utrumque ſitu, quod & αὐτοψία viatorum firmat. Sed & hoc ſilentio praeterire non poſſum, quum deſcriptionem hanc lego & verſionem confero, illam mihi minus placuiſſe verſu tertio.

At nulli feſſos molli lanugine ſaltus
Hic recreant.

Nam quomodo dicere poſſet Theodotus hic nullos

nullos esse arborum saltus, quum mox ὕλης meminerit, & ipse Interpres canat:

—— tecti juncto prope vertice montes
Hinc gemini excipiunt, herbasque nemusque ministrant.

Et ipsa sacra Scriptura vel in ipso loco, vel vicino אלן & אלה memoret, per quas voces plerique Interpretes quercum aut arboris speciem intelligunt? Quid? quod Theodotus, ut unusquisque facile videt, hic sit in commendanda regione Sichemitica a situ & fertilitate, ubi non conveniret dicere, ibi nullas arbores esse, quae fessos umbra sua levarent. Id enim ad vituperium non laudem loci facit. Hic autem scopus ejus non est deprimere regionem Sichemiticam, sed dignis laudibus extollere. Ego itaque hos duos versus (non collocato puncto post ἄγροθεν, uti vulgo fit) ita conjungendos judico:

Οὐ δὲ μὲν ἔσκεν ὁδὸς δολιχὴ πόλιν εἰσαφικέσθαι
Ἄγροθεν, οὐδὲ ποτὶ δρυμὰ λαχνήεντα πονεῦσιν.

Ut sensus sit non longam esse viam ut aliquis ex pascuis vel urbem intret vel nemus: utrumque prope esse, quod ad regionis hujus commendationem facit, & elegantiam repetitae particulae οὐδὲ docet. Pro πότε, legen-

gendum videtur ποτὶ, qua particula eodem sensu utitur Homerus *Odyss.* ξ.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἱκόμεσθα ποτὶ πτόλιν, αἰπὺ δὲ τεῖχος.

Quando vero ivimus ad urbem & altum murum.

Ceterum de Templo, quod in hoc monte exstructum fuit, nunc nil dicemus, quod id peculiarem Dissertationem postulet.



IV.

DISSERTATIO

DE

O P H I R.



IV.

DISSERTATIO

DE

OPHIR.

I. UT aliquid certi ſtatuatur de ſitu regionis Ophir, exiſtimo obſervanda eſſe indicia vel κριτήρια quaedam, e quibus agnoſci poſſit; vel conditiones aliquot, quae neceſſario ad eam detegendam requiruntur, & quas tum Sacer Codex tum ipſa ratio nobis proponunt. Hypotheſes & ſententias, quae iis non ſatisfaciunt, a vero abire, quae contra ſe habet, veram aut verae proximam eſſe, judico. Sunt autem haec requiſita, quae ſequuntur. 1. Terra Ophir debet eſſe talis regio, quae abundat copia auri, argenti, eboris, ſimiarum & pavonum, vel pſittacorum. Ita legitur 2 *Chron.* 9: 21. *Semel ternis annis veniebant naves*

§. I. Primum κριτήριον terrae Ophir.

Tarsis afferentes aurum, argentum, ebur, simias & pavones. Quod conferri debet cum 1 *Reg.* 9: 27. ubi diserte eadem profectio classis, & quidem ad terram Ophir, narratur: nec de eo dissentiunt, quod sciam, ulli interpretes, licet, ubi Ophir terra suo nomine memoratur in sacris literis, tantum auri fiat mentio, quod hoc praecipuum fuerit. Ubi ergo aurum, argentum & alia illa non inveniuntur, non potest illa pro terra Ophir haberi. Nec sufficit, ut aliqua regio pro Ophir habeatur, quod ibi auri quidpiam, vel argenti, inveniatur, vel simiae nonnullae aliquando ibi visae sint: sed debet doceri, ibi maxima quantitate omnia illa fuisse sic ut operae pretium fuerit, iter eo instituere. Huic requisito non satisfaciunt Ortelius & illi qui Zophalam Africae regionem habent pro Ophir, ubi pavones & psittaci non inveniuntur, uti nec in multis aliis locis, quae pro Ophir ab aliis habentur. Patria enim pavonum & psittacorum India est, uti postea fusius a nobis docebitur. Nec argentum ibi tanta copia est, ut inde peti meruerit.

§. II. *Secundum.* II. Altera conditio haec est. Terra Ophir debet in tali regione collocari, ad quam facilior, tutior & brevior via est ex portu Sinus Arabici quam maris mediterranei. Quia enim classis Ophiritica solvit ex Ezion geber

qui

qui portus eſt Sinus Arabici, credibile eſt inde Ophîr potuiſſe tutiori & breviori itinere adiri quam ex portu maris mediterranei. Nam ſi ex Japho, aut alio portu, quem ad mare mediterraneum habebat Salomon, brevius & tutius Ophir adiri potuiſſet, ſine dubio pro ea, qua ceteris mortalibus praeſtabat, ſapientia, claſſem ſuam via breviſſima miſiſſet. Sapiens enim nihil fruſtra facit, & quod per pauciora fieri poteſt, per plura fieri non oportet. Peccant in hanc conditionem, ipſamque adeo celebratam Salomonis ſapientiam, qui Ophir in Hiſpaniola, aliiſve inſulis Americanis collocant. Ad illas enim recta via fuiſſet & tutiſſima, addo & notiſſima Phoenicum navigationibus, per mare mediterraneum ad fretum uſque Gaditanum, & inde porro verſus Hiſpaniolam, non ex Sinu Arabico, ex quo ſolventes circumvehi univerſam Africam debuiſſent, & ſe infinitis pelagi periculis exponere abſque ulla neceſſitate. Quod uti concipi non poteſt voluiſſe Salomonem, ita quoque omnes illas hypotheſes rejicio, quae in Americanis tractibus Ophir quaerendam cenſent. Impingunt etiam vehementer in hoc requiſitum illi, qui Africae regionem aut urbem quandam ad mare mediterraneum pro Ophir habent, uti Carthaginem; nam quis ſana mente praeditus, quum ex Japho ſolvere

 poſſet,

possef,e Sinu Arabico classem mitteret Carthaginem? Sed hic error natus est, ut jam alii ante nos viderunt, quia אניות תרשיש *naves Tarsis* dicuntur missae in Ophir, & Tarsis apud nonnullos e veteribus eadem cum Carthagine censebatur.

§. III. *Tertium.* III. Tertio, Ophir talis esse regio debuit, ad quam classis tuto pervenire poterat, adeoque propter rei nauticae peritiam, quam illo tempore habebant exiguam, si cum nostra aetate comparetur, non est in regione nimis dissita, & quae non nisi cum maximo vitae discrimine peti poterat, collocanda. Id enim probe notandum est, interdiu Solis, noctu Stellarum, observatione navigationes suas instituisse veteres: magnetis usum, quo septentrionalem plagam indicat, ignotum fuisse; ipsos Graecos & Romanos diutissime post aevum Salomonis litora fere legere consuevisse, hyeme ipsis mare claudi solitum; ultra columnas Herculis mare ἄβατον & invium credidisse; & similia, quae satis ostendunt non debere Ophir in America quaeri, quae vastissimo pelago & periculossimo ab reliquo orbe sejuncta est, & in illa quasi peritiae nauticae infantia classe adiri vix poterat. Adde quod tota America ignota tunc fuerit; saltem demonstrari non possit, notam fuisse. Idem judicandum censeo de opinione illorum, qui Ophir in Sumatra, insula longissime dissita,

quae-

quaerunt. Vix enim mihi persuadeo, classem illis temporibus eo vehi tuto potuisse; & quidem statis vicibus, singulo triennio, maxime quum illa insula sub vehementissimo aestu Zonae perustae sita sit, *quae interjecta utrique hominum generi commercium ad se denegabat commeandi*, ut ex opinione communi Macrobius in *Somn.Sc.c.*5.loquitur.Satisfaciunt magis huic requisito,qui Ophir in Africae regione quadam aut Persia locant, ad quos tractus litora legendo pervenire poterant.Sed & horum opiniones quo minus probari queant, aliis laborant difficultatibus.

IV. Quarto. Ophir non debet in regione nimis vicina terrae Israeliticae collocari, sed in eo locorum intervallo, ut triennium circiter requireretur ad iter eo instituendum, mercaturam exercendam, & redeundum; quae omnia non sunt censenda juxta rationem nostrorum temporum, sed aevi Salomonaei. Hodie enim nulla in toto orbe regio est, quam non biennii aut minori temporis spatio classis potest invisere. Sed, ut jam monui, non erat tunc ea rei nauticae peritia nec illa navigandi subsidia, quae nunc ad manum sunt. Ad hoc non attenderunt illi, qui Ophir volunt esse Spharam, ad Sinum Arabicum, quod iter non requirit triennii spatium. Dicent quidem nonnulli, in textu sacro non dici, integrum triennium impen- §. IV. *Quartum.*

 diss

disse classem Ophiriticam navigationi, sed tantum, quod singulo triennio iverit: verum exstimo, si minori temporis spatio potuisset illud iter peragi, & Hiramum & Salomonem non exspectaturos fuisse donec elapsum esset triennium, ut aurum & alia ex Ophir acquirerent, & gloriam regni sui, addo & Templi & Sacrorum, quibus id aurum magna ex parte destinabatur, nova continuo accessione augerent.

§. V. *Quaerendus etiam locus, cujus nomen ad Ophir accedat.*

V. Quatuor hisce conditionibus, quas mihi in indaganda regione Ophir proposueram, hoc addidi. Si vestigium aliquod nominis Ophir deprehendi posset in aliquo tractu, cui quatuor modo indicatae conditiones convenirent, id magnum pondus allaturum esse ad confirmationem illius sententiae. Quare illorum virorum studium in eo laudavi, qui non contenti fuerant aliquam regionem auro argentoque abundantem Ophir dicere, sed apud veteres Graecos, quorum monumenta Geographica ad manus nostras pervenerunt, aut recentiores (quamvis veteres praestent) urbem, regionemve ejusdem fere nominis quaesiverunt, uti, qui Ophir crediderunt esse *Apharam* vel *Sapharam*, Arabiae, aut *Peru* in America, &c. quamvis hoc solum non sufficiat, uti jam monuimus.

VI.

VI. Videamus porro, quae illa regio sit, quae satisfaciat hisce requisitis, quaeque pro Ophir haberi possit. Videtur mihi illa in India Orientali quaerenda, quod & multi Viri Eruditi censuerunt: non tamen puto universam Indiam cum suis insulis nomine Ophir contineri, eo quod Copti Indiam COΦIP appellent (quod nomen, uti multa alia, Copti non ex veteri lingua Aegyptiaca, sed ex usu recentiorum, ipsorumque Interpretum Alexandrinorum videntur retinuisse, & Indiae dedisse) aut Chersonesum Malaicam, quam auream multi dixere, sed illam regionem, quae circa urbem *Oupara* vel Σȣπάρα, Sophara, est, quamque Sopharenen appellare possumus. Est ea urbs satis nota ex Ptolomaeo, Ammiano Marcellino, Arriano *in periplo*, & sita in Chersoneso Indiae intra Gangem, & litore ejus occidentali fere circa *gr. long.* $112\frac{1}{2}$ *latit.* $15\frac{1}{2}$ & illum locum, ubi nunc celebre emporium *Goa*. Aliquando scribitur (quod jam notavit Cl. Salmasius in *Exerc. Plin p.* 786.) Ὄυππαρα, aliquando, Σούππαρα, Suphara: quidam etiam Σȣφαρὰ scribunt, & hanc esse volunt, a qua Episcopus Σȣφαρηνῶν Photio dicatur sic ut Σ promiscue adsit, vel absit, quod in Ἀφὰρ, Σαφὰρ, *Sagaris*, *Agaris*, aliisque nominibus propriis, fieri solet. Quemadmodum & ipsa vox Biblica *Ophir*, Σωφεὶρ scribitur a Josepho & Origene.

§. VI. *Ophir est regio circa Ouparam in India, quae &* Suphara *dicitur, uti & Ophir, Sophira.*

Ita-

Ita & versio Graeca pro Ophir *Job.* 22. 24. habet Σωφεὶρ, ubi alii Σωφίρ. Sic 1 *Reg.* 9. 28. εἰς Σωφειρά. Ubi Hebraeus habet אופיר *Ophir.* Et 1 *Reg.* 10. 11. ἐκ Σοφείρ. 1 *Chron.* 29. 4. ἐκ Σουφείρ. 2 *Chron.* 8. 18. Σωφιρά. 2 *Chron.* 9. 10. Σουφίρ. Inde & Hesychius Σουφεὶρ scribit. Σουφεὶρ, χώρα ἐν ᾗ οἱ πολύτιμοι λίθοι καὶ ὁ χρυσὸς ἐν Ἰνδίᾳ. *Soupheir, regio, in qua pretiosi lapides, & aurum in India.*

§. VII. *Josephi verba de Ophir.* VII. Notandum est quod de Ophir vel Σωφεὶρ, uti ille scribit, Josephus habet, illam suo tempore dictam χρυσικὴν γῆν, *terram auream*: quae sententia, cum nostra facile potest conciliari, quia inter veteres aliqui eam regionem, in qua Oupara sita fuit, vel vicinam, χρυσικὴν γῆν appellarunt. Notandum & hoc est, quod χρυσῆ χώρα, sive χρυσικὴ γῆ, distinguantur apud Ptolomaeum, Plinium, & alios ab χρυσικῇ νήσῳ sive *aurea Chersoneso*, vel insula aurea: quamvis multi recentiores eandem faciant auream regionem, & auream Chersonesum. Josephi vestigia premit Procopius *in Schol. ad lib.* III. *Reg. cap.* IX. Σώφορα (ita ille legit אופיר *Ophir*) χώρα τίς ἐστι τῆς Ἰνδίας, ἣν οἱ Γεωγράφοι χρυσῆν ὀνομάζουσιν. *Sophora, regio quaedam Indiae est, quam Geographi Chrysen, sive auream appellant.* Licet vero fatear variare Geographos

in situ Chryses sive regionis aureae, id tamen deprehendo, plerumque illam distingui a νήσῳ sive χερσονήσῳ aurea, & Chrysen nobis propiorem statui, auream Chersonesum remotiorem. Hinc Plinius & Solinus extra Indi ostia collocant Chrysen, loco satis vicino nostrae *Oupparae*. Mela autem *lib*. III. *c*. 7. ita describit Chrysen & Argyren, ut nostra Ὀυππάρα non longe ab eis distet. *Ad Tamum* (promontorium, τάμαλα Ptolomaei, uti Vossio ad Melam & Salmasio in *Exerc. Plin. pag*. 701. placet) *insula est Chryse, ad Gangem Argyre*. Insulas cum peninsulis saepe confuderunt veteres. Et Auctor peripli rubri maris Chrysen facit ἤπειρον, continentem, non insulam, distinguitque ab aurea Chersoneso & circa Gangem locat. Quae omnia suadere videntur Chrysen & Argyren regiones in India fuisse, quarum situs accurate e Veteribus sciri non potest, quia hic magis vicinas nobis, ille a nobis remotiores facit. Et hinc, quum Josephus, Procopius, & alii scribunt Ophir Salomonis eam esse quae illorum tempore dicebatur χρυσῆ, *aurea regio*, si cum Mela senserunt, in India intra Gangem, & quidem circa Chersonesi litus orientale illam quaeri voluerunt, si cum Plinio, Ophir non longe abfuisse ab ostiis Indi voluerunt innuere. Quicquid sit, non puto male Ophir, emporium,
vel

vel regionem, mercatura adeo celebrem tempore Salomonaeo, ibi collocari, ubi hodieque clarissimum fere totius Orientis emporium est, Goa, quo omne quod India, Persia, Sina, & vicinae regiones pretiosi & rari habent, maxima copia defertur, & inde in reliquas Asiae & Africae, nunc quoque Europae, partes transvehitur. Maxime cum vetus nomen Οὔππαρα & Σούππαρα cum Ὠφιρὰ, Σουφιρὰ, Σωφορὰ, quae nomina אופיר *Ophir* sunt, ita conveniat, ut vix major convenientia desiderari queat.

§. VIII. *Ophir non una urbs sed regio.*

VIII. Quod quidem non ita velim accipi, ac si crederem solam istam urbem Οὔππαραν olim *Ophir* dictam, & eo tantum appulisse classem Salomonis; sed oram illam circumjacentem & χώραν sive *regionem* circa Ouparam nomine Ophir intelligo, & probabile est τῇ Ophir contigisse, quod multis aliis regionibus contigit, scilicet, nominis prisci, quod integras oras & magna terrarum spatia significatione sua complectebatur, vestigia in parte hac vel illa ejus orae, vel urbe, tantummodo superesse, uti apud nos vetus Cattorum nomen in pagis modo duobus superstes est. Sic ut olim forte tota illa pars Chersonesi Indicae intra Gangem Ophir fuerit dicta, uti India tota Coptis ΣΟΦΙΡ: cujus tamen nominis vestigia quum nuspiam clariora

riora inveniam, quam in Ὀυπάρα & eadem Σ praefixo Σούπαρα dicitur, uti Ophir & Σωφεὶρ; ideo, quantum fieri poteſt, ab hoc loco recedendum non puto, a quo & hodie aurum, argentum, ebur, ſimiae & pſittaci peti ſolent: nam licet haec omnia hodie ibi ut in natali ſolo non tam abunde proveniant ac in aliis Indiae tractibus, inde non ſequitur olim non fuiſſe, (non magis quam olim Colchida auri feracem non extitiſſe aut Hiſpaniam, qua nulla terrarum regio olim & copioſius & purius aurum protulit teſte Poſidonio & Strabone *lib.* III.) facile illa eo devehuntur, ita ut vix aliquod commodius emporium ſit, quo merces Indiae etiam remotiſſimae diſtribui per Aſiae partes occidentaliores poſſint. Unde & Goa & Calecut (quo una vice nonnunquam 400 naves ſolere appellere ſcribit R. Perizol in *Itiner. p.* 159.) aliaeque in illo litore urbes inveniuntur; quae mercaturae exercendae gratia ita frequentantur, ut nulli emporio in India cedere debeant.

IX. Quum itaque nomen Σωφείρ, ſive *Ophir*, adeo conveniat vel idem plane ſit cum Σουπάρα, reſtat ut videamus an quatuor illis requiſitis, quae recenſuimus, ora illa ſatisfaciat. Primum poſtulabat in Ophir copiam auri, argenti, &c. De auro & argento non poteſt eſſe dubium quin id magna copia ibi inve-

§. IX. Ophir abundat auro, & argento.

veniatur. Sane quum Veterum Scriptorum monumenta inſpicimus, & in iis illa quae de India tradunt, deprehendemus illos Indiam ipſis cognitam generatim uti auri & argenti feracem deſcribere, non aut Cherſoneſum auream, vel aliam partem Indiae, excluſis reliquis. Ita Diodorus Siculus *lib.* 2. 16. Ἔχει δὲ (ἡ Ἰνδικὴ χώρα) καὶ τῶν ἐλεφάντων ἄπιστον πλῆθος, οἳ ταῖς τε ἀλκαῖς καὶ ταῖς τοῦ σώματος ῥώμαις πολὺ προέχουσι τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ γινομένων· ὁμοίως δὲ χρυσὸν, ἄργυρον, σίδηρον, χαλκόν. Πρὸς δὲ τούτοις λίθων παντοίων καὶ πολυτελῶν ἐν αὐτῇ ἐστι πλῆθος. *Habet autem (India) elephantum incredibilem multitudinem, qui & viribus & corporis robore multum praeſtant Libycis, ſimiliter & aurum, argentum, ferrum, & aes, & lapidum variorum & pretioſorum copiam.* Dionyſius Periegetes eodem modo Indiam, non ſolam auream regionem vel Cherſoneſum (de qua egerat *v.* 589.) commendat ab copia auri, eboris & gemmarum, uti Ophir in Sacro Codice deſcribitur, *v.* 1114.

Τῶν δ' οἱ μὲν χρυσοῖο μεταλλεύουσι γενέθλην
Ψάμμον ἐυγνάμπτῃσι λαχαίνοντες μακέλῃσιν
Οἱ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι λινεργέας. Οἱ δ' ἐλεφάντων
Ἀργυφέους πρισθέντας ἀποξύουσιν ὀδόντας.

Ἄλλοι

Ἄλλοι δ' ἰχνεύουσιν ἐπὶ προβολῇσιν ἀναύρων
Ἤπου βηρύλλου γλαυκὴν λίθον, ἢ ἀδάμαντα
Μαρμαίροντ' ἢ χλωρὰ διαυγάζουσαν ἴασπιν
Ἢ καὶ γλαυκιόωντα λίθον καθαροῖο τοπάζου,
Καὶ γλυκερὴν ἀμέθυστον ὑπήρεμα πορφυρέουσαν.
Παντοῖον γὰρ γαῖα μετ' ἄνδρασιν ὄλβον
ἀέξει.

Quorum ſumma huc redit, aurum apud Indos effodi, ebur parari, beryllum, adamantem, Jaſpin & topaſum, & omnis generis divitias inveniri. Plura teſtimonia non recenſebo, quae ex Plinio, Strabone aliiſque peti poſſunt, ſed ex Poëtis addam, Indiam divitem ideo vulgo dici, uti apud Horatium:

—— *& divitis Indiae.*

Propertium:

Arma Deus Caeſar dites meditatur ad Indos,
Et freta gemmiferi findere claſſe maris.

Atqui expeditionem non meditabatur in Auream Cherſoneſum: & quid eſt mare gemmiferum, niſi id, quod aut Perſiam, Carmaniam, aut loca Ouparae noſtrae vicina alluit?

§. X. *Num aurum nuſpiam in India quam aurea Cherſoneſo proveniat.*

X. Miror itaque quoſdam ſcribere nullam aliam partem Indiae aurum gignere praeter eam: quod ſi verum ſit, vehementer erro. At contrarium certum eſſe puto. Omnia enim quae de auro Indiae a veteribus ſine diſcrimine narrantur, velle ad auream Cherſoneſum reſtringere (de qua & ipſa ejuſque

ſitu tanta eſt inter Criticos contentio, nec mirum) omni veri ſpecie deſtituitur, quia ſuo i. e. Hadriani Imperatoris tempore Arrianus *lib.* VIII. ſcribit paucos illas regiones deſcripſiſſe quae circa Gangem ſunt, nedum remotiores, & Megaſthenem, quem ille ut fidiſſimum ſequitur, exiguam tantum Indiae partem peragraſſe fatetur, & Strabo *lib.* 15. raros ad Gangem uſque perveniſſe, Indiam a paucis viſam, & ſi qui viderunt, partem ejus ſolummodo vidiſſe. An credibile eſt illos, qui Indis bella intulerunt ob auri & gemmarum copiam, qua abundare eos vere credebant, in animo habuiſſe pertingere uſque ad auream Cherſoneſum? Id mihi non perſuadebitur. Quid? quod expreſſe meminerint Veteres plurium locorum in India, ubi copia auri & argenti inveniebatur. Plinius *lib.* 6. *c.* 20. *Nareae deinde, quos claudit mons altiſſimus Indicorum Capitalia. Hujus incolae alio latere late auri & argenti metalla fodiunt, & cap.* 19. *Fertiliſſimi ſunt auri Dardae, Setae vero argenti. Sed omnium in India prope non modo in hoc tractu, potentiam claritatemque antecedunt Praſii, ampliſſima urbe, ditiſſimaque Palibotra.* Atqui ea urbs ad Gangem ſita non tam longo intervallo diſtat ab Ouppara, quin eo merces ſuas mittere potuerint Indi. Mox & elephantorum meminit, quorum IX millia regi eorum per omnes dies ſtipen-

ſtipendiantur, *unde*, ait, *conjectatio ingens opum eſt*. Et *lib.* 33. Gangem inter fluvios auriferos refert, additque: *nec ullum abſolutius aurum eſt, curſu ipſo trituque perpolitum.* Dionyſius autem Periegetes maximam auri copiam inveniri tradit in regione Gandaridarum, quos ad Gangem multi locant, alii ad Hypanin, & illic Hypanin & Megarſum fluvios aurum deferre, *v.* 1144.

Γανδαρίδαι ναίουσιν, ὅθι χρυσοῖο γενέθλην
Δαιδαλέην Ὕπανίς τε φέρει, θεῖός τε Μέγαρσος.

Gandaridae habitant, ubi auri originem
Pulchram Hypanis vehit & vaſtus Megarſus.

Strabo *lib.* XV. licet fluvios non nominet, ſcribit tamen tradi ab auctoribus in India ψήγματα χρυσοῦ καταφέρειν τοὺς ποταμοὺς, ὥσπερ τοὺς Ἰβηρικούς. *Fluvios auri ramenta deferre, uti in Hiſpania*: & Scholiaſtes Sophoclis in Antigone ad *v.* 1050. ſcribit eſſe τόπον τινὰ ἐν τῇ Ἰνδίᾳ χρυσοῦ ψήγματα ἔχοντα ὃν ἀνορύττουσι θηρία τινὰ μύρμηκες καλούμενα πτεροῖς χρώμενα ἀφ' ὧν οἱ Ἰνδοὶ μηχαναῖς τισι λαμβάνουσι τὸν χρυσόν. *Locum eſſe in India auri ramenta continentem, quem refodiunt formicae alatae, a quibus ope machinarum aurum Indi accipiunt*. De formicis illis etiam Strabo mentionem injicit loco cit. ex Megaſthene & Nearcho. Et

hinc forte Job. 22. 24. נחלים אופיר *fluvii Ophir*, sc. hi auriferi Indiae, memorantur. Mirum interim videri posset, quomodo veteres & Phasin & Tagum, & Gangem & alios fluvios auriferos fuisse scribant quum experientia id hodie non confirmet. Sed praeterquam quod illas auri venas effoetas esse longo temporis intervallo dicere quis posset, id a viris fide dignis accepi de Tago, & arenis Hispaniae quibusdam in locis, aurum revera adhuc nonnunquam inveniri, sed non omnibus notum esse, quae illa terra sit, vel quomodo aurum inde extrahi queat, nec tutum esse id scire aut profiteri.

§. XI. *Aurum circa Ouparam unde.*

XI. Quod si haec omnia contrahamus in summam, & Indiam uti patriam auri passim celebrari, & Gangem, Hypaninque qui Indo miscetur, & Megarsum Indiae fluvios aurum deferre, quod optimae notae est, quis non videt ad loca quoque maritima, uti Οὔπαρα &c. potuisse id vehi, & inde mutatis mercibus a nautis Hirami & Salomonis in Palaestinam? Non enim requiritur ut probemus in ipsa Oupara fuisse fodinas auri & argenti, sed sufficit in vicinia magnam copiam fuisse. Saepe enim in regione quadam maxime in emporiis maritimis, ubi frumentum, vinum, aurum &c. non proveniunt, tanta copia tamen inveniuntur, ut mercatura iis exerceri possit, & inde petantur ab aliis, cujus rei vel nostrum

ſtrum Belgium ſufficiens teſtis eſt. Quod ſi plura veterum ſcripta ſupereſſent; aut illi, quorum ſcripta ſuperſunt, diſtinctius & accuratius loca Indiae deſcripſiſſent, poſſemus forte clariora teſtimonia eruere. Sed, ut omnes fere norunt, adeo confuſe loquuntur Strabo, Plinius, Mela, Ptolomaeus, & alii Geographi, de urbibus & regionibus Indiae, ut conciliatio eorum hodieque crucem figat Philologis. Cum vero negari non poſſit loca Ouparae vicina, quae nunc ſub ditione Mogolis ſunt, auri & argenti fodinas habere (de quo vide Kircherum in China illuſtrata *p*. 80. & alios) non puto hac parte quenquam difficilem fore, ut illam regionem pro Ophir accipiat.

XII. Reſtat, ut videamus an & reliqua, quae praeter aurum & argentum ex Ophir advecta leguntur, ex Sophira noſtra peti potuerint. Sacer Codex memorat שנהבים, quod per *ebur* vulgo redditur: nec repugno. *India mittit ebur*, cecinit Virgilius; & Plinius, aliique, de India ſcribentes, maximam elephantum copiam ibi fuiſſe ſatis oſtendunt. Quamvis autem & in Africa inveniantur (& hae duae regiones uti patriae eboris paſſim memorantur, quare & Graecos inde ebur petere ſolitos ſcribit Pauſanias *lib*. v. *c*. 12.) *maximos tamen fert India*, teſte Plinio *lib*. VIII. *c*. XI. & *cap*. IX. *Indicum*

§. XII. *Elephantes circa Ouparam.*

Afri pavent: nam & major Indicis magnitudo est. Sunt & validiores Elephanti Indici, uti Polybius *lib.* 5. ſcribit Afros Elephantos καταπεπληγμένους τὸ μέγεθος καὶ τὴν δύναμιν *perculſos magnitudine & robore Indicorum*, & Diodorus Siculus loco cit. Unde, licet ex Africa potuerit, maluit tamen ebur ex India petere Sapientiſſimus Regum Salomo. Quodque in illa etiam Indiae regione, qua Οὔππαρα olim fuit, & nos Ophir collocamus, plurimi hodieque Elephanti inveniantur teſtantur omnes e noſtris, qui oculati teſtes fuerunt & in illis oris diu habitarunt. Quare ulteriori probatione res ea non indiget. Verum ἐν παρόδῳ non erit hic incongruum inquirere in nomen Elephantis Indicum, *Barro*, unde *barrus* pro Elephante, *barritus* pro ſono ejus, & ni fallor, *ebur* (quod licet dentes ejus notet, eodem, aut certe non multum diverſo ab ipſa bellua nomine dicitur, uti Graece ἔλεφας utrumque, & elephas & ebur) quandoquidem Cl. Bocharto aſſentiri vix poſſum, id a בעיר *Beir*, *Jumento* vel בער *Baar*, homine *ſtulto & bruto* (quod etymon minime convenit elephantibus, quorum ingenium celebratur) arceſſente. Ut enim alia praeteream, tutiſſime etymon nominis inde ducitur unde res ipſae ortae ſunt. Hinc ex India vocem repetit Iſidorus *orig. lib.* XII *c. apud Indos vo-*

ce

ce Barro vocatur, *unde & vox ejus barritus dicitur*. Ego autem, quum animadverterem linguam Indicam & Persicam saepe confundi a scriptoribus antiquis, in illam suspicionem incidi, an non forte & hoc nomen *Barro* ex sermone Persico posset deduci. Persis باروه *Barou* notat *castellum*, *propugnaculum*, *turrim*, *murum*. Quod nomen optime Elephantibus convenit, qui in bello turribus erant instructi (de quo multa vide collecta veterum testimonia in Eximio opere, Hierozoicon dico, Bocharti *lib*. II. *c*. 27.) & non tantum procul castellorum & turrium faciunt speciem, & offerentes moenium speciem, uti loquitur Curtius; sed quasi viva propugnacula & turres sunt, unde & in ludo Scachico nomen turris & Elephanti indifferenter isti belluae a Persis & nobis ipsis tribuitur. Basilius *turrim animatam* πύργον ἔμψυχον vocat, Indi ipsi *Nag* montem, uti & Aethiopes *nage*, Syri ܬܠ ܕܒܣܪܐ *collem carnis*, Plinius *l*. 8 *c*. 1. *molem*, & *gradientibus collibus* eos comparat. Sed haec in transitu.

XIII. Praeter ebur, ex Ophir petierunt קופים, *Simias*. Quas in India circa illa loca, ubi nos Ophir fuisse credimus, magna copia inveniri notissimum est ex veterum & recentiorum testimoniis. Cum illis & תכיים legun- §. XIII. *Simiae & Psittaci circa Ouperam.*

 tur

tur fuisse advecti, quos multi *pavones* putant, ego *Psittacos*. Eo enim nos dicit ipsa vox *Psittaci*, quae in India orta est, ubi ipsa avis invenitur. Admodum enim probabile est nomina animalium ex lingua illius regionis ducta esse, e qua ipsa animalia originem traxerunt. Psittaci autem ex India orti sunt. Quis dubitet? Ovidius:

Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis.

Ita Aelianus *de Anim. lib.* XIII. *c.* 18. Arrianus de *Exped. Alexandri.* Et alii, quorum testimonia non opus est hic referre. Et ipsum nomen ex vero ذدك *Tedac* deflexum est in Τέδακος, Τίδδακος, Σίττακος & hinc ψίττακος. Plinius *lib.* x. *c.* 42. psittacum ab Indis nominari *Sittacen* scribit. Et verum nomen ذدك, si ذ pronuncietur uti Anglis *th*, est *Setac*, quod addita terminatione fit *Setaces*, vel *Sittaces*. Sed cum T a TS non nisi puncto differat (ت & ث) hinc factum reor Σίττακον legisse quosdam pro Τίττακον. Eodem modo cum uno puncto (ب) legit hanc vocem Ctesias بدك *Bedac*, qui Βίττακον scribit. Arrianus autem & Aelianus Σίττακον, & hinc ψίττακος, Psittacus? quibusdam & Σίττας illa avis vocatur, teste Hesychio, demta ultima litera.

tera. At ſive jam a תך, geminata prima, vel addita ſimilis ſoni litera, fecerint alii تدرى, ſive ex *Tedac*, rejecta ob ſoni ſimilitudinem alterutra priorum literarum, natum ſit תך, certe eadem mihi vox videtur. Quod ſi quis *pavones* malit transferre, per me licet. Nam & pavones, teſte Aeliano *lib.* v. Indicae aves ſunt, quas Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἐν Ἰνδοῖς ἰδὼν ἐξεπλάγη *Alexander Macedo in India videns ſtupuit*, *cap.* XXI. & Ταὼς nomen Indicum ſive Perſicum eſt, طووس. Quicquid ſit, & pavones & Pſittaci maxima copia in regione, in qua Ophir noſtra collocatur, inveniuntur.

XIV. Sed & ligna quaedam ex Ophir advecta ſunt, dicta עצי אלמגים 1 *Reg.* 10: 11. (quae & in Libano creſcebant 2 *Chron.* 2: 8. ſi eadem ſint cum אלגומים) de quibus vix certo dici qualia fuerint, ideoque nec firmari ex iis nec labefactari poteſt noſtra ſententia. Naſci autem in India ligna pretioſiſſima certum eſt.

§. XIV. *Ligna & lapides pretioſi circa Ouparam.*

—— Sola India nigrum
Fert ebenum ——

canit Virgilius *Georg.* 2. nec aliae ſpecies deſunt, quae ad nos inde his temporibus adferuntur. Quod vero ad lapides pretioſos attinet, quos ex Ophir delatos narrant ſacrae literae,

 1 *Reg.*

1 *Reg.* 10: 11. quis nescit mare illud, quod inter Taprobanen & continentem Indiae est, & vicina nostrae Sophir loca, ipsumque Gangem eos abunde suppeditare? Quare patere arbitror, nostram opinionem, quae Ophir circa Ὄυπαρεν collocat, satisfacere primae conditioni, qua requirebatur, ut illa, quae ex Ophir Salomo afferri curavit, ostenderemus in hac regione inveniri. Quibus omnibus & hoc addatur, veteres scriptores, quum Indiam intra Gangem describunt (nam ulterioris vix aliquam notitiam habuerunt, ut ipse Arrianus *lib.* VIII. fatetur qui & Megasthenem & Nearchum, quos uti probatissimos scriptores sequitur, non magnam Indiae partem peragrasse scribit, imo paucos esse scriptores, qui τὰ μέχρι ποταμοῦ Γάγγεω, regiones circa Gangem, descripserint) illa fere ut palmaria narrare, quae de Ophir sacrae literae. Memorare enim solent copiam auri & argenti, elephantos, psittacos, simias, & lapides pretiosos. Dionysii descriptionem Indiae supra exhibui & Diodori Siculi. Adde hanc Curtii, eadem plane de India referentis quae sacer scriptor de Ophir, *lib.* VIII. *c.* 9. *Aves ad imitandum humanae vocis sonum dociles sunt* (en תכיים, *Psittacos*) *Animalia inusitata caeteris gentibus nisi invecta. Eadem terra & Rhinocerotas alit, non generat. Elephantorum* ma-

major est vis quam quos in Africa domitant & viribus magnitudo respondet (Ecce שנהבים, *ebur*) *Aurum* (זהב) *flumina vehunt, quae leni modicoque lapsu segnes aquas ducunt. Gemmas margaritasque* (en אבן יקרה *lapidem pretiosum* 1 *Reg.* 10:11.) *mare litoribus infundit...... Regia auratas columnas habet: totas eas vitis auro caelata percurrit: aviumque, quarum visu maxime gaudent argenteae effigies* (כסף) *opera distinguunt.* Lege praeterea quem statim citavi, Arrianum *lib.* VIII. de *Exped. Alexandri*, aliosque ubi de India agunt: sic ut vel omissis aliis rationibus hinc nasci debeat supicio non alibi quam in aliqua regione Indiae intra Gangem Ophir esse quaerendam.

XV. Tertium postulatum (nam de secundo nihil opus est dicere) erat, ne in terra nimis remota Ophir collocaretur, ad quam illo tempore vix tuto perveniri poterat. Et huic satisfacit situs nostrae Oupparae ad quam litora legendo pervenire potuerunt. Erat quoque illa regio non remota ab hominum cognitione aut plane invia: multoque probabilius est eo pertigisse classem Salomonis, quam usque ad Chersonesum Indiae extra Gangem, aut Sumatram insulam, vel Javam. Quod si enim eo usque toties ultro citroque ivisset Classis Salomonica, & Tyria, an credibile est Reges aut Tyri aut Judaeae nunquam postea eo

§. XV. Situs Oupparae satisfacit tertio postulato.

eo claſſem miſiſſe? Quod ſi miſerint, iſtae orae & inſulae magis notae forent ſcriptoribus Graecis & Romanis, qui adhuc tempore Tiberii conqueruntur, quum de India ſcribunt, tenebras ſibi offundi, pauciſſimos ibi fuiſſe, incerta fere eſſe omnia, & multa ejuſmodi. Et fatendum eſt plane eos caecutiiſſe in iis quae ultra Gangem inveniuntur. Rari enim ad Gangem uſque pervenerunt ex iis mercatoribus qui ex Arabico ſinu ſolverunt, ſcribit Strabo *init. lib.* xv. Unde colligere licet naves illas quae mercaturae faciendae gratia iter inſtituebant, in Indiam circa loca noſtrae Ouparae vicina ſubſtitiſſe, nec proceſſiſſe ulterius quod ſine dubio feciſſent, ſiquidem Tyrii ad auream Cherſoneſum olim pertigiſſent, & inde tantam auri vim detuliſſent: quod ignorare non poterant, ſi verum fuiſſet, quum fama tam celebris navigationis longe lateque debuerit diffundi. Videtur ergo noſtrae Upparae ſitus magis convenire cum ratione illorum temporum, quibus regiones ultra Gangem ignotas fuiſſe admodum eſt probabile.

§. XV. *Satisfacit & quarto.*

XV. Quartum poſtulabamus, ne Ophir in regione nimis vicina Palaeſtinae locaretur, ſed ea, quae triennii circiter ſpatium requireret ad eundum & redeundum. Hoc non videtur convenire noſtrae Ouparae, ad quam multo minori temporis ſpatio iter poteſt inſtitui. Sed multa hic obſervari poſſunt, quae

hoc

hoc iter retardant, quale eſt imperitia rei nauticae eo tempore, quo litora legebant, interdiu fere tantum navigabant, ad tempeſtates declinandas, quibus ſufferendis ea navigia paria non erant ut noſtra, ad portus confugiebant, ſaepe ad Eteſias, ἐτήσια πνεύματα (ἃ δὴ τοῦ θέρεος τὴν ὥρην πᾶσαν κατέχει ἐκ τοῦ πελάγεος ἐπιπνέοντα ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ταύτῃ ἄπορον τὸν πλοῦν ποιέοντα, *quae per totam aeſtatem ex mari in terram flant, & navigationem impediunt*, ut de hoc Indico mari ſcribit Arrianus *lib.* VIII. *de Exp. Alex.*) attendere debebant. Erant & alia, quae in mari Indico navigantibus moram objiciebant. *In mari* (ita loquitur Plinius de illo, quod Alexander transvectus eſt, circa Indi oſtia *lib.* IX. 3.) *belluae circa ſolſtitia maxime viſuntur: tunc illic ruunt turbines, tunc dejectae montium jugis procellae ab imo vertunt maria, pulſataſque ex profundo belluas cum fluctibus volvunt, & alias tanta thynnorum multitudine, ut magni Alexandri claſſis haud alio modo quam hoſtium acie obvia contrarium agmen adverſa fronte direxerit: aliter ſparſis non erat evadere.* Adde quod aliqua mora requireretur ad permutandas merces, reparandas naves, & in Sacris literis ſaepe partem anni pro integro poni. Quae omnia ſimul juncta abunde, ut puto, evincent, illud iter fere triennium poſtulaſſe.

V. DIS-

V.

DISSERTATIO

DE

DIIS CABIRIS.



V.

DISSERTATIO

DE

DIIS CABIRIS.

PRodiit nuper Eruditissimi Viri, *Tobiae Guthberleti*, dissertatio de Diis Cabiris, quam cum avide perlegissem, & de nonnullis, quae ad hoc argumentum spectant, per literas agerem cum Amplissimo Viro, *Gisberto Cupero*, in quo an eruditionem eximiam an humanitatem singularem magis mirari debeas, ambiguum est; quem nunc cura rei bellicae, ipsi patriae nostrae nomine mandata, a cultu Musarum ad Martis studium avocavit, transmisit mihi legendum de iisdem illis Diis tractatum Doctissimi Icti Veneti, *Joannis Antonii Astorii*, conscriptum ad Celeberrimum Virum, quem Roma eloquentiae Professorum, Eminentissimus Cardinalis *Josephus Re-*

§. I. *Occasio hujus Dissertationis.*

natus d'Imperiali Bibliothecae praefectum habet, communem amicum nostrum, *Justum Fontaninum.* Non potui tamen acquiescere in illorum Virorum etymologiis, quibus significationem vocis *Cabirorum* eruere conati sunt. Sed mihi se sponte quasi nonnullae novae obtulerunt, quas lectori exponam, ut quod velit eligat.

§. II. *Cabiri dicti* חברים *socii.*

II. Cogitanti itaque mihi de nomine Deorum Cabirorum, quos singulari ratione cultos fuisse in insula Samothracia veterum monumenta testantur, ante omnia inquirendum esse duxi, quot & qui illi Dii fuerint, ut exploratum mihi esset, an significatio nominis, quam darem, vere illis convenire posset. Quamvis autem hic in partes eant tum veteres tum recentiores, (e quibus insigne illud Scriptorum par modo laudatum, Astorium dico & Guthberletum, plurima collegit, quo lectorem remittimus) duas tamen magis receptas sententias deprehendi, quarum una solos Jovis filios, Castorem & Pollucem, Graeco Dioscororum, Διοσκόρων (ita scribendum monet Phrynichus, non Διοσκούρων) nomine celebratos Cabiros dictos fuisse censet, & se cum multorum Scriptorum bonae notae testimonio, tum fide antiquarum Inscriptionum tuetur, quibus hi duo fere & non alii Cabiri appellantur. Altera quatuor Cabiros statuit, mota aucto-

auctoritate Mnaseae; cujus verba nobis conservavit Eruditissimus Scholiastes Apollonii Rhodii ad *lib.* I. *Argon. v.* 917. Μυῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ τὰ ὀνόματα, Τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμόν. Ἀξίερος, ἀξιόκερσα, ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ. Ἀξιόκερσα δὲ, ἡ Περσεφόνη. Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἅδης. Ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος, ὁ Ἑρμῆς ἐστιν ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. *Initiantur autem in Samothrace Cabirorum sacris, quorum nomina Mnaseas recenset. Quatuor numero sunt. Axieros, Axiocersa, Axiocersos. Axieros quidem est Tellus sive Ceres. Axiocersa Proserpina. Axiocersus Pluto. Qui autem adjungitur quartus, Casmilus, qui Mercurius est, uti tradit Dionysodorus.* Ineditum Bibliothecae nostrae publicae Etymologicon Magnum, ex hoc loco Scholiorum Apollonii sua hausisse videtur, quae habet de Cabiris, sed quartum eundem nomine cum tertio facit, omisso Cadmilo. Κάβειροι, scribit, ὄνομα θεῶν· καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν τέσσαρα τὸν ἀριθμόν. Ἀξίερος ἀξιόκερσα, ἀξιόκερσος, ἀξιόκερσος. Locum integrum non exscripsit. Hinc ut numerum quaternarium inveniat, bis eundem nominavit. Ut & illis, qui duos, & his qui quatuor, Cabiros admittunt, satisfiat, puto convenire etymon ex voce Hebraea (nam & Herodotus *lib.* II.

N 2 notavit,

notavit, ἱερὸν λόγον, *ſacrum ſermonem*, & Diodorus Siculus *lib.* v. παλαιὰν ἰδίαν διάλεκτον, *veterem & propriam linguam* in Sacris Samothracicis eſſe uſitatam) חבר Καβὰρ *conjunxit, ſociavit*, unde חבירים Κάβειροι, *Socii, juncti*, litera Hebraea ח per K reddita, ut in κάβηλος a חבל, φασεκ a פסח πατaικοι a פתוחים & multis aliis. Sic ut meo judicio Dii Cabiri, idem ſonet, quod *Dii Socii*, vel *Conjuncti*.

§. III. *Quare Caſtor & Pollux ſocii ſive Cabiri appellentur.*

III. Quam apte hoc etymon conveniat Caſtori & Polluci, vel me tacente, unuſquiſque facile videt. Quid enim ſibi aliud vult, quod a Veteribus *Gemini*, Δίδυμοι, *Fratres*, *Socialia Sidera*, & multis ſimilibus nominibus appellentur, quae idem notant quod חבירים *Juncti*, *Socii*. Magi ipſi illos Δεύας dixerunt, auctore Heſychio, id eſt, *Duos*, *Geminos*, nam دو *Dou* Perſis id notat. Et quis neſcit, hos Deos nequaquam Σωτῆρας & fauſtos fuiſſe, niſi *Junctos*? Si enim unus ſine alio conſpiceretur, ſalutaris non erat.

§. IV. *Num illi ſoli Cabiri dicti fuerint.*

IV. Concedet forſan aliquis, hoc etymon Geminis ſc. Caſtori & Polluci ſatis bene convenire, verum negabit id commode quatuor illis a Mnaſea recenſitis tribui poſſe. Quod mihi difficultatem non pareret, ſiquidem illam ſententiam, quae ſolos Geminos fuiſſe Cabi-

Cabiros tuetur, amplecti constituissem. Sed, ut verum fatear, existimo Samothraces non solis Dioscoris nomen Cabirorum tribuisse, sed & quatuor illis, ex Scholiasta Apollonii mox adductis. Quo me movet, ut alia transeam, quod Ceres etiam a Pausania Καβειρεία appelletur, cujus, ut & Proserpinae, templum Thebis esse scribit *lib.* IX. *c.* 25. & conjungit Cabiros cum Cerere, se taciturum dicens quomodo αὐτοῖς καὶ τῇ μητρὶ sacra fiant. Quo etiam pertinere videtur illud Ovidii de arte amandi *lib.* 2.

Quis Cereris ritus audet vulgare profanis,
Magnaque Threicia Sacra reperta Samo?

Quamvis enim ex conjunctione Cereris cum Cabiris non possit ostendi eam in numero Cabirorum fuisse, non magis quam Jovem & Apollinem, quibus junctim cum Cabiris vota fecisse Pelasgos tradit Dionysius Halicarnassaeus *antiq. Rom. l.* 1. *c.* 3. quia tamen a Pausania expresse *Cabira* dicitur, hinc ab Ovidio quoque eam uti Cabiram innui existimo. Quamobrem & mihi ratio danda est, cur reliqui quatuor Cabiri *Socii* dicti sint.

V. Socii appellantur Ceres, sive Terra Mater, Proserpina, Pluto & Mercurius, non quatenus Dii sunt, aut magni & Potentes, ita enim plures essent, sed quia hi quatuor sunt θεοὶ χθόνιοι, i. e. *Dii inferi*, qui in mortuorum

§. V. *Ceres, Proserpina, Pluto & Mercurius etiam Cabiri dicti, sive* Socii,

vel Dii inferorum קבירין *& quare.*

tuorum cura communes operas jungunt, & Collegium aliquod separatum constituunt. Unde & aliquando conjeci illos Deos קבירים *Kebirim*, *sepultorum* dictos, quod his quidem quatuor optime convenit, sed Castori & Polluci non item. Antequam vero missam faciam conjecturam illam, qua Cabiros quasi *inferorum* sive *sepultorum* קבירין Deos dictos esse suspicatus sum, hoc ad illam firmandam addo: non videri dubium hanc etymologiam omnibus aliis praeferendam, si constet proprie illos quatuor quos Mnaseas recensuit, Cabiros fuisse, & non nisi diu postea Castorem & Pollucem Cabiros dictos esse. Nam & aptissime hoc etymon exprimit id, quod quatuor his numinibus proprium est, quod Dii Χθόνιοι, sive inferi sint, & nulla alia ratio dari potest cur hi quatuor, & non alii, conjungantur, nisi quod ad eos cura mortuorum pertineat. Non fuisse autem Castorem & Pollucem veros & antiquos Cabiros Samothracicos patet ex illorum aetate, quae recentior est, & ex eo quod ipsi Diis Cabiris in Samothrace sacra fecerint. Ergo ipsi non fuerunt Samothracici illi Cabiri. Quod si quis etymon Cabirorum tale, quod commune esse potest quatuor illis Diis Inferis, & duobus Dioscoris habere vult, meo Judicio aptius non inveniet quam חבירים, *Socii*, *Juncti*.

V. Dis-

VI. Disquiramus nunc de singulis, qua ratione cura mortuorum ad eos pertinuerit. Prima Ceres est, Δημήτηρ, Terra mater, quae omnes mortuos excipit & in sinu suo recondit, quare *Athenienses appellarunt mortuos Cereales*, τοὺς νεκροὺς Ἀθηναῖοι Δημητρείους ὠνόμαζον, uti testatur Plutarchus in *lib. de facie in orbe Lunae* : & Tellus Dea χθονία dicitur ab Æschylo *in Persis*, loco mox citando, & Templum Cereris χθονίας memorat Pausanias in Corinthiacis, addens χθονία δ' οὖν ἡ θεός τε αὕτη καλεῖται καὶ χθόνια ἑορτὴν κατὰ ἔτος ἄγουσι ὥρα θέρους, *Chthonia ipsa Dea appellatur, & festum annuum aestate in honorem ejus celebrant, dictum Chthonia.* Meminit & Cereris χθονίας Apollonius in Argon. *l.* IV. *v.*986.

§.VI. *Quatuor illi Dii sunt* χθόνιοι *sive inferi: quod probatur.*

—— οἱ δὲ ἑ Δηοῦς

Κλείουσι χθονίης καλαμήτομον ἔμμεναι ἅρπην.

—— *illi vero Cereris*

Chthoniae dicunt esse messoriam falcem.

Sequitur filia ejus Proserpina, regina Erebi & Stygia Juno,

—— *& damnatura nocentes*

Et requiem latura piis ——

ut Claudianus canit, cum marito, qui tertius est, Plutone, qui & ipse θεὸς χθόνιος dictus Eurip. in Alcestide *vers.* 237. qui ambo inferni tenent imperium, & quibus cum mortuis rem esse perpetuo nemo dubitat. Junguntur hi tres apud

Virgilium, Ceres, Proserpina & Pluto, quibus Aeneas ut Diis inferis sacra facit, *Aeneid. lib.* VI. *v.* 249.

> —— *ipse atri velleris agnam*
> *Aeneas matri Eumenidum, magnaeque sorori,*
> *Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam.*
> *Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras.*

His tribus adjicitur Mercurius, Deorum famulus. Et ita jungitur ut προσθέμενος, *adjectus*, Cabirus tamen & ipse, quippe qui viam facit sepultis ad inferos. Quo facit elegans lapis antiquus, exhibens aedificium, cujus portam aperit caduceatus Mercurius, & ne quis dubitet, quae ea sit, inscriptio praefixa habet, ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ ΘΕΟΙΣ, *Diis Inferis.* Ideo appellatur a Claudiano, *de raptu Proserp.*

> —— *commune profundis*
> *Et superis numen, qui fas per limen utrumque*
> *Solus habet, geminoque facit commercia mundo.*

Mercurius ducere & reducere solet animas, scribit Petronius in *Satyrico*, & Homerus

> —— ψυχὰς κατάγει δ' ἀΐδός δε.

Quare & Mercurius Plutoni & Telluri (eodem modo uti alias nomine Cabirorum) adjungitur ab Aeschylo *in Persis*, ubi Chorus animam Darii evocat *pag.* 155. ed. Steph.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ χθόνιοι δαίμονες ἁγνοὶ
Γῆ τε καὶ Ἑρμᾶ βασιλεῦ τ' ἐνέρων
Πέμψατ' ἔνερθεν ψυχὰν ἐς φάος.
Sed o Dii infernales puri
Tellus, Mercuri, & Rex inferorum,
Remittite animam in lucem.

Scholiaſtes ibi notat hos tres καταχθονίους θεοὺς eſſe πομποὺς τῶν φθιμένων, *qui mortuos emittunt*, τοὺς θεοὺς τοὺς κάτω, τοὺς πέμποντας ἄνω τοὺς νεκρούς. Eodem ſenſu Sophocli in *Oed. Colon. v.* 1617.

Ἑρμῆς ὁ Πομπὸς, ἥ τε νερτέρα θεός.

Ubi & Mercurius & Proſerpina junguntur. Cicero etiam *lib.* III. de natura Deorum unum Mercurium recenſet, *qui ſub terris habetur.* Et Plutarchus in *libro de facie in orbe Lunae* Mercurium appellat *Proſerpinae* συνοικὸν, *contubernalem.* Horatius Orci *Satellitem.* Ex quibus clariſſime liquet, cur hi quatuor, quemadmodum χθόνιοι & καταχθόνιοι θεοὶ, myſtico etiam nomine Cabirorum, quaſi infernalium, conjungantur, & cur hos Samothraces praecipue hoc nomine appellaverint. Atque ita videbar mihi aſſecutus rationem, ob quam illi tres *Cabiri* appellarentur a Samothracibus, & quomodo haeſitanter Mercurius iis adjectus ſit, & ab aliis omittatur.

§. VII. *Quare sacra horum Cabirorum nocturna.*

VII. Dari quoque potest ex hac explicatione ratio cur nocte haec Sacra Cabirorum fuerint peracta. De Dioscoris enim certum est, non nisi noctu illos profuisse navigantibus, & quod ad quatuor illos alios attinet, sunt hi, modo recensiti, Numina tenebrarum. Mors ipsa quid nisi nox est? Et atra nocte nos tegit *Tellus*. Quin ipsa Tellus, sive Ceres *μέλαινα nigra* dicta, quod ob luctum Proserpinae in loco subterraneo, quem Pythia Δηῦς κρυπτήριον ἄντρον diserte appellat, diu latuerit, teste Pausania *lib.* VIII. *cap.* 42. *Proserpina*, *Noctis hera* audit Valerio Flacco *l.* 7. & *ἀφανὴς θεὸς* Sophocli in Oed. Colon. *v.* 1627. *Pluto ἄναξ ἐννυχίων*, i.e. *τῶν ἐν νυκτὶ ἀεὶ καὶ σκότῳ διατελούντων, τεθνηκότων. Rex illorum qui in tenebris degunt*, i.e. *mortuorum.* Plutonem ita alloquitur ex persona Lachesis Claudianus de rapt. Pros.

—— o maxime noctis
Arbiter, umbrarumque potens ——

Et ita Pallas.

Nocte tua contentus abi, quid viva sepultis
Admisces?

Quamvis in campis Elysiis Sole non careant, uti Proserpinam Pluto consolaturus ait:

Amissum ne crede diem, sunt altera nobis
Sidera. Sunt orbes alii: lumenque videbis
Purius, Elysiumque magis mirabere Solem.

Et

Et Virgilius *Æneid.* VI. *v.* 638.

Devenere locos laetos & amoena vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.
Largior hic campos aether & lumine vestit
Purpureo, solemque suum, sua sidera, norunt.

Mercurius quoque, ne quid desit quod nocturna horum Cabirorum sacra esse suadeat, dicitur

Νυκτὸς ὀπωπητὴρ ——

In *Hymn. ad Merc.* qui vulgo Homero adscribitur, & ad noctem aeternam viam facit & somniis praeest, uti notum.

§. VIII. *Confertur vulgata etymologia Cabirorum cum alia,* גבירים *quae eos quasi Deos* Potes *dictos putat.*

VIII. Quod si nec hae conjecturae Tibi probentur, mallem, prae communi a כביר *Cabir, magnus*, ducta, aliam etymologiam quae nec ipsa veri specie destituitur & Καβείρους dictos censet quasi *potentes* גבירים, a גבר *potens fuit*, unde גבורה *potentia*, גבור, *fortis*, *Gigas*, quod & de Deo usurpatum invenies, גבירה *Regina*, &c. Quae derivata ideo appono ut liquido appareat vera notio radicis, quae est potentem esse. גביר exprimitur recte per Καβειρος, ג per K, uti גמל Κάμηλος & multa talia, & Scheva per α, uti שלמה, שמואל, Σαμουὴλ, Σαλομών. Quid vetat itaque, quo minus Καβειρος exprimat גביר *potentem*, nomine formato ex part. Pehil, & *Dominum*, (Κύριον) uti transtulerunt οἱ ό, & τὸν κράτος ἔχοντα, ארון וראש, *Dominum*, &

& Caput, uti Kimchi *in lib.radicum*, quod idem ſonat ac בעל *Baal* , *Belus* antiquiſſimum Deorum nomen , & *Marnas* , Gazenſium Deus ܡܪܢ quod *Maran* exprimitur in notiſſima voce Μαρανάθα. Quo & hoc facit, quod Cabiri Samothracum a Varrone non *Magni* tantum ſed & *Potes* appellentur. Haec ejus verba ſunt *lib.* IV. *de Ling.L. Hi quos augurum libri ſcriptos habent ſic DIVI POTES, & ſunt pro illis qui in Samothrace* ΘΕΟΙ ΔΥΝΑΤΟΙ. *Caſſius Hemina dixit* (apud *Macrob.* III.4.) *Samothracas Deos* , *eoſdemque Romanorum penates proprie dici* θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χρηστοὺς , θεοὺς δυνατούς. Quo Macrobius refert illud Virgilii de Junone,

—— *Dominamque potentem.*

Unde & Curetes Orpheo in hymnis ἐνδύνατοι. Praeferrem itaque, ſi optio daretur , hanc etymologiam a גבירים *potentibus* ductam, communi opinioni quae a כבירים *magnis* eos derivat. Nec deſunt aliae rationes, uti quod כבר, radix vocis כביר , proprie notet *multum eſſe* , *multiplicari* , & derivata, כביר & alia, multitudinem potius quam magnitudinem indicent. Id patebit conferenti loca Sacri Codicis. Quod ne a me fingi credas, uti hypotheſi meae ſerviam , en tibi ex Lexico Santis Pagnini Judicium Merceri ex Hebraeis petitum , אביר *proprie*

rie ad robur corporis pertinet, הדר *ad quali-
tatem & habitum,* אדיר *ad quantitatem,* כביר
vero, quod & כאביר, *proprie ad multitudi-
nem & copiam.* Ita & Cl. Gouſſetus in nuperrime edito Lexico ratiocinatur, ex collatione variorum locorum Sacri Codicis inter ſe concludens. *Cum videam ipſum verbum* הכביר *inſervire multiplicationi indicandae & derivatum* כביר *ſonare multitudinem in aliquot claris exemplis, ut Job.* 15: 10. *de annis ſenum & Job.* 31: 25. *de opibus divitum. Imo Eſ.* 16: 14. *negationem ejus adhiberi ad exponendum* מזער *de populo ad paucitatem redacto, item Eſ.* 10: 13. *de magno numero habitatorum & Eſ.* 17: 12. & 28. 2. *de aquis abundantibus, ideo & ad multitudinem abundantiamque reduco alia loca, quae id patiuntur commode. Job.* 8: 2. *Job.* 34: 17. 36. 5: 34. 24. Aliud derivatum כברה, *cribrum*, quod farinam multiplicare videatur in aere, hanc notionem etiam firmat. Sic & Raſchi ad *Job.* 8. 2. כביר proprie ait eſſe לשון רוב *notionem multitudinis*: licet non ignorem alios conjungere notionem magnitudinis, (ex uſu Linguae Arabicae eam, ut videtur, addentes) ſed in S. S. nil occurrit quod nos eo devenire cogat.) כבר enim omnia Lexica per *multiplicare* reddunt. Et כביר ubique per *multum* tranferri poteſt. Vide de eo Cl. Bootium in *Anim. Sacr. l.* 3. *c.* 2.

c. 2. ubi oſtendit vocem כביר nunquam ſignificare *fortem*, ſed *copioſum*. Fateor apud Arabes كبير καβείρ ſignificare *magnum*, ſed ad Arabicum ſermonem confugere non opus eſt, ubi Hebraeus vocem ipſam גביר Καβείρ habet ſenſu ad minimum aeque commodo, ac fundit vox Arabica. Cur rivos petimus, quum fons nobis pateat? Cur a filia poſcimus, quod mater ipſa nobis ſubminiſtrat? Ego certe nullam hic neceſſitatem video: atque ita occaſio reprehenſionis praeciditur hominibus quibuſdam μισοχέραψι, qui aegre ferunt voces Hebraeas, Phoeniciaſve ex Arabica (quam nudius tertius natam credunt, ego filiam Hebraeae matre ſua locupletiorem hoc tempore exiſtimo) explicari. Hic utique nil me cogit. Dixerit Varro Cabiros eſſe Deos Magnos, dixit etiam *potes* & Δυνατοὺς. Nec ullus veterum, quod ſciam, ſcripſit, Cabiros inde ita dictos eſſe, quod eſſent magni. Ego etiam illos Deos magnos eſſe dico, nego tamen Cabiros ideo dictos a כבירים quaſi *magnos*: quod nomen multis aliis Diis, qui Magni appellantur, commune fuiſſet, & non datum aut Dioſcoris, aut Cereri, Proſerpinae, Plutoni, & famulo Deorum Mercurio, excluſis reliquis.

VI. DIS-

VI.

DISSERTATIO
DE
VETERI LINGUA INDICA.



VI.

DISSERTATIO

DE

VETERI LINGUA INDICA.

I. Btulerunt se mihi in lectione scriptorum veterum & Lexicographorum λείψανα quaedam veteris linguae Indicae, quibus licet ab aliis plura addi posse non dubitem, qui in monumentis antiquorum magis versati sunt, ea tamen, quae ipse adnotavi, cum conjecturis meis, lectorum oculis subjiciam. In quibus pleraque ex lingua Persica luculenter illustrari posse deprehendi, quod me in illa opinione firmat, minus cognitam veteribus Indiam fuisse, & ut legentium audientiumque animos magis per

§. 1. Vetus lingua Indica cum Persica confusa.

O celle-

cellerent, multa Indis tribuisse quae nonnisi Persis tribui debebant: quod maxime clarum est in iis vocabulis Indicis quae ex Ctesia proferemus, & adeo manifesto Persica sunt, ut negari non possit. En illarum vocum seriem, ordine Alphabetico digestam.

ANANCES.

Ananees. Avis Indica, sturno similis. *Hesychius.* Ἀνάγκης, ὄρνεόν τι Ἰνδικὸν ὅμοιον ψάρῳ. Puto scribendum, Ἀναύκης, & ex literarum γ & υ affinitate factum τὸ ἀνάγκης. انوق *Anouc*, enim nomen avis est apud Persas, quae corvo similis dicitur & inter aves rapaces solet recenseri. Vide quae in Lexico Arabico Golius habet ad hanc vocem. Corvos autem & sturnos ejusdem esse generis aves veteres Hebraei in Talmude & alibi jam observarunt, quorum testimonia collegit vir consummatae eruditionis S. Bochartus in Hieroz. *p.* 2. *l.* 2. *c.* 23. unde per Gematriam עורב למינו *corvum juxta speciem suam*, eundem numerum efficere, sc. 414, cum זרזיר *sturno*, Baal Hatturim notavit. Quare eandem hanc avem *Anouc*, quae corvo similis est, innuere voluisse Hesychium reor, quum Ἀναύκην describit avem sturno similem. Nam sive eam

eam ſturno ſive corvo ſimilem dixerit, res eodem redit. At unde أنوق *Anouc* dictus eſt? ab adunco roſtro, ni fallor, ſiquidem اوق *Onac* in lingua Malaïca quidvis *aduncum* notat, & ſono quoque cum *uncus* convenit. In Perſico aut Arabico ſermone nihil invenio, quod magis probem.

BALLADE.

II. *Utilis*. Ita Cteſias ſcribit in Indicis. Voces autem, quas ille pro Indicis habet, revera Perſicae ſunt, uti ſtatim a nobis jam obſervatum fuit. Fuit, illo auctore, βαλλάδη nomen fontis, cujus aquae ſcabiei medentur, atque ideo fons iſte βαλλάδη dictus eſt, quod convenit cum Graeco ὠφελίμη, *utilis*, κρήνη, πηγή. Forte vox illa βαλλάδ, nam η terminatio tantum faeminina eſt, non eſt alia quam بلاد *Balâd*, quae Perſis rem *laudatam* notat: quod enim utile eſt meretur laudari. Atque ita Cteſiae interpretatio non multum recedet ab ea, quam hodie Perſae dare poſſent. §. II. *Ballade.*

BARRO.

III. *Elephas* Indis ita dicitur, teſte Iſidoro. Verum de hac voce jam egimus ſupra, *p*. 183. §. III. *Barro.*

BERBERI.

§. IV. *Berberi.*

IV. Ita Indi appellant concham in qua margarita naſcitur. Athenaeus ex Androſthene quaedam oſtrea inveniri circa regiones Indiae ſcribit, at unum genus ſingulare eſſe ὃ καλοῦσιν ἐκεῖνοι Βέρβερι, ἐξ οὗ ἡ μαργαρίτις λίθος. Indica, ut notum, ſaepe cum Perſicis confuderunt veteres, & quum ſolum natale margaritarum Perſia magis quam India cenſeri debet, ſuſpicatus ſum vocem Berberi, non eſſe aliam quam Perſicam مروريد *Merwarid*, M & V in B mutato, quod ſaepiſſime fieri notum. Fateor, *Merwarid* ipſam unionem in concha latentem, non concham, proprie notat, at non ita ſollicite videntur hoc primi illi diſtinxiſſe, qui Perſas rogabant, quomodo talis concha appellatur, & reſponſum tulerunt, *Merwarid*: recte quidem, uti continens pro contento uſurpari ſolet.

BYSSUS.

§. V. *Byſſus.*

V. Genus lini Indici quod ita appellatur, teſte Polluce *l.* 7. *Onomaſt.* Ἡ Βύσσος λίνου τι εἶδος παρ' Ἰνδοῖς. Philoſtratus byſſum ait eſſe linum, quod Indi ex arboribus legunt. Eſt Perſicum & Arabicum بز *Baz*, *linum*, (quod

(quod forte ab Hebraeo בר ductum eſt) uti & Interpretes Alexandrini transferunt אפוד בר per στολὴν βυσσίνην, 1 *Chron.* 15: 27. unde Chaldaeum בוץ. Lineis veſtibus potiſſimum Indi utebantur, unde & nomen *Sindonis*, nam *Sind* regio Indiae eſt, hodieque adhuc ita dicta.

C A L E.

VI. Sermone Indico idem eſt, quod *Salve*. Plutarchus in *Alexandro*. Ἐκαλεῖτο δὲ Σφίνης. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἰνδικὴν γλῶτταν τῷ Καλὲ προσαγορεύων ἀντὶ τοῦ χαίρειν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἠσπάζετο, Καλανὸς ὑπὸ τῶν ἑλλήνων ὠνομάσθη. *Appellabatur is Sphines, ſed quod Indica lingua utens Cale pro Salve ad obvios diceret, Calanus dictus eſt.* §. VI. *Cale.*

C A L Y S T R I I.

VII. Ita Indis appellari eos, qui caput canino ſimile habeant, Cteſias refert in Indicis. Καλοῦνται, inquit, ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν Καλύστριοι, ὅπερ ἐστὶν Ἑλληνιστὶ Κυνοκέφαλοι. Quum vero ex aliis vocibus, quas pro Indicis nobis obtrudit is auctor, videamus multas earum Perſicas eſſe, de hac quoque nos idem ſuſpicari nullus mirabitur. Videtur vox Perſica ſcribi potuiſſe کله شکاري *Calla Schikari*, §. VII. *Calyſtrii.*

id eſt, *caput caninum*, unde contracte Καλίσκαροι ſcripſit Cteſias, & per incuriam librariorum, quorum in nominibus barbaris negligentia notiſſima & errores vulgatiſſimi ſunt, Καλύστριοι factum eſt. Sic quidem conjicere quis poſſet, at nil affirmo: nam شكاري non ſimpliciter *Canem*, ſed *venaticum* notat, a شكردن *venari* ducta voce? Vel an forte illorum hominum capita cum canum venaticorum capitibus convenerunt? كله proprie de vertice capitis dicitur.

CANCALON.

§. VIII. *Cancalon.* VIII. Κάγκαλον, παρ' Ἰνδοῖς ξύλου δάκρυον καὶ θυμιάμα, Heſychius. Perſis كنكر Κάγκαρον eſt herba quaedam ſpinoſa, unde reſina maſtiches inſtar paratur, quae كنكرزد dicitur. Nulla eſt neceſſaria mutatio quam liquidae ρ in λ, quae uſitatiſſima eſt.

CARCASON.

§. IX. *Carcaſon.* IX. Nomen Indicum animalis. *Aelian. Hiſtor. lib.* 16. *c.* 20. Λέγεται δὲ καὶ ζῶον ἐν τούτοις εἶναι μονόκερων καὶ ἀπ' αὐτῶν ὀνομάζεσθαι καρκάζωνον. *Dicitur & inter eos animal eſſe unicorne, & ab iis (Indis) appellari carcaſonon.* Ita legit Bochartus pro καρτάζωνον. Idem

dem deprehendit in *Hierozoic. lib.* III. *c.* 26. esse vocem حرشن *Charsan*, quod nomen asini Indici est, quem vide.

CARPION.

§. X. *Carpion.*

X. Nomen arboris Indicum, id est, ut opinor, *Persicum*, auctore Ctesia, qui Persica plurima pro Indicis habet. Arbor est procera instar cedri, folia habens latiora palmae foliis, fructum nullum ferens, ex qua olei guttae distillant, quarum odor ad intervallum quinque stadiorum percipitur. Quaenam ea sit affirmare non audeo. Nec enim Ctesias in omnibus meretur fidem. Ipse Arrianus Ctesiae testimonium laudans *lib.* 5. de Expeditione Alexandri, addit εἰ δὴ τῷ ἱκανὸς καὶ Κτησίας ἐς τεκμηριῶσαι, & Plutarchus in Artaxerxe, *pag.* 1014. crebro ei accidere ait quod a veritate ad vana & fabulosa πρὸς τὸ μυθῶδες καὶ δραματικὸν excurrat, & 1012. quod colluviem absurdarum fabularum suis libris infarserit. Suspicor tamen cinnamomum, cujus odor notissimus est & celeberrimus, innui. Nam ea arbor قرفه *Kirpha* (a quo κάρπιον non multum recedit) appellatur a Persis. Ipsi Ceylonenses mediterranei, qui lingua Singalaea utuntur *Koredhu* vocant, quod in Kirfa & Karpion abiisse mihi persuadeo. Elegans est

 con-

convenientia inter vocem Κάρφεα, quae *Cortices* notat, & hanc vocem Kirfa vel κάρπιον. Κάρφεα autem Cinnamomum appellat Herodotus *lib.* III. ſcribens ταῦτα τὰ κάρφεα ἃ ἡμεῖς Κιννάμωμον καλέομεν. Ita fere & nos Cinnamomum *Caneel* dicimus a forma canalis, qua cortices iſti nobis mittuntur. (quamvis Eruditiſſ. Bogdanus in not. ad Simeonem Sethi *de virtute alim. pag.* 163. nos Caſiam veterum Cinnamomum hodie appellare contendat.) Ipſa vox cinnamomi ex קנה Canna, & amomum conflata eſt: & credibile eſt vocem *Kurdu* vel Kirfa in Carpion a Graecis flexam eſſe, ut cum κάρφεα conveniret & magis Graeca videretur uti Pardes in παράδεισος, Jeruſalem in Ἱεροσόλυμα, &c.

CITRIUM.

§. XI. *Citrium.* XII. Nomen mali Indici. Heſychius. Κιτρίον, τὸ Ἰνδικὸν μῆλον. At non Indicum ſed Medicum erat illud quod Citreum dicitur ſive Perſicum. *Citreum & ipſum Perſicum malum eſt*, ſcribit Macrobius Saturn. *lib.* III. probatque ex Oppio in lib. de Sylveſtr. arboribus. Ideo Cl. Salmaſius in Exerc. Plin. *pag.* 666. in Heſychii textu ſubſtituit pro Ἰνδικὸν, τὸ Μηδικὸν. Quod quidem magis convenit cum rei veritate, ſed ſcripſiſſe tamen Heſychium Ἰνδικὸν puto, quia ſaepe Perſica pro In-

Indicis habet, uti videre eſt in Μαὶ, &c. Vide omnino quae ibi de malis Citreis collegit vir illuſtris. At unde nomen *Citrei*? Forte ex Perſico زرد *Zerd*, flavus, color *citrinus*. Hinc pomum ſive malum *Zerd*, erit malum flavum, qui color eſt citrei. Ex *Zerd*, tranſpoſitis R & D factum eſt *ceder* & ſic *citreum*. Hodieque malum Armeniacum vilius زرد آلو *Zerdalou* ab eadem voce appellant. Obſtat tamen huic etymologiae, quod vox *Citreum* a Perſis ad Graecos primum & dein ab iis ad Latinos manarit, & quod Graeci per κ, κίτριον ſcribant, quod non videtur ex زرد *Zerd* factum, quia alius ſonus eſt ز Z, ſibilum nempe, alius K Graeci. Et licet nos hodie Citreum pronunciemus cum ſibilo, veteres tamen Latini id pronunciarunt uti Κίτρεον. Sed puto veteres illam vocem *Zerd*, confudiſſe cum voce, κίτριον, uti rem ipſam confuderunt, (quod conſtat) & quia easdem eſſe arbores crediderunt, nomen Perſicum زرد *Zerd* flexerunt ita ut conveniret cum κίτριον. Nam κίτριον & Citrus Africana alia arbor eſt & longe diverſa ab Citro Perſica. Vide Scaligerum in notis ad Feſtum voc. *Citroſa*, Salmaſium *l. c.* Dicunt

etiam Citreum Arabes متكى *Mitcon*, quod adeo accedit ad malum *Medicum*, ut hoc ex illo vel illud ex hoc natum credam. Nomen malorum *Aurantiorum* ſimiliter ex Perſico نارنج *Narans*, quod *malum* Aurantium Perſice notat, ductum eſt. Hinc Itali dicunt *Nerancio*, Hiſpani, *naranjas*, Graeci hodierni νεράντζιον, propius nomen Perſicum exprimentes. Quidam Latini *inarantia*, *inaurantia*, & ut magis ad *aurum* accederet, quum viderent ea aurei coloris eſſe, *aurantia* & *aurea mala* dicere coeperunt. Quum potius nominis etymon ex illius regionis ſermone, unde res ipſae deductae ſunt, peti deberet. Parem errant errorem, qui mala limonia, citreorum ſpeciem, a Gr. λειμὼν *pratum* ducunt. Eſt enim nomen eorum Perſis & Malaeis hodieque uſitatum ليمون *Limon*.

CONDY.

§. XII. *Condy.* XII. Genus vaſis, ſeu paterae, qua vinum libabant Perſae. Menander in Adulatore vas eſſe Aſiaticum ſcribit. Moſchopulus περὶ σχεδῶν generatim ait eſſe εἶδος ποτηρίου *pag.* 63. Heſychius. Κόνδυ ποτήριον Βαρβαρικὸν, Κύμβιον. Nicomachus vero citatus Athenaeo *lib.* XI. *cap.* 8, ait Κόνδυ eſſe Περσικόν.

Me-

Meminit etiam poculi *Condy* Hieronymus in *quaest. Hebr. in Genes. pag.* 168. Vox کندو *Condou* hodie *saccum frumentarium* notat. Nec affines voces aliquid habent, quod tali paterae, qualem Condy nobis describunt veteres, significandae adaptari commode queat. Fortasse est *Indicum*; Indos enim & Persas saepe confundebant veteres. کندی *Kindi-kindi* notat cantharum, quem Galli un gorgolet appellant, in sermone Malaeorum, qui ita fictilia illa Siamitica pocula nominant, nam repetitionem omittebant Graeci: quod liquet in voce *Myrranes*, & *Samma* pro *Mirmirân* & *Samasma*. Nisi quis eam vocem corruptam velit credere ex قدح *Cadah*, quod *poculum majus e quo vinum bibitur*, notat, inserto *Nun*, *Candah*. Sane alia nomina non desunt, quae Graecorum corruptione magis a vera sua origine abeunt, quam Condy a Cadah.

DEUNUS.

XIII. Δεῦνον Indi Regem dicunt, teste Juba, unde Cl. Maussacus in Dissert. Critica suffixa Harpocrationi *p.* 321. compositum censet Δευνυσον, i. e. Διόνυσον, quasi *Regem Nyssae*, quod & Phavorino observatum video, qui similiter, κατὰ γὰρ τῶν Ἰνδῶν φωνὴν δεῦνος ὁ βα- §. XIII. *Deunus.*

βασιλεύς. A quo non multum recedit *Dubenus*, quo nomine *apud antiquos dicebatur qui nunc Dominus*, auctore Festo, quamvis id mutet Scaliger in *Dubienus*, *apud antiquos dicebatur qui & nunc dubius.* Sed Glossar. habet Dubius Δεσπότης, ubi vid. leg. Dubinus vel Dubenus. nus. Vox Indica sive Malaica ذون Δευν *Dominus* videtur esse eadem, & ex Persico ذواذا potens deducta.

DICAEROS.

§. XIV. *Dicaeros.* XIV. Nomen avis Indicum, *quae oviperdicis magnitudinem non excedit, & stercus suum defodit ne inveniatur, quod si inventum, ad mensuram sesami bibatur, mane somno corripitur qui bibit, & vergente sole ad occasum exspirat.* Ctesias *de reb. Ind. pag.* 27. qui δίκαιρον idem quod Graecis δίκαιον significare scribit. Eadem fere ex Ctesia tradit Aelianus *de anim. lib.* 4. *c.* 41. Fateor mihi hujus nominis avem ignotam esse. Et quis nescit Ctesiam fabulatorem? En ipsa Ctesiae verba uti Photius ea tradit καὶ ὀρνεόν φησιν ἐπικαλούμενον δίκαιρον, ὅπερ Ἑλληνιστὶ δίκαιον σημαίνει. Τὸ μέγεθος, ὅσον πέρδικος ὦον τοῦτο τὸν ἀπόπατον κατορύσσει, ἵνα μὴ εὑρεθῇ. Εὑρισκόμενον δὲ ἂν ποθῇ αὐτοῦ ὅσον σησάμου, ἕωθεν ὕπνος ἐπιλαμβάνει καὶ καθεύδει, μηδὲν αἰσθανόμενος· καὶ δύνοντος τοῦ Ἡλίου τελευτᾷ. Persis notum est ani-

animal quoddam, دلمكى (unde διλμάκος Graeci facere poterant, quod tamen longissime a δίκαιρος recedit) quod in Lexico Castelli & Golii describitur, & meretur conferri. Nihil hic certi habeo. Forte enim revera Indicum nomen est: nam licet multa Persica pro Indicis habeat Ctesias, inde argui nequit nulla ex iis, quae ipse pro Indicis habet, Indica fuisse.

DORSANES.

XV. Nomen Herculis apud Indos. Δορσάνης ὁ Ἡρακλῆς παρ' Ἰνδοῖς. Phavorinus. Indis hodie *Rostam* est Hercules. §. XV. *Dorsanes.*

GANDAROS.

XVI. Γάνδαρος, ὁ Ταυροκράτης παρ' Ἰνδοῖς. Hesychius. Nihil verius quam exiguam Indorum & sermonis Indici notitiam veteres Graecos & Romanos habuisse, & Persica vocabula multa Indica appellasse, quod hic ipse libellus noster satis ostendit. Hodie Persis كندآور *Candavar* hominem fortem & in pugna exercitatum notat, uti & vox affinis كندوارة *Condvara*, luctatorem peritum, robustum & validum hominem. Non dubito quin ex illa voce τὸ Γάνδαρος natum sit. Cl. Salmasius in Exerc. Plin. *pag.* 698. conjicit legendum Ταυροκέρατος. §. XXI. *Gandaros.*

GAUSALITES.

XVII. Avis Indica. Γαυσαλίτης, ὄρνεον παρ' §. XVII. *Gausalites.*

παρ' Ἰνδοῖς. Confer, Lector, cum hac voce كجاله *Casjala*, quo nomine picam Persae appellant. Forte ex hac voce Graeci Γαυσαλίτην fecerunt. At quum accuratior hujus avis descriptio data non sit, incertum est, quod conjicio. Observa quoque hic ج per Σ reddi, uti & in voce Γαυσάμηλα, apud Plutarchum, pro quo & Γαυγάμηλα, ubi per Γ redditur & Χιαρσαμβαρ خيارجنبر. Nos vulgo eam literam per *Sj* exprimus. Galli per *G*, quod ita sonant, ut nos *Sj*. Unde هجرة *Hegra* & *Hegira* scriptum vulgo, a nobis scribi debet *Hisra*. Quia autem difficilis erat ejus pronuntiatio, ideo tanta est apud Graecos & Latinos in ea scribenda varietas. Aliquando Graeci τὸ ج per Z exprimunt in جدوار ζεδοαρ, عجم Ἀζαμια. Habent eandem literam Persae & Malaei, sed tribus punctis inferne notatam چ, quae adhuc difficilior pronunciatu est, & fere *Tsj* sonat, quam & nos varie proferimus in illis vocibus, quas a Malaeis accepimus, ut in چيت *Tsjit*, quod nos *Citsen* vel *Sitsen* per C vel S pronunciamus, id est, lina coloribus distincta, in voce چا

Tsjaa

Tsjaa uti *Th*; dicimus enim *Thée* herbam quae Sinensibus & Malaeis ita appellatur. Sic a چهار *Tsjehar*, πίτζαρα, ut conjicio.

HYPARCHOS.

XVIII. *Ferens omnia bona*, ὕπαρχος φέρων πάντα τὰ ἀγαθά. Ctesias in Indicis. vid. supra *p.* 46. §. XVIII. *Hyparchos.*

MAI.

XIX. *Magnum* Persice. Μαὶ. Μέγα. Ἰνδοί. Hesych. Certe μαὶ revera Persicum est, مه *Mah* magnum. Malaeis مها *Maha* est *valde*, *magno opere* ut مها دیسر *valde sublimis.* §. XIX. *Mai.*

MARTICHORA.

XX. Ita animal quoddam, homines vorans, Indis dici Ctesias memoriae prodidit: μαρτιχόρας, δὲ inquit, Ἑλληνιστὶ ἀνθρωποφάγον· ὅτι πλεῖστα ἐσθίει ἀναιρῶν ἀνθρώπους, ἐσθίει δὲ καὶ τὰ ἄλλα ζῶα. Hodieque (quae mirabilis est linguae Persicae constantia) ἀνθρωποφάγος مردخورا *Mardichora* appellatur a مرد *homo* & خوردن *edere.* Stupeo revera tam expresse hanc vocem, absque ulla mutatione, quam intervallum tot annorum, quot fluxe- §. XX. *Martichora.*

fluxerunt inter saeculum Ctesiae & hoc nostrum inducere potuit, legi & intelligi. Et hinc dilucide apparet, voces (si non omnes, saltem aliquas) quas Indicas scripsit Ctesias, Persicas esse. Ceterum meminit & hujus animalis (sed ex Ctesia) Pausanias in Boeoticis sed X expulso *Martioram* legit. Θηρίον δὲ ἐν τῷ Κτησίου λόγῳ τῷ ἐς Ἰνδοὺς, Μαρτιόρα ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων σφίσιν ἀνδροφάγον λελέχθαι, &c. Aristoteles quoque *l.* 11. *Hist. Animal. c.* 1. ubi μανλιχώραν sed male pro μαρλιχώραν legitur, quam scriptionem & Plinius sequitur *l.* 8. *c.* 21. Aelianus *lib.* 4. *de anim. c.* 21. recte Μαρτιχώρας, uti & Philostratus in vita Apollonii.

MORIEIS.

§. XXI. *Morieis.* XXI. Μωριεῖς, οἱ τῶν Ἰνδῶν βασιλεῖς. *Morieis*, Reges Indiae. Hesychius. Videtur id nomen pluribus Indiae Regibus in aliqua regione imperantibus commune fuisse, uti *Porus* quod *Filium* notat (unde nomen quorundam Persiae Regum *Sapor* شاپور שבור, *Regis Filius* videtur derivata) & praeterea *Regem* uti a Cl. Golio in Lexico Persico observatum est, & *Taxiles*, de quo Curtius *l.* VIII. *c.* 12. *Taxilem appellavere populi sequente nomine imperium, in quemcunque transiret.* Sc. uti Caesar, apud Romanos, *Pharao*, apud Aegyptios,

gyptios, de quo Suidas. Οὕτως ἐκαλοῦντο πάντες οἱ βασιλεῖς Αἰγύπτου, ἀπὸ τοῦ πρώτου Φαραώ.
„ Ita appellabantur omnes reges Aegypti, a pri-
„ mo Pharao. Huc pertinet, ni fallor, nomen Regis Indici *Moeris*, uti ſcribitur Curtio *lib.* IX. 8. qui Pathaliae imperabat.

PATALA.

XXII. Hoc nomine appellabant Indi inſulam, quam flumen Indus in duos ramos ſciſſum efficit, paulo ante quam in mare ſe effundit. Arrianus *de Exp. Alexandr. lib.* 5. Δίστομός ἐστιν ὁ Ἰνδὸς, καὶ αἱ ἐκβολαὶ αὐτοῦ ἀμφότεραι τεναγώδεις, καθάπερ αἱ πέντε τοῦ Ἴστρου. Καὶ δέλτα ποιεῖ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, τῷ Αἰγυπτίῳ δέλτα παραπλήσιον· Καὶ τοῦτο Πάταλα καλεῖται τῇ Ἰνδῶν φωνῇ. *Duo Indi oſtia ſunt eaque paluſtria, uti quinque oſtia Iſtri. Et figuram literae Delta ipſe quoque efficit in regione Indorum; ſimilem Delta Aegyptio, quod Indico ſermone Patala dicitur.* Apud eundem *lib.* VI. χώρα Παττάλων, regio Pattalorum memoratur, quae eadem eſt, nam ſe monuiſſe antea ſcribit illam Delta eſſe, quod Indus efficit, & id majus eſſe Delta Aegyptiaco: & paulo poſt accuratius, Περὶ δὲ τοῖς Παττάλοις σχίζεται τοῦ Ἰνδοῦ τὸ ὕδωρ ἐς δύο ποταμοὺς μεγάλους. *Apud Pattala Indus dividitur in duos ingentes fluvios*: ubi intelligit §. XXII. *Patala.*

ſice: quod idem eſt cum ζαμλω. Atque inde τῶν χθονίες eoſdem eſſe cum ζαμαίοις Perſarum autumat Vir Magnus.

SANDES.

§.CXXIV. *Sandes.* CXXIV. Ita Hercules Perſis dictus eſt. Vide quae de eo ex veteribus Caelius Rhodiginus in *Lection. Antiq.* tradidit. In Perſarum monumentis fortiſſimi quidam Heroes memorantur, inter quos سم دیو *Sam div* eſt, quod non multum a *Sandes* abludit, & vera, ut opinor, hujus vocis ſcriptio eſt. Fuit autem *Samdiv*, ſive *Sam Genius*, *Heros*, vel *Gigas* ille, qui in inſula Darem, quae ob monſtrorum & ferarum copiam habebatur nulli impune adeunda, omnia infeſta animalia neci dedit, & dux exercitus Feriduni factus de hoſtibus ſaepiſſime triumphavit, multaque alia praeſtitit, quae cum geſtis Herculis ſatis bene conveniunt.

SANE.

§. CXXV. *Sane.* CXXV. Ita mundum Babylonii dixere teſte Heſychio. Σάνη, ὁ κόσμ☉. Βαβυλώνιοι. Ita lego pro ὁ κόσμ☉ βαβυλώνι☉. Vox eſt hodieque vulgatiſſima, qua orbem Perſae exprimunt جهان *Sjehan*, ſive *h* in pronun-

nuntiatione vix auditur in voce اصفهان *Isfehan*, quae *Sphaân* vulgo exprimitur, & mox in *Saansaa* pro *Schahanschah*. Terminatio Graeca est η, quamvis & *E* addere soleant Persae hujusmodi vocabulis, uti cum legunt

بنام خداوند جهان افرين

In nomine Dei, creatoris hujus universi,

ita pronunciant *Benáme Chodawénde Sjehâne Aphrîn.*

SANGARIS.

CXXVI. Σάγγαρις vel Σάγαρις, & sine σ, Σάγαρι in antiquissimis Herodoti & Xenophontis editionibus, & Σάγηρις *in edit. Basil.* Herodoti ea vox scribitur, notatque idem quod μάχαιρα & κοπὶς, teste Xenophonte *lib.* II. Κυρȣπαιδ. gladium nempe, quo Persae veteres utebantur. At Stephanus ex isto Xenophontis loco liquere putat Σάγαριν & κοπίδα esse arma distincta. Suidas explicat per κοπίδα & πέλεκυν. Hesychius Σάγαριν scribit esse πελέκιον μονόστομον. Cl. Drusius in *quaest. Hebr.* I. *quaest.* 74. opinatur סגור (quod vulgo *praeclude* vertitur) *Sagarin Ps.* 35.3. significare, & unum ex altero derivat. Puto eam vocem خنجر *Cangar*, vel uti nos pronunciamus *Chanzjar*, scribi, quae vox Persis pugionem §.CXXVI. *Sangaris.*

 vel

S A M M A.

§. XXIII. *Samma.* XXIII. Inſtrumenti Muſici nomen apud Indos. Heſychius. Σάμμα, ὄργανον μουσικὸν παρὰ Ἰνδοῖς. Perſica plerumque pro Indicis habuiſſe Heſychium alibi obſervamus. Quare & hoc Σάμμα nil aliud eſſe quam شمامه Σαμαμα Perſarum putamus, id eſt, *fiſtulam inaequalibus calamis compactam.* Medium alpha excidit. Forte & hoc in compoſitionem venit vocis Σαμβύκης, inſtrumenti Muſici, quod ex inaequalibus longitudine & craſſitie nervis efficitur. بوق *Buc* quoque, in genere inſtrumentum Muſicum notat. Vide in Condy & Myrrhanes, uti repetitione earundem literarum omiſſa ex Samama, Samma fieri potuerit.

S I D.

§. XXIV. *Sid.* XXIV. *Cteſias tradit Siden vocari ſtagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia merguntur.* Sunt verba Plinii *lib.* 31. *c.* 2. Meminit plurium talium paludum ex Cteſia Antigonus in ἱστορ· παραδοξ. *Hiſt.* 165. περὶ δὲ λιμνῶν Κτησίαν μὲν ἱστορεῖν λέγεται τῶν ἐν Ἰνδοῖς λιμνῶν, τὴν μὲν τὰ εἰς ἀέρα τὴν ἀφιέμενα καταδέχεσθαι. Judica Lector an non *Sid* vel *Sides* ſit

Per-

Perſicum سید *Sid*, *Lupus*. Nomen tali ſtagno convenientiſſimum, quod omnia lupi inſtar intra ſe rapit & demergit. In Arriani Codicibus legitur Σίλας.

SIPACHORA.

XXV. Ita Indos (quo nomine Perſas ſaepe comprehendit) appellare ait Cteſias arborem quandam, & hoc idem quod *dulce* ſignificare. Τῶ δενδρέῳ, inquit, τούτῳ ὄνομα ἐστὶν Ἰνδιστὶ σιπαχόρα. Ἑλληνιστὶ σημαίνει γλυκὺ ἡδύ. Videtur ea vox ex صفا *Sapha*, gratum, delectabile, & خوردن *Chourden*, *edere*, derivari, ut notet id quod gratum cibum praebet, id eſt ſuave aut dulce eſt. Confer vocem Martichora, ad cujus formam haec flexa videtur. Alii legunt σιπταχώρα apud Cteſiam, ſed lectio σιπαχώρα ad Perſicam etymologiam propius accedit. Plinius *lib.* 37. *c.* 2. ita ex Cteſia de hac arbore ſcribit. *Cteſias dicit Indis flumen eſſe Hypobarum*, (*lege* Hyparchum, ὕπαρχον) *quo vocabulo ſignificitur omnia vaſa ferre bona: fluere a Septentrione in exortivum Oceanum juxta montem Sylveſtrem arboribus electrum ferentibus: arbores eas aphytacoras* (*lege* Siptachoras,) *vocari, qua appellatione ſignificetur praedulcis ſuavitas.* §. XXV. *Sipachora.*

SITTACES.

§. XXVI. *Sittaces.* XVI. Ita Indi Psittacum appellant. Vide de eo supra, *pag.* 184.

SOROADIUS.

§. XXVII. *Soroadius.* XXVII. Id *οἰνοποιὸν vini confectorem* Indis notat, uti testatur Chares Mitylenaeus apud Athenaeum *lib.* 1. *cap.* 24. Δειπν. Quumque tot Persicas voces pro Indicis habitas fuisse a plerisque veterum observaverim, veniam me impetraturum spero, si & hanc vocem huic Catalogo inseram. Initiales enim literae سر *Sor* vinum notant Persis. At quum reliquae non spirent terminationem Persicam sed Graecam, in eam inquirere vix operae pretium est. Certissime enim posterior vocabuli pars corrupta est, facile supplenda aliqua terminatione, qua voci addita, datorem, factorem vel praefectum Persae indicant, quod vel tyrones in lingua Persica norunt. Clariss. Gesnerus in libro, cui nomen dedit *Mithridatis*, & in quo multa λείψανα veteris linguae Persicae, Indicae, Phrygicae, Scythicae, Gallicae aliarumque studiose collegit, quique Tiguri editus est in 8. anno C. 1555. arbitratur

tur nomen hujus Daemonis legendum Σοροάστειος, non Σοροάδειος, atque ita a شراب *Scharab*, quod *vinum* ſpeciatim & *potum* in genere aliquando notat, & *liquorem* aliunde *expreſſum*, (unde *Sirypum* & *Siroop* noſtrum) duci poteſt.

T A O S.

XXVIII. Ita Piſces *Pavones* nominant Indi, teſte Photio in Bibliotheca. Novi ſane ταὼς Graecum quoque eſſe, at vere tamen illum aſſeruiſſe, Indos (id eſt, Perſas, quos cum Indis commiſcuiſſe veteres Graecos monuimus) ſua lingua eos piſces ταὼς appellare exiſtimo. Nam طاوس *Taos*, *pavo*, Perſice eſt. Non dubito, quin *Pavones* (de avibus jam loquor) ex Criente Graeciae ſint illati: hinc Graecum ταὼς & Chaldaeum טוס, ex Perſico طاوس *Taos* deduco. Nam licet in inſula Samo plures jam olim pavones extiterint, unde & Pavo in Samiorum nummis frequens, & Junonis comes, ex barbaris tamen regionibus advectum eſſe Aelianus non diffitetur *lib.* v. *de anim. c.* 21. his verbis Λέγεται δὲ ἐκ βαρβάρων εἰς ἕλληνας κομισθῆναι. Paulo poſt in India has aves ab A- §. XXVIII. *Taos.*

 lexan-

lexandro Macedone inſolitam formam ſtupente (oportet in Graecia non fuiſſe) viſas refert. At poſtquam luxus haec animalia gulae paravit, quod Hortenſius Orator primus teſte Varrone feciſſe dicitur, ex Samo maxime delicatos pavones petitos eſſe docemur in Gellii *Noct. Att. lib. 7. c. 16.*

Forte etiam vocibus Indicis accenſeri debet

B R E C H M A S I N.

Plinius *lib.* XII: 7. *Fiunt ſemina caſſa & inania, quod vocant Brechmaſin, ſic Indorum lingua ſignificante abortum.* Sed quum ibi codices habeant, *Briſma*, & *Brioma*, Ill. Salmaſius legit *Braſma*, quae vox Graeca eſt: & male eam vocem a Plinio pro Indica habitam ſcribit in *Exerc. Plin.* 724. legitque, pro *abortum*, *atrophum*, ἄτροφον.

F I N I S.

IN-

INDEX LEMMATUM

IN

DISSERTATIONE DE PARADISO.

IN

DISSERTATIONE II.

DE MARI RUBRO.

VI.

INDEX.

IN

DISSERTATIONE. III.

DE MONTE GARIZIM.

INDEX.

IN

DISSERTATIONE IV.

DE OPHIR.

IN

IN

DISSERTATIONE V.

DE DIIS CABIRIS.

IN

DISSERTATIONE VI.

DE VETERI LINGUA INDICA.

INDEX.

INDEX
LOCORUM S. CODICIS
quae aut citantur aut illustrantur.

GENESIS.

EXOD.

NU-

NUMER.

31

INDEX
RERUM.

A.

C.

D.

E.

H.

I.

Mare

— aqua

pri-

T.

ERRATA nonnulla graviora, quae inter legendum deprehendimus, haec sunt. Pag. 39. lin. 12. lege *ὀρίζοντα.* p. 40. lin. 4. lege *Persae solent*). pag. 67. lin. antepenult. Viden? p. 68. lin. 6. *quod vincerent defuerit.* p. 72. l. 21. l. *vel ipso illo.* p. 73. l. 17. dele, *sic &c.* p. 75. lin. 21. dele, *&c.* p. 90. l. ult. *non existimo.* p. 96. l. 1. *dicet.* p. 97. lin. 5. *ἔσσι.* p. 107. l. 11. *quae viros.* p. 126. lin. 5. 81. §. 3. p. 131. l. 6. *Lachis.* ib. lin. 8. *observatus.* p. 133. lin. 4. *Eusebius quoque.* p. 136. lin. 15. *ex Jud.* 9. p. 150. l. 15. dele *eo.* p. 151. l. 11. *solent.* p. 202. l. 4. *illos.* p. 223. 13. *sublimis.*


FINIS.

HADRIANI RELANDI

DISSERTATIONUM

MISCELLANEARUM

PARS ALTERA.



TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Officina GULIELMI BROEDELET, Bibliopolae, CIϽIϽCCVII.

CELEBERRIMO.

ET

ERUDITISSIMO. VIRO.

ANTONIO.

GALLANDIO.

ACADEMIAE. REGIAE.
ILLUSTRANDIS. INSCRIPTIONIBUS.
ET.
NUMISMATIBUS. ANTIQUIS.
IN. GALLIA. CONSECRATAE.
MEMBRO. DIGNISSIMO. &c.

HADRIANUS. RELANDUS.



Auci sunt illi numero, Amicissime Gallandi, qui in studiis linguarum & antiquitatum Orientis laborem aliquem collocant, si cum ceterarum disciplinarum & artium cultoribus comparentur.

In cujus rei caufas dum inquiro, fi ab illa, quae palmaria mihi femper vifa eft, recefferim, quod nec ad dignitates & honores confequendos nec adipifcendas fortunas viam faciant, haec praecipue, meo judicio, literarum Orientalium neglectum & faftidium excitavit, quod qui illis operam dare folent fe totos huic Divae confacrent, & quafi in ipfum Orientem delati oblivione rerum capti effent, quae proxime ad illos attinent, reliquas elegantium ingeniorum delicias, ftudia antiquitatum Graecarum, Latinarumque, & hiftorias prifcorum ac recentium faeculorum negligant, ita ut exigua utilitas & nullum fere emolumentum ex Oriente ad noftrum orbem referatur. Conati funt hoc faftidium, quo plerofque ab his literis abalienari videbant, abfter-

ger

gere insignia illa Galliae tuae decora, Gaulminus, Casaubonus, Scaliger, Salmasius, Petitus, Petavius, Bochartus, & alii, qui non Asiaticarum modo gentium eruditione instructi famam sibi immortalem pararunt, sed scriptoribus Graecis & Latinis tantam lucem attulerunt, ut dubites in quo studiorum genere palma iis tribuenda sit. Eundem Tibi, & Illustri Huetio, animum esse tot documenta rarissimae doctrinae ab utroque vestrum scriptis consignata luculenter declarant. Et mihi quidem, quantum ingenii mei tenuitas patitur, nihil est antiquius, quam ut tantorum virorum & vestrum institutum, licet haud aequis passibus, sequi, & vel sacris literis vel scriptis Graecorum veterum Latinorumve aliquid lucis ex sermone & moribus populorum Orienta-

lium adferre poſſim. Quare, ut mihi ſummo opere gratulor utrique veſtrum innotuiſſe, ex quorum eruditione & candore animi fructus mihi capere licet uberrimos, ita quum primam hujus opuſculi partem Uni, hanc Alteri ſacram volui. Quod ſi Tibi, Linguarum Arabicae, Perſicae, Turcicaeque, aliarumque Orientalium peritiſſimo (quippe quas non e libris ſolum ſed ore illarum gentium, quas inter Tibi vivere licuit, hauſiſti) nec magis in Orbe Romano vel Graeco hoſpiti aut peregrino, id eſt, optimo illarum rerum, quae hoc libello continentur, arbitro, non diſplicuiſſe hanc qualemcunque operam meam intellexero, triumphabo. Vale, Celeberrime Gallandi, & me, quod facis, ama. Dabam Trajecti ad Rhenum. vi Kalend. Februar. CIƆIƆCCVII.

SERIES
DISSERTATIONUM,

QUAE

PARTE SECUNDA

CONTINENTUR.

VII.

DE SAMARITANIS.

VIII.

DE RELIQUIIS VETERIS LINGUAE PERSICAE.

IX.

DE PERSICIS VOCABULIS TALMUDIS.

VII.

DISSERTATIO

DE

SAMARITANIS.



VII.

DISSERTATIO

DE

SAMARITANIS.



A quo tempore Eruditissimus Morinus, aliquot exempla nactus Pentateuchi Samaritici, ejus auctoritatem extollere supra Codicem Hebraeum, quo Judaei utuntur, sustinuit, diligentius inquiri cœptum est in religionem Samaritanorum. Quum vero paucissima testimonia in Veterum scriptis superessent, quae res horum hominum, per tot saeculorum intervalla, traderent, & Judaeis, juratis eorum hostibus, vix fides habenda videretur, prout quisque huic vel illi ex auctoribus antiquis magis faveret, ita aut benignius, aut minus aeque, de Samaritanis sentiebat. Hic, gentium multarum colluviem, populum idolorum cultorem, qui

§. I. *Varia & contraria judicia de Samaritanis.*

 mor-

mortuorum resuscitationem, & animarum immortalitatem, negaret: alter; nationem Legum Mosaicarum observantissimam, & traditionibus Judaicis, quibus sacras litera[s] Pharisaei potissimum corruperant, infensam & nulla in re a genuino Judaismo recedere nisi, quod montem Garizim, Moriae loco divino cultui sacrarent, affirmabat. Postquam vero superesse adhuc quosdam hujus sectae homines in Palaestina, Syria, & Aegypto, relatum fuit, literae ab Illustri Scaligero ad illos data[e] sunt, quibus ipsi de religione sua rogabantur, ad quas responsa dederunt, anno aerae nostrae 1590. quae in Peyrescii manus tradit[a] ad Morinum pervenerunt, qui ea Latine expo[sita] fuit. Ex iis liquebat, sole meridiano cla[]rius, Gentem hanc solum Pentateuchum Mosis, rejectis libris Propheticis, observare Judaeos, & traditiones Pharisaicas, parvi facere; festis temporibus celebrandis, juxt[a] constitutiones Dei, vacare; circumcidi; sacerdotes, qui victimas Deo offerant, habe[re] ex stirpe, ut opinantur, Aharonis; & alia quae in literis ipsis, Londini anno 1682. [e]ditis, videri queunt. Chronicon etiam na[]ctus erat J. Scaliger, in quo historia eorum a[b] obitu Mosis usque ad tempora Alexandri Sever[i] Imperatoris, describebatur, quod ipsi *Libru[m] Josuae* appellabant.

II. A

II. At cogitabunt multi, quomodo ſibi conſtant illa, quae de Samaritanis in hoc Chronico, & in literis eorum traduntur, & iſta quae tum ſacri tum profani ſcriptores & Judaei & Chriſtiani de hac gente memoriae prodiderunt? Sacer Codex illos cum vero Deo idola coluiſſe affirmat. Judaei adorare eos imaginem columbae; Epiphanius, Philaſtrius, & alii, negari ab iis animae immortalitatem & reſurrectionem mortuorum, ſcribunt. At in epiſtolis ſuis & hoc Chronico omnia illa deteſtantur, nec horum criminum reos ulla ratione dici illos poſſe alicubi apparet. Scilicet, ego ita exiſtimo. Diſtinguenda eſſe tempora in quaſdam periochas, per quarum ſingulas aliquam mutationem paſſa ſit Samaritanorum religio. Primam Samaritaniſmi periocham appello, quae ab ipſis ſectae hujus incunabulis, id eſt, ab eo tempore, quo novi coloni ab Aſſyriorum Rege in Samariam deducti ſunt, protenditur ultra captivitatem Judaeorum Babylonicam. Omni illo tempore quin idola coluerint Samaritani, dubitari nequit, quum in ſecundo libro Regum, *capite* XVII, *commate* 29 & *ſeqq*. clare ſcriptum ſit, gentes illas adoraſſe Jehovam una cum idolis ſuis, atque ita feciſſe filios eorum & nepotes עד היום הזה *uſque ad hunc diem*, id eſt, ad minimum, uſque ad captivitatem Babylo-

§. II. Variae periodi Samaritaniſmi. Prima idololatrica.

bylonicam, quam ultimo capite Libri secund
Regum scriptor memorat. Porro, quun
jam extrui coepit Templum secundum Hiero
solymis, ab idololatria defecisse non leguntu
E contrario satis liquet ei adhuc addictos fuisse
quum se idem cum Judaeis numen coluisse (*Ez
rae*, *c*.4.2.) dicunt, & illi sacrificasse a tempori
bus Regis illius, qui ipsos in Samariam primun
transtulerat. Siquidem enim tunc temporis ve
rum Deum, & non simul idola, coluissent
sine dubio dixissent Judaeis: Nos quidem
quum primum in has terras venimus, & di
postea, idolatriae dediti fuimus; at nunc e
valediximus, & soli vero Deo cultum deferi
mus, atque ita facilius obtinere potuissent
Judaeis quae petebant. Sed quum cultus su
rationem a temporibus Salmanassaris ad ea tem
pora deducant nulla mentione facta cujusdan
emendationis (quam fecisse isti loco & tem
pori maxime fuisset conveniens) tuto credi
mus ad initium Templi secundi illos in idolo
latria perseverasse. Ulterius inquirere volen
tem in religionem Samaritanorum Codex sa
cer Veteris Testamenti destituit. In Novo
aliqua traduntur, & in scriptis profanis. Sed
hic caute procedendum est, & haesitanter
Exponam tamen, ut se res Samaritanorum se
quentibus saeculis habuisse mihi videantur, me
& mea omnia eruditiorum judiciis subjiciens.

III. Se

III. Secunda itaque Samaritanismi periocha exordium capit ab exstructione Templi in monte Garizim, & Pontificatu Manassis, qui frater erat Iddonis sive Simeonis Justi Pontificis Hierosolymitani. Tunc enim a Judaeis defecerunt plurimi ad Samaritanos, quum multi Sacerdotes & Israelitae intricati essent & impediti illegitimis conjugiis, de quibus vide Josephum *Antiq. l.* XI. 8. Omnes autem illos Flavius defecisse scribit, Templum Hierosolymitano simile in monte Garizim extructum, & rem publicam Judaeorum non leviter hac secessione fuisse labefactatam. Ipsi Judaei agnoscunt eo tempore *Israelem divisum esse in duas partes*, ישראל חלק בחצי (Sunt verba R. Zacuth in *Juchasin*) quarum una Ezram, altera Saneballethum sequebatur. Quum itaque tot Judaei ad Saneballetum defecerint, non abs re suspicamur Samaritanos magis imitatos fuisse mores & ritus Judaeorum relictaque veteri idololatria, unum Deum adorasse. Hoc enim rationibus Politicis Menassis & soceri ejus Saneballeti quam maxime conveniebat, ut Judaeorum plurimos in suam haeresin congregarent, quod, servata idololatria, quam eo tempore Judaei vehementer refugiebant, non tam facile praestare potuissent. Addo testimonium ab ipso Josepho, infensissimo Samaritanorum hoste, petitum quo

§. III *Secunda, reformata per Judaeos cum ipsis mixtos.*

certiſſime perſuaſus ſum tempore Saneballeti nulla idola coluiſſe Samaritanos. Scribit ille *lib.* XI. *cap.* 8. שמטות ſive *annos Sabbathicos* ab iis obſervatos fuiſſe, & rogaſſe ab Alexandro ut a ſeptimi anni tributo ſolvendo immunes eſſent, quandoquidem eo non ſeminarent. Non puto illos victori Alexandro tam impudenter mentitos eſſe, ut certiſſimi mendacii convinci potuerint, & ſalutem ſuam adeo temere in diſcrimen vocarent. Obſervarunt itaque annos Sabbathicos. At unde hoc haurire niſi ex Lege Moſis poterant, in qua cultus Unius Dei tam diſertis & toties repetitis verbis jubetur. Nec reor illos praeceptum de anno Sabbathico, (quod ipſis non poterat non grave eſſe eo quod agrorum ſuorum & quidem fertiliſſimorum, qui in illis portionibus tribus Ephraimi, & dimidiae Menaſſis erant, proventu carerent) obſervaſſe, & illud de colendo Uno Deo quod & ratio docet & Lex Moſaica (ſi vel maxime concedamus nonnunquam eos in idololatriam lapſos fuiſſe quod & Iſraelitis contigit, Legem Dei habentibus) conſtanter neglexiſſe, & culpam hanc publice ita fuiſſe profeſſos, ut tota religio idololatrica dici, & hac parte a Judaeis, unum Deum colentibus, diſtingui potuerit. Paulo poſt haec tempora memorat idem Joſephus Ptolemaeum, Aegypti

Re-

Regem, Samaritanos quosdam in Aegyptum deduxisse, inter quos & Judaeos Aegyptios contentiones perpetuae erant de religione. At num de idololatria servanda aut rejicienda contendebant? Nequaquam. De solo loco Divino cultui peculiariter destinato, quem Judaei Hierosolymas, Samaritani montem Garizim, esse affirmabant. Et haec contentio ab eo tempore videtur fuisse primaria inter Judaeos & Samaritanos. Unde & mulier illa Samaritana, (*Joh.*4.20.) Christum pro Propheta habens, de hoc capite, quod maxime inter utramque gentem controversum erat, interrogat, dicens: Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν· καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος ὅπου δεῖ προσκυνεῖν. Cui Christus satisfacit *commate* 22. Fatetur illa ibidem, se scire prope esse adventum Messiae, qui omnia revelaret, *comm.* 25. Quem deinde Dositheum fuisse, impostorem Simoni Mago aequalem, multi Samaritanorum crediderunt. Haec omnia, ex Lege Dei petita, ut convenire possint cum cultu idololatrico, in aliqua gente stabilito, non video. Quod vero Judaei ipsos accusent ac si idololatriam exercuissent fere circa excidium Templi secundi, hoc ipsum si examini subjiciatur evincit illos idololatras non fuisse. Nam qua ratione illos accusant? Dicunt illos adorare idola

 quae

quae Jacob abdidit in Sichem *Gen.* 35. 4. Ita R. Ismael Fil. Josis Neapolin (ea est Sichem) transiens Samaritanos alloquitur. *Non adoratis montem istum (Garizim) sed simulacra abscondita sub eo.* Epiphanius quoque *Haer.* IX. Samaritanorum haeresin vocat εἰδωλολατρῦσαν κατ' ἄγνοιαν διὰ τὸ ἀποκεκρύφθαι τὰ εἴδωλα τῶν τεσσάρων ἐθνῶν ἐν τῷ ὄρει, *idola colentem per ignorantiam quia sub monte (Garizim) simulacra quatuor gentium sunt abscondita.* Si palam idololatrae fuissent, Samaritani, non opus fuisset tam frivolis rationibus illos idololatriae convincere. Maimonides ipse fatetur in *notis* ad Codicem Misnicum *Beracoth. c.* 8. *misn.* 8. Samaritanos olim quidem idola coluisse, uti S. Scriptura testatur, 2 *Reg.* 17. אבל, inquit בארך הימים למרו התורה וקבלו על פשוטה והמצות אשר החזיקו כהן היו מפקרים עליהם וישימו לכם אליהן מאר והוחזקו שהיו מאמינים ברתינו ומיחרים ולא יעברו ע״א *Verum post aliquod temporis intervallum didicerunt Legem & intellexerunt eam juxta sensum simplicem* (literalem vulgo) *& praecepta, quae observabant, observabant accuratissime & omni animi contentione, & habiti sunt pro iis qui in Legem nostram crederent, & unum Deum sine idololatria colerent.* Addit quidem, sapientes postea invenisse columbam

(quod

(quod contigit tempore R. Meir, praeceptoris R. Judae, qui Misnam composuit) in monte Garizim, & ob eam judicasse, illos idola adorare. Sed nimis frivola haec est ratiocinatio, quod ideo Samaritani idololatriae rei haberi debeant. Et si vel maxime verum foret, quod de columba ibi inventa traditur, qua specie gens media inter Judaeos sita, & cujus terra & mores quotidie ipsis patebant, quaeque per tot saecula habita fuit ipsis illis Judaeis ab omni idololatria abhorrens, ob unicam columbae imaginem rea tam horrendi criminis agitur? Illud tamen negari non potest, versatile fuisse Samaritanorum ingenium, & saepe ex odio contra Judaeos hostibus eorum magis favisse quam par erat, & moribus Gentium nimis accessisse, siquidem vera sunt quae de iis Judaei prodiderunt. Josephus *Antiq.* XII. VII. narrat illos Antiocho obtulisse Templum suum Garizimiticum, ut Διὸς Ἑλληνίꙋ appellaretur. At ibidem quoque profitentur, Templum illud hactenus Deo *ἀνωνύμῳ non nominato* sacrum fuisse. Unde metu ad hoc facinus compulsos esse Samaritanos satis apparet, (confer 2 *Macc.* 6, 2.) quamvis pessime illos egisse certissimum sit. Nec diffitentur ipsi quosdam e suis ad idololatriam defecisse. Quamvis autem Judaei hoc crimen in omnes Samaritanos diffundant, velintque ido-

idololatriam omnes exercuiſſe, uti in Talmude ſcribitur, patet tamen ex libris ante Talmud conſcriptis illos fuiſſe *Legis Moſaicae obſervatores ſtudioſiſſimos* τοῦ Μωσέως νόμου τὰ μάλιστα ζηλωτὰς, uti *Sozomenus* ſcribit *l. 7. c.* 18. ipſe Gazae, in vicinia illorum, educatus. Unde & in controverſia celebri de celebrando Paſchate illorum quoque ritus laudabantur. Quin & R. Simeon Ben Gamaliel in *Gem. Hieroſ. Peſachim* faſſus eſt illos in obſervatione praeceptorum Moſaicorum, quae obſervant, accuratiores eſſe ipſis Judaeis.

§. IV. *Tertia, recentior & hodierna.*

IV. Tertia Samaritaniſmi Periocha nobis illa dicitur, quae incipit ab eo tempore, quo Mohammedanis ſubjecti fuerunt ad hunc uſque diem. Exiſtimamus enim, ex commercio, quod iis cum gente Mohammedica interceſſit, aliquid novi in ritus Sacros & religionem irrepſiſſe. Huc referimus phraſes quaſdam, Liturgiis Samaritanis, quarum frequens mentio in *tom. ult. Bibl. Polyglott.* & hoc Chronico comprehenſas, ac traditiones fabuloſas, uti de Caruno, Nebucadnezare, Alexandro. Alias praetereo, quas iſte Liber exhibet, ut quando Moſes كليم الله Abraham خليل الله φίλος θεοῦ dicitur, & formula بسم الله الرحمن الرحيم *in nomine Dei ſumme miſericordis*, quae *Cap.* 29. in initio epiſtolae legitur, & ab Interprete Arabe ſine dubio profectas

fectas, & ſimiles Phraſes Alcoranicas, quales لا حول ولا قوة الا بالل *non eſt vis aut potentia niſi in Deo*, & انه علي كل شي قدير *Utique ille eſt omnipotens.*

V. Atque ita quidem de Samaritaniſmo per varias aetates judicandum cenſeo, & non niſi pro calumniis habeo, quae de Sacrificiis Samaritanorum in honorem filiae Jephtae offerri ſolitis, Deo ipſorum Aſima, cujus in Pentateuchi initio mentionem fecerint, de defectu trium literarum חהע in Alphabeto Samaritano, & circumciſione in nomine columbae commenti ſunt nonnulli. Nec hodie liberi ſunt Samaritani ab hujuſmodi calumniis. Mohammedani enim illos aſſerere Deum corporeum dicunt, uti notavit, Vir ſupra fidem in ſcriptis Orientalium verſatus, Bartholomaeus Herbelotius, in Theſauro iſto Eruditionis, quem *Bibliothecam Orientalem* appellavit, *pag.* 753. Et ante illum Abulfarajus idem ſcripſit, ſi vera ſit lectio vocis ܡܓܫܡܢܐ qua ſcriptor utitur, quam in ܡܓܫܡܘܢܐ mutandam eſſe cenſet Cl. Ludolfus in *Not. ad Epiſt. Samaritanas*, at defendit Cl. Pocokius in admonitione quam praemiſit *Comment.* ſuis *in Joëlem*. Plura non addo de ſtatu antiquo & hodierno Samaritanorum, quum Cl. Waltoni diligentia in hoc argumento fuerit verſata, *Prolegomen.* XI. *ad Biblia Polyglotta*, quae conjuncta Hottingeri *Exercitatio-*

§. V. *De Chronico Samaritanorum inedito.*

tatio-

tationibus Antimorinianis, & Cl. Cellarii *Collectaneis Hist. Samaritanae* abunde Lectoris curiositati factura sunt satis. De Chronico Samaritano, (quod Librum Josuae appellant quia in Josuae gestis enarrandis potissimum versatur quodque manu scriptum possideo) aliquid dicam, cujus auctor plane in obscuro latet. Possemus colligere illum fere circa illa tempora vixisse, in quorum historia tradenda desinit. Nec videtur ea conjectura, circa alios etiam libros historicos fieri consueta, improbabilis: at quoniam certi nihil affirmare possumus, ita quidem conjicio. Non uni auctori hoc Chronicon tribuendum: sed variis temporibus quasdam historias in schedulis fuisse adnotatas, quae in unum volumen compactae sint saeculo tertio post Christum natum. Quod autem non credam ab uno Scriptore contextum hoc opus esse, facit abruptus hic illic stylus, & rarus historiarum nexus; maxime in ultimis Capitibus; quum longo annorum intervallo una historia ab altera, qua cum proxime conjungitur, sit divulsa. *Capita* 39. enarrant solam Josuae historiam. *Capite* 44. moritur Eli P. M. *Capite* 45. (quanta παρέκβασις;) Nebucadnezar Hierosolymas capit. *Capite* 46. sine ullo cum praecedentibus nexu Alexandri gesta & fabulosum iter aëreum memorantur. *Cap.* 47. ab Alexandro transitus fit

ſit per plurium ſaeculorum ſpatium ad res geſtas Imperatoris Hadriani. *Cap*. 48. & 49. Acbonis Pontif. Max. & fil. ejus Nathanaelis, & hujus filii Babarabae hiſtoria traditur, quae incidit fere in tempora Alexandri Severi. Puto itaque Doſitheum, celeberrimi nominis Samaritanum, Simoni mago aequalem, qui multos libros compoſuit & ſuis reliquit, uti Photius ex Eulogii Patriarchae Alexandrini oratione refert, ipſamque Samaritanorum hiſtoriam conſcripſit, ſi aliis credimus, omne quod de Joſua, & forte hiſtoria aliquot ſequentium ſaeculorum, in hoc Chronico legitur, ex traditionibus, quae ſupererant, & ſuis figmentis, conſcripſiſſe, at reliqua Capita variis temporibus ei eſſe conjuncta. Qua ratione gentis ſuae ortum diſſimulari poſſe videtur crediſiſſe Doſitheus; & unde nata eſt inter quoſdam Samaritanos opinio Joſuam ipſum, cujus tot ac tam praeclara geſta quotidie legerent, Meſſiam eſſe, quod ex Eulogio notavit Photius, *pag*. 466. *Biblioth. edit. prim*. Nec quenquam moveant phraſes Mohammedicae, quarum modo meminimus, ut credat poſt Alcoranum totum hunc librum conſcriptum eſſe, quum ab Interprete, qui illum e lingua Hebraea in Arabicam tranſtulit, hae inſertae eſſe potuerint, & hanc tranſlationem poſt Corani conſcriptionem factam eſſe non negemus. Sed hae tantum

tum conjecturae noſtrae ſunt, nec quicquam
adfirmamus. Quiſque ex ingenio ſuo dema
vel addat fidem. Quicquid ſit, hoc Chroni
con primum Illuſtri Viro Joſepho Scaligero
qui illud a Samaritanis petierat, obtigit, qu
etiam in ſcriptis ſuis ejus meminit. Porr
non vendunt hunc librum: qui honos tantum
S. S. ab iis habetur, id eſt, Pentateucho
quem ſolum agnoſcunt, nam librum Joſua
eos tempore Salmanaſſeris a Judaeis mutuato
male ſcribit Harduinus, *Chron. V.T.p.6.* Poſt cu
jus mortem inter alia ejus Viri volumina O
rientalia manu ſcripta in Bibliotheca Lugduno
Batava hoc quoque repoſitum fuit. Ex quo
exemplo ſuum aut deſcripſit ipſe aut deſcrib
curavit Cl. Golius, quod ante aliquot annos a
meas manus pervenit, quodque deprehendi C
Viri manu in multis emendatum, & nonnull
ad explicationem breviter margini inſcripta.

§. VI. *Uſus hujus Chronici quis, & quae auctoritas.*

VI. Ex Chronico hoc Samaritanico manu
ſcripto (cujus plura exempla in Europa eſſ
non puto, quam Leydenſe illud, quod ip
Samaritani ad Ill. Scaligerum miſerunt, &
quo, ſi quae ſunt, reliqua deſcripta ſunt
uti & Codex meus) nonnulla lubet excerpere
quae ad illuſtrandas res Samaritanorum faciunt
& vel hiſtorias, vel religionem, eorum adti
nent; nec ingrata fore Lectori arbitrabor. Ea
quemadmodum per totum volumen ſparſa ſunt

& hinc illinc a me eruta, exhibebo, ut argumentorum quoque varietas legentem oblectet. Et quamvis iſtiuſmodi liber ampliſſimum campum obſervationum contineat, e quo nova continuo adnotationum materies attento lectori ſuccreſcit, non omnia ſigillatim excutiemus, ne commentarium ad ipſum Chronicon ſcribere videamur, ſed ex meſſe manipulum. Hoc quoque hic monendum cenſeo, non me ex illorum numero eſſe, qui librum manuſcriptum, quem rarum eſſe norunt, quemque ipſi poſſident, immodicis laudibus extollunt, ejuſque antiquitatem & pretium quibuſvis modis augere & depraedicare conantur. Scio, ut mox dixi, codicem hunc meum eſſe rariſſimum, ſed & hoc ſcio, plurima fabuloſa continere Sacro Codici contraria, & aperte falſa, quare peſſime illum tanti fieri a Samaritanis; maxime cum hic codex tantum ſit verſio Arabica antiqui Codicis, qui lingua Hebraea conſcriptus erat (uti *Cap.* 1. legitur) at qui nunc periit. Saltem Samaritani ſcribunt in Epiſtolis ſuis, ſe non habere Chronicon illud Hebraeum, ſed tantum hanc verſionem Arabicam, quae ſine dubio poſt Mohammedem facta eſt. Et ipſe inquiſivi apud Judaeos num illud Chronicon ספר זכרוני כות"כ Hebraice noſſent; at nullos hactenus reperii. Clariſſimus quoque *Jobus Ludolfus*,

dolfus, carum mihi & honoratum nomen, me per literas certiorem fecerat se frustra in illum codicem inquisivisse, sed Rabbino cuidam Francofurtensi id negotii dedisse, ut omnem in id diligentiam adhiberet. Sed postquam rebus humanis ereptus est, magnus ille sermonis Aethiopici & aliarum Linguarum quibus aut Meridies aut Oriens utitur, cultor ac promotor, & hujus & reliquarum rerum spes, quam mihi fecerat, plane decollavit. Fatendum tamen est, Chronicon hoc, qualecunque sit, multa nos docere animadversione digna de iis traditionibus, quas Samaritani narrant, & de ipsorum statutis, quae hodieque observant, de religione, &c. Sed ex speciminibus, quae proferam, Tu id optime Lector arbitrabere.

§. VII. *Samaritani negant Angelos.*

VII. Inter illa, quae tertio capite hujus Chronici narrantur, nulla insignior periodus est illa, qua missio Angeli ad Bileamum recensetur. Quum enim variae sint veterum & recentiorum sententiae de eo quod Samaritani opinarentur de Angelis, & hic primus locus sit in hoc volumine, quo mentio Angeli injicitur, eo majorem verba illa, quibus Scriptor noster utitur, attentionem merentur. Lubet autem nonnulla in antecessum notare quae ad hujus argumenti illustrationem faciunt. Scilicet, nonnullis Veterum per-

persuasum fuit, Samaritanos Angelorum existentiam negare, aliis contrarium. Leontius, qui Imperante Mauritio vixisse creditur, in libro suo quem *de Sectis* conscripsit, *Action.* 2. diserte οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον, &c. *Nec enim Angelum esse putant aut animam immortalem.* At Epiphanius Spiritum quidem Sanctum ab iis negari fatetur, at alibi illos a Sadducaeis hoc ipso argumento distinguit, quod hi Angelos negent (uti constat ex *Act. Apost. cap.* 23.8.) Οὐ παραδέχονται, inquit, δὲ Ἀγγέλους ὅπερ Σαμαρεῖται δὲ οὐκ ἀθετοῦσι. *Non admittunt Angelos, quod Samaritani non statuunt.* Plura testimonia non congerimus quum haec scopo nostro sufficiant. At inter recentiores vix ullus est, qui non existimet Angelos a Samaritanis credi, maxime postquam Clarissimi nominis Philologus, J. H. Hottingerus, cui aditus ad eorum scripta fuit concessus, id ex hoc ipso Chronico (quod, dum Lugduni agebat, consuluit) demonstrasse visus fuit. Adde quod & Pentateuchus Samaritanus, ab Eruditissimo Morino primum editus, in quo frequens Angelorum mentio, sine ulla corruptela nomen *Angeli* prae se ferret. Post quos egregios & suis meritis celeberrimos Viros, quorum uterque ipsa Samaritanorum volumina legerat, ne umbra quidem dubitatio-

nis relicta videbatur : & pro calumnia hab tum fuit, si quis diceret illam gentem An gelorum existentiam negare. Nec pudet f teri, me quoque in illa sententia fuisse ve satum, quod falso Samaritanis hoc dogma ac scriberetur. Et ex eo quidem natam esse han calumniam arbitrabar, quod ex sacris literis con stet sectam Sadducaeorum Angelos negasse ac Samaritani & Sadducaei saepe numero pr iisdem habiti fuerint; &, quemadmodum d Sadducaeis immerito scriptum fuit, quod so lum Mosis Pentateuchum reciperent, ne glectis libris Prophetarum (quod placitum e Samaritanorum) ita vicissim opinionem Sad ducaeorum, quae Angelos negat, per errorem & confusionem sectae utriusque, Samaritanis tributam fuisse. Ceterum non parum confirmabar testimoniis quae Cl. Hottingeru ex hoc Chronico, mihi tunc non viso, laudaverat, in *Enneade Dissert. pag.* 21. & 22. ubi Samaritani scribunt, *Angelos cingere castra Israelitarum, Angelum locutum esse ad Josuam, &c.* Verum quum hic locus Chronici nostri, quem mox exhibebo, accuratius a me examinaretur, plane mutavi sententiam, credoque omnino Angelos a Samaritanis negari. Observa, Lector, primum hunc locum esse in hoc Chronico, ubi Angelorum mentio fit, & nota quam caute scriptor noster & quam saepe in-

culcet

culcet illud, quod per *Angelum* vult intelligi. Ita ille وانفذ ملاك من ملايكته اعني امر من اموره. *Misitque* (Deus) *Angelum ex Angelis suis* (quare his verbis quae clara sunt, scriptor contentus non est, si Angelos agnovit? Sc. vult, ut unusquisque per Angelos illud intelligat, quod ipse intelligit: ideoque, ne hoc in sequentibus, ubi frequens mentio Angelorum fit, cogatur identidem monere, prima hac occasione mentem suam aperit) *id est*, *Mandatum ex mandatis suis*: & mox ut huic phrasi assuefaciat Lectorem, Angeli vocem omittit, & sola *mandati* utitur, ne quis credat Angelum & mandatum Dei esse diversa, & dein appellat idem illud سبب الباري المخاطب *Instrumentum Creatoris loquens*, utque clarius mentem suam explicet علة المخاطبة *causam sive organum quod loquebatur ad eum*. Putamus itaque Samaritanos Angeli nomine intelligere, δύναμιν, sive virtutem ab ipso Deo non diversam, sed potentiam ejus, vel voluntatem quam non satis accurate appellant امر *mandatum* vel *jussum*; quum jussum sit voluntatis patefactio. Atque ita quum Deus populum suum custodit aut homines alloquitur, illa virtus Angelus ab iis dici videtur. Porro quum Deus suam virtutem corpori cuidam, sive Instrumento, ita conjungit, ut illud animet, & in & cum eo ope-

 retur,

retur, illud Inſtrumentum *Angelus* iis appel-
latur. Unde per Angelum modo Deum
modo Inſtrumentum Dei, modo mandatum
intelligunt. Quis non videt hic ſummam
confuſionem & merum Chaos? Ita tamen e-
go concipio mentem Samaritanorum, ex textu
modo citato, in quo امر الله *mandatum De*
& الملاك *Angelus* promiſcue uſurpantur
ſi conferam illa cum eo, quod paulo infe-
rius in hoc ipſo Capite modo *Deus* modo *in*
ſtrumentum Dei ſive *Angelus* res eadem appel-
letur. Ita verba habent. اشتد رجم الباري
مسيره قبل استفهامه وانتصب في
الطريق للبطش به *Iraſcitur ei* (ſc. Bi-
leamo) *Deus quod iter ingrederetur ſe non in*
terrogato & ſtitit ſe in via ut illum coerceret. E
mox واما هي ان التمحت سبب الباري
ز وجل منتصبا في الطريق وسيفه
مسلول بيده *Aſina autem quum conſpicere*
Inſtrumentum Creatoris altiſſimi ſtans in via &
ſtrictum gladium manu tenens, &c. Hic *Deu*
ſe ſtitiſſe in via legitur, & mox illud iden
de *Inſtrumento Dei* explicatur. Eſt itaqu
Deus & inſtrumentum illud Dei, quod ap
pellatur, unum idemque ex opinione Sama
ritanorum. Adeoque quum Angeli legun
tur miſſi eſſe in Pentateucho, conſpecti, &
ad alios locuti, erunt inſtrumenta ad men
tem Samaritanorum, quibus Deus res ſua

exe

exequitur. Verum quidem eſt, Angelos miniſtros Dei eſſe & illorum opera Deum uſum ſaepiſſime, & hoc ſenſu illos inſtrumenta Dei merito dici poſſe: at non quodvis inſtrumentum quo Deus utitur (ſit venia verbis, quibus nos uti cogunt Samaritani) Angelus eſt. Aſinam Bileami loqui fecit Deus, at quis ſanus eam Angelum dicat? Sint ergo omnes Angeli inſtrumenta, non ideo omnia inſtrumenta Angeli, nec hae voces aequipollent, ut una per alteram explicari queat, *Angelus*, & *inſtrumentum Dei*. Multo minus ille, qui Angelos agnoſcit, appellare poteſt eos Dei mandata uti faciunt Samaritani. Efficiunt, exequuntur, annunciant Dei mandata: ſed aliud eſt, quod nunciat, aliud quod nunciatur. Niſi ergo anguis in herba lateret, cur tot explicationibus involvitur a Samaritanis ſimpliciſſima Angeli notio? Cur ſe ipſos adeo intricant, quod omnes illi faciunt, qui a veritate ſemel deflexerunt? Haerere illos vides, & neſcire quibus verbis mentem ſuam aperiant. Mandatum Dei an poteſt conſpici? Ita illis videtur. At haec phraſis dura eſt. Emollitur itaque alibi, ubi per mandatum Inſtrumentum Dei docent debere intelligi.

VIII. Quae quidem licet ita ſe habere mihi perſuadeam, facile tamen praevideo aliqua mihi objici poſſe, quae diluenda ſunt. §. VIII. *Mentionem tamen Angelo-*

rum faciunt; & quo sensu.

Qua ratione, dicet aliquis, asseri potest Samaritanos negare Angelorum existentiam, quum claris verbis scribant Angelos Israelem custodire, Angelum missum ad Bileamum, &c. Respondeo, verum esse Angelorum meminisse Samaritanos, sed nomen Angelorum tantummodo retinent, rem ipsam negant, quoniam per Angelum id non agnoscunt, quod agnosci debet. Sadducaei negarunt Angelos. Id traditur, *Act.* 23. attamen vocem *Angeli* non extruserunt e Codice Sacro, quo eodem usi sunt ac ceteri Judaei. Sed per Angelum id non intellexerunt, quod intelligi oportuit. Et tamen sacrae literae scribunt illos negasse Angelos. Ita & nonne summo jure pro Atheo habendus est, & dicendus Deum negare, licet passim de Deo aeterno, & infinito loquatur, qui per Deum hoc universum intelligit? Pari modo Samaritani, licet vocem Angeli agnoscant, dum illi notioni longe aliam ideam adjungunt, Angelos negare dici debent. Non deerunt, qui in explicatione sententiae Samaritanae circa hoc negotium sibi clare non liquere mentem illorum hominum dicent. Fateor, quoniam plura nobis scripta Samaritanorum ad manum non sunt, in quibus ipsi explicent, quid de Angelis ita dictis sentiant, clariorem me expositionem dare non posse, & confusionem mihi

hi parere notionum illarum, *Angeli*, *mandati Dei*, & ejus *inſtrumenti*, uſum promiſcuum. At hoc tamen certum habeo, illos negare Spiritus finitos, & miniſterio Dei ſpeciatim deſtinatos, quos Angelos appellamus; & Samaritanorum ſententiam non multum recedere ab ea quorundam inter Chriſtianos, qui (ſunt verba Juſtini Martyris in *dial. cum Tryphone*) dicebant Angelos eſſe ἀτμήτους καὶ ἀχωρίστους θεοῦ δυνάμεις ἃς ὁ θεὸς, ὅταν βούληται, προπηδᾶν ποιεῖ καὶ πάλιν ἀναστέλλει πρὸς ἑαυτόν, *indiviſas & inſeparatas a Deo virtutes, quas Deus quum vult proſilire facit, & rurſus ad ſe remittit.* Qui forte Angelici illi ſunt quorum haereſin ſe ignorare Epiphanius *haeres.* 60. teſtatur, ubi illos etiam a regione quadam ἐπέκεινα τῆς Μεσοποταμίας *ultra Meſopotamiam*, dicta Ἰγγιλίνη, nomen habere conjicit. Ἰγγιλίνην autem ſuſpicor eſſe deflexam vocem ex جيلان *Gilan*, provincia Imperii Perſici, ſita inter gradum 35 & 36 *latitud.* & 74—76 *long.* juxta Geographos Orientales. Et hi forte ſunt *Geli* Ptolomaei ad mare Caſpium ſiti. Sed e diverticulo in viam. Memorant iidem Samaritani & *Spiritus divinos.* Ita eſt: δυνάμεις θεοῦ virtutes Dei, non tales ſpiritus, quos nos Angelos dicimus.

IX. Teſtimoniis iſtis, quae ex Chronico noſtro modò a me laudata ſunt, haec quo- §. IX. *Confirmantur*

 que

ante dicta ex Pentateucho Samaritano.

que addimus ex ipsa versione Pentateuchi Samaritana, quae luculenter sententiam nostram confirmat. In ea enim promiscue Samaritanus Interpres voces *Deum* & *Angelum Dei* usurpat, quod certo nobis indicio est eum per Angelum non intellexisse spiritum ab ipso Deo diversum, sed ipsum Deum sive ejus virtutem. *Gen.* 5. 1. ubi textus Hebraeus tradit, hominem creatum esse ad *imaginem Dei*, Samaritanus nefando ausu substituit *imaginem Angelorum*. Idem prorsus *Gen.* 9. 6. Pari modo *Gen.* 5. 24. ubi de Enocho legitur in Codice Hebraeo לקח אותו האלהים *assumsit eum Deus*, Samaritanus habet, *assumserunt eum Angeli*. *Gen.* 17. 22. ubi Hebraeus legit, ויעל אלהים *& adscendit Deus*, Samaritanus habet, *adscendit Angelus Dei*. Qui vult, plura e Pentateucho Samaritano loca congerat: sed vix a nobis impetramus ut silentio praetereamus illum locum, quo prima videtur Angelorum mentio injici in Pentateucho, id est, *Geneseos cap.* 2. *v.* 1. ubi illos per *Exercitum coelorum* intelligendos esse plurimi Interpretes, nec immerito, existimarunt. Samaritanus ibi pro *exercitus eorum*, legit, *creaturas eorum*, ne quis in eo textu suspicetur de Angelis agi, & inde edoceatur creatos illos esse a Deo, & ab ipso distinctos. Ideo videntur Samaritani divertere voluisse animum

Le-

Lectoris, ut sibi persuadeat hic simpliciter de creaturis, sive rebus coelo & terra contentis, agi. Quae quidem omnia nos eo ducere videntur, ut credamus revera Angelos a Samaritanis negari, sensu mox a nobis explicito:

Quae, si non prosint singula, multa juvant.

X. Occurrit & mentio *Angeli maximi*, الملك الاعظم, per quem Messias videtur intelligi, in Chronico Samaritanico *Cap.* 10. وتتباعد الملايكه عن صوبكم واسم الملك الاعظم من نصرتكم ويحلكم ما مكتوب في كتب السخط واللعنه *Et recedent Angeli a latere vestro & nomen Angeli maximi ab auxilio vestro, & descendet super vos quicquid scriptum est in libris irae & maledictionis.* Quia itaque *Angelus* & *virtus Dei* idem sonant Samaritanis, quando Simoni acclamabatur, Οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη, *Hic est virtus illa Dei magna*, idem est ac, hic est ille Angelus magnus, custos exercitus Israelitici, hic est Messias. *Act.* 8: 10. Tunc enim exspectabatur a Samaritanis Messias, uti ex colloquio Jesu Christi & mulieris Samaritanae, ac aliunde liquet. §. X. *Angelus maximus Messias.*

XI. Resurrectionem mortuorum a Samaritanis negari scribit Leontius in *l. de Sect.* Οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον, οὔτε ἀνάστασιν. *Nec Angelum esse credunt, nec animam immortalem, nec resurrectio-* §. XI. *Resurrectionem mortuorum non negant Samaritani.*

ctionem. Epiphanius *Haeres.* IX. Σφαλέντες δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ μὴ τηλαυγῶς τὸ πᾶν μέρος τῆς πίστεως τε καὶ τῆς ἡμετέρας ζωῆς τὸ ἀκρίβασμα κατειληφότες ἠγνόησαν μὲν νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ ἀπιστοῦσι. *Errantes autem illi, nec omnes partes fidei nostrae complexi aut integram vitae nostrae rationem, nec sciunt mortuorum resurrectionem nec credunt.* Cujus rei causam hanc videtur suspicatus fuisse Epiphanius, quod, uti paulo ante dixerat, Samaritani solum Pentateuchum reciperent, καὶ ἔσπαρται μὲν ἐν ταύταις ταῖς πέντε βίβλοις ἀναστάσεως νεκρῶν τὸ σημεῖον, οὐ μέντοι γε τηλαυγῶς κεκήρυκται, *in quo quidem signum aliquod resurrectionis sparsum extaret, sed ea veritas non perspicue praedicaretur.* Mirum vero eundem, qui mox ex variis Pentateuchi locis resurrectionem probat contra Samaritanos, argumentationem summi Doctoris nostri, Jesu Christi, non citasse, qui contra Sadducaeos, *Matth.* 22. 31. ex dicto Dei *Exod.* 3. 6. resurrectionem ita demonstravit ut turba sapientiam ejus stupuerit & Pharisaei agnoverint eum os occlusisse Sadducaeis: quod eo facilius concipi potest, quo verius est, eo tempore inter Judaeos istiusmodi probationes e textibus, qui prima fronte id dogma praeferre non videntur, petitas magis in usu & honore fuisse, illis, quae ex locis claris & expressis desumebantur. Quod autem

autem Epiphanius loco modo citato ſcripſerat de Samaritanis, poſtea, *Haer.* XIII. negat apud omnes obtinuiſſe, & de Doſitheis, quam ſectam facit Samaritanorum, ait, *ἀνάστασιν ὁμολογοῦσι*, *reſurrectionem confitentur.* Ego exiſtimo male accuſari negatae reſurrectionis Samaritanos, aut ſaltem non poſſe oſtendi iſtius accuſationis fundamentum: ſed, quum vulgo a Judaeis & aliis confunderentur cum Sadducaeis, quos notum eſt ex ſacris literis nec Angelos nec reſurrectionem mortuorum agnoviſſe, idem de Samaritanis dici coepit. De Angelis autem ante vidimus id verum eſſe. Et viciſſim quum Samaritani ſolum Pentateuchum pro verbo Dei haberent, idem nonnulli de Sadducaeis affirmarunt, quod falſiſſimum eſt. Quicquid ſit, ſive olim Samaritaritani negaverint reſurrectionem mortuorum, ſive non, nunc ſaltem non negant, & ab eo tempore non negarunt, quo hoc Chronicon habuerunt. Dies enim ultimus vocatur ipſis *Cap.* 6. يوم النقمه و المكافاه *dies vindictae & praemii*, (in Exemplari meo Cl. Golius pro نقمه ſubſtituerat ad marginem قيامه, quod vulgo is dies Arabibus يوم القيامه *dies reſurrectionis* audiat: ſed nil mutandum cenſeo, quum & ſenſus optimus ſit, & ipſi in literis ad Cl Ludolfum eum diem ſimili phraſi appellent יום נקם ושלם) & Moſes

ses ibi monet populum moribundus de طوفان النار *diluvio igneo*, per quod poenam aeternam videtur innuere. Verum non est necesse, ut plura loca ex Chronico nostro citem, quandoquidem Cl. Hottingerus in *Dissert. Phil. Theol. Diss.* 1. *p.* 11. Samaritanos hac calumnia liberavit, & illos in Chronico Bibliothecae Mazarinianae ita loquentes inducit: *Resurrectio unum est, ac praecipuum ex religionis fundamentis, & una ex ejus basibus. Nam homo nisi certo sciat in alio mundo fore rationis redditionem, & supplicium pro criminibus luendum, suis indulgebit concupiscentiis*, &c. Unum tamen textum ex nostro Chronico producam, qui ad resurrectionem mortuorum spectat, & unde hoc saltem probatur eos credere, mortuos aliquos virtute Dei resurrexisse. *Cap.* 7. Josua in Epicedio, quod composuit in honorem Mosis, illum ita alloquitur, اين (forte اي) من احيا اموات .. الا انت *Quis in vitam revocavit mortuos praeter Te?* Unde Samaritani hauserint, Mosen excitasse mortuos, incertum est: nam in sacris literis id non legitur. Et hoc ipsum occasionem praebuit Menassi Ben Israel in *Conciliat. Quaest.* x. *ad Deuter.* & Abarbaneli in *Commentar.* disquirendi, qua ratione Moses maximus θαυματοποιῶν & Prophetarum dici possit, quum ipse mortuos non suscitaverit, uti Elias &

Elisa,

Elisa, nec solem stiterit ut Josua, &c. Verum sunt inter Judaeos qui putant Mosen dici posse mortuos revocasse in vitam, quum Israelitas per venenatum aërem, qui primogenitos Aegyptiorum necabat, incolumes traduceret.*

§. XII. *Quid credant de nomine* Jehovah.

XII. Capite secundo Chronici nostri jubetur Moses a Deo inaugurare Josuam, & inter alia يعرفه بالاسم الذي يهزم العساكر وتتشوش به الامه التي لا يسعها بلد فلا ياتي عليها عدد *manifestaret ei Nomen illud, per quod profligarentur exercitus, & gentes tot, quot terra non caperet, & quarum numerus iniri non potest* (id est gentes innumerae) *conturbarentur.* At quid illud Nomen est? Sine dubio, τετραγράμματον יהוה, quod vulgo, sed nulla certa ratione nixi, pronunciant, JEHOVA. Judaei eandem vim nomini יהוה tribuunt, quam nostri Samaritani huic الاسم *Nomini*, de quo loquuntur, & Mosen miracula sua per illud nomen, quod virgae ejus insculptum erat, patrasse existimant, quod pluribus probarem, nisi id ante me saepius actum a multis Philologis noscerem. Hujus traditionis quaedam vestigia ipsi etiam Mohammedani agnoverunt, qui nomen Dei ἀνεκφώνητον inscriptum lapidi cuidam fabulantur, qui Japheto Noachi filio traditus sit, quem ejus virtute multa miracula fecisse

tra-

tradunt. Samaritani quidem, pari superstitione cum Judaeis, nomen יהוה non pronunciant, sed ejus loco שמא, id est *Nomen*, الاسم, legunt, uti testantur ipsi in literis ad Cl. Ludolfum datis. Quod & Judaei השם *Nomen* pro Deo usurpare soleant, notissimum est, quamvis pro nomine proprio יהוה id non substituant sed vocem אדני. Cujus venerationis dicam, an superstitionis, qua nomina Deo propria prosequebantur, aliquod vestigium cernere est in more vetustissimorum Graecorum, qui juraturi dicere solebant, Ναὶ τὰν, *Per illam*, nomen Deae reticentes, uti Hesychius observat. Ναὶ τὰν, οὕτως οἱ ἀρχαῖοι θεῶν ὀνόματα μὴ προστιθέντες. *Per hanc, vel illam. Ita solebant veteres loqui, nomina Deorum non adjicientes.* Quid Samaritani sentiant de vocalibus, quibus nomen יהוה legi debet, in literis modo laudatis non tradunt, nec in hoc Chronico uspiam aut nomen ipsum τετραγράμματον, aut aliquid, quod ad hoc argumentum faciat, occurrit. Illud tamen scitu non foret inutile aut injucundum, & in controversia de punctis nominis יהוה non parum momenti huic vel illi parti adferret. At dum hoc non licet, conjiciendum aliquid est. Occasionem dabunt verba Theodoreti ad *Exod.* ita de hoc nomine scribentis, Καλοῦσι δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται μὲν Ἰαβὲ

Ἰου-

Ἰȣδαῖοι δὲ Ἰαώ. *Samaritani pronunciant quidem id Jabe, Judaei vero Jao.* Si ergo vocales ȣ̃ Ἰαβὲ subjiciamus nomini יהוה, uti ratio vocis fert, legisse quis eos dicet *Jehave*, cum *Kametz* sub primo *He.* Sed hoc certo dici nequit, quum Samaritanorum pronuntiatio talis sit, ut sonum A pro E saepe substituant. Ita pro בראשית *Bereschith* pronuntiant *Baraschith*, pro *Elohim*, *Alahim*, &c. Adeoque, cum & lectio vocis יהוה per *Jehave* nescio quid anomalum & minime conveniens cum ipsa vocis constitutione inferat, credo illos יהוה legisse *Jeheve*, יֶהֱוֶה: quae vox ab iis pronuntiata, qui saepe pro E sonum A substituunt, quid mirum si ut *Jehave* fuerit intellecta. Certe lectio nominis τετραγράμματȣ per *Jeheveh*, mihi videtur simplicissima & verissima; ita ut, si hae quatuor literae יהוה sine punctis a quopiam cernerentur, qui ex linguae Hebraeae analogia iis vocales addere deberet, sponte legeret יֶהֱוֶה; *Erit*, in futuro *Kal* ab הוה. Adde quod hoc propius exprimat illud אהיה אשר אהיה *Ero Qui Ero*, quod *Exod.* 3.14. legitur. Et propterea puto *Eccles.* XI.3. יהוא legi ἀνομάλως pro יֶהֱוֶה, quia hoc ipsum nomen Dei est: qui quidem unicus locus est in quo 3 *pers.masc.fut. Kal.*verbi הָיָה, vel הָוָא in Hebraeo Codice occurrit. Haec quidem de nomine Dei Tetragrammato.

§.XIII. *De titulo Dei*, Domini mundorum.

XIII. Sed & aliud Dei nomen in hoc Chronico occurrit, quod examen meretur. *Capite* 15, Deus appellatur رب العالمين quod transfero per *Dominum mundorum*. Titulus ille apud Mohammedanos usitatissimus est: Nec tamen inde colligo Mohammedem plures mundos credidisse (quod ex hac phrasi liquere putat harum literarum peritissimus Alcorani nuperrimus editor L. Maraccius in not. ad *Surat.* 1.) quia videntur illum hausisse a Judaeis, qui Deum eodem modo רבון עולמין *Dominum mundorum* vocant; quia, dicunt, titulus *Domini mundi* etiam hominibus tribui potest, at nullus mortalium *Dominus mundorum* vere dicitur. Sunt autem isti mundi, quorum Deus Dominus est, non corporei, de quibus an plures hoc uno esse possint disputare solent Philosophi, sed hi quatuor juxta Cabbalistas עולם אצילות בריאה יצירה עשיה *Mundus emanationis, creationis, formationis & fabricae.* Mundus emanationum (i. e. decem הספירות) est Divinus, quem Deus האציל *emanare fecit*, de quo mysterio nos fortasse alibi pluribus loquemur. Mundus Creationis est *solium gloriae* כסא הכבוד. Mundus formationis est mundus Angelorum. Mundus denique fabricae est is, quem nos mundum appellare solemus, quique coelum & terras complectitur

tur. Nec obſtat, quod Mohammedani hoc ſenſu Deum appellare non poſſint plurium mundorum Dominum, quum quatuor hos mundos Cabbaliſticos non agnoſcant: nam & alias voces & loquendi modos a Judaeis mutuatus eſt Mohammed, ignorans licet vim & ſignificationem, quam iis Judaei tribuebant; tantum ut novum quid, & μυστηριώδες, loqui videretur. Dictis fidem faciet unicum vocabulum مسيح *Meſſiae*, quo Chriſtum intelligunt hodieque Mohammedani, id ex Corano edocti, licet interim auguſtum *unctionis* ſenſum, quae triplici muneri ejus convenit, ignorent. Alii tamen malunt transferre βασιλέα τῶν Αἰώνων, quum עולם & αἰὼν *ſaeculum* aeque ac *mundum* notent, unde & ipſa vox ſaeculum ſequioribus temporibus pro mundo coepit uſurpari & ſaeculares dicti, quaſi mundani. Cl. Erpenius in *Surat.* I. (quam ſubjunxit Hiſtoriae Joſephi, ſive Suratae XII. Alcorani, Arabice & Latine a ſe editae) رب العالمين vertit *Dominum creaturarum*, ſecutus, ut videtur, Interpretes plurimos Alcorani, nec auſus vertere *Dominum mundorum*, quia, inquit in notis, mundi plures non ſunt. Verum hoc quidem eſt, ſed juxta opinionem Judaeorum, a quibus Mohammedani haec hauſerunt, ſunt omnino plures mundi, illi ſcilicet Cabbaliſtici, de

quibus egimus. Ab hac Erpeniana, & nostra versione longissime recedit illa Cl. Ho
tingeri, qui رب العالمين sonare putat D
minum notarum, sive vestigiorum, in Hist
ria Creationis, pag. 282. eo quod notae
vestigia omnipotentiae & sapientiae ubiq
sint in creaturis obvia. Sed haec longius p
tita sunt, & multo rectius in Diss. de nom
nibus Dei Orientalibus pag. 278. Dominu
Creaturarum transtulerat. Ita praeeunt Lex
ca Arabica & Interpretes Corani. Cl. Goli
in Lexico transfert eundem Dei titulum p
Deum Zebaoth, sive exercituum. Nos tame
a nobis impetrare non possumus ut ullam e
his sententiis, quod pace manium Maximo
rum Virorum dixerim, amplectamur, & ma
lumus ex fontibus Judaicis tituli hujus orig
nem derivare.

§.XIV. *De oraculo Divino per Urim & Thummim.*

XIV. Urim & Thummim Pontificis Ma
ximi in Chronico الكمال وزهر id est
πελειώσεις καὶ φωτισμοὶ, *perfectiones & splen
dores*, ut Aquilae & Theodotionis verbis uta
mur, appellantur, *cap.* 2. alibi simplicite
gemmae, sic ut videatur per אורים & תמים
nil aliud intellexisse quam pretiosos lapides
quos pectore praeferebat Pontifex. Haec sen
tentia multos habet sequaces: at non adeo re
cepta est apud Christianos illa, quam pro
dit scriptor noster alibi, de manifestatione sce
lerum

erum per has gemmas, *Cap.* 17. Res huc re-
dit: gemmam illam in pectorali Pontificis,
cui inſcriptum erat nomen Jehudae, obſcu-
ratam fuiſſe, poſtquam Achan vir ex tribu
Judae oriundus, ſacrilegio ſe polluiſſet. Et
Cap. 38. traditur, hac ratione ſcelera reve-
ari conſueviſſe apud Iſraelitas (ita ſe Sama-
itani vocant.) Eadem traditio eſt apud Ju-
daeos & Mohammedanos: Illos primum au-
diemus. Ita Rashi commentatur ad *Joſ.* 7. 17.
pſamque adeo hiſtoriam Achanis: *Et acce-
dere fecit Joſua Iſraelem* לפני החושן מקום
שהשבטים כתובים ומסר לו הק׳ ב״ה׳ סימ
שהשבט שחטא אבנו כהה וכהתה אבנ
של יהודה *Coram pectorali ſcilicet Pontificis,
cui inſcriptae erant tribus. Signum vero de-
derat Deus, gemmam illius tribus, a qua cri-
men erat admiſſum obſcurandam fore. Et gem-
ma Judae obſcurabatur.* Et in libro, qui no-
mine R. Eliezeris fil. Hyrcani circumfertur,
haec legimus כל שבט שהיה עושה עבירה
לא היתה אבנו מגיהה אורה, *Gemma tri-
bus illius, quae peccaverat, non fundebat lu-
men.* Joſephus *lib.* 3. *antiq. c.* 9. varia tra-
dit, quae quod ad rem ipſam cum antece-
dentibus conveniunt, ſc. quod obfuſcatio gem-
marum Pontificalium ſignum fuerit peccati ab
Iſraelitis commiſſi. Ita ille. Ἐπαύσατο μὲν
ὖν ὅτε ἐσσὴν (חושן) καὶ ὁ σαρδόνυξ τοῦ λάμπειν

ἔτεσι διακοσίοις πρότερον ἢ ταύτην ἐμὲ συνθεῖναι τὴν γραφὴν, τοῦ θεοῦ δυσχεράναντος ἐπὶ τῇ παραβάσει τῶν νόμων. *Desiit autem tam Pectorale ipsum* (intellige, gemmae in eo) *quam Sardonix* (innuit gemmam in dextro humero Pontificis, quae fulgorem quoque emittebat quum litatum esset, ex ejus sententia, uti eodem hoc capite docet) *lucere annis* 200 *antequam haec scriberemus, quoniam Dei ira ob transgressionem Legum provocata est.* Ibidem tradit, Deum praedixisse prospera praelia per fulgorem ex 12 gemmis Pontificalibus emissum, & minus prospera, siquidem splendore illae destituerentur. Mohammedanorum hac in re opinionem his verbis pandit in manuscripta Historia Patriarcharum elegantissimus auctor, Kessaeus, de 12 علامة, *gemmis*, sive signis, in veste Aharonis existentibus scribens وان غل واحد من الاسباط كان يتغير علامة. *Si aliqua tribus peccasset, gemma* (sive signum) *ejus mutata fuit.* Dein idem enarrat ita deprehensum esse a Josua quendam qui furatus erat قطيفة *pallium.* Per quum sine dubio Achanem intelligit: nam ille abstulisse sibi legitur אדרת שנער אחת טובה *pallium, vel paludamentum, Babylonicum pretiosum.* Ita est in textu Hebraeo *Jos.* 7. 21. Interpretes Graeci ψιλὴν transferunt, & videntur אדרת שנער *pro tapete Babylonico* accepisse.

isse. Nam quod Vir Eruditissimus, Andreas Masius in *Comm. ad h. l. pag.* 134. putat illos per ψιλὴν voluisse innuere vestis genus *leve & expeditum*, id est, militare, minus arridet, quum ψιλὴ, etiam sine epitheto *Babylonici*, tapetum vulgo notet. Glossae: *Tapetum*, τάπη, ψιλή. *Psila* hinc apud Latinos. *Lucilius, lib.* I.

Psilae atque amphitapae villis ingentibu' molles.

Scilicet ἀμφιτάπης erat tapes utrinque villosus, sed ψιλὴ, ψιλοδάπις (uti Pollux *in Onom. l.* VI. *c.* I. & Eustath. *ad Odyss.* K. *p.* 378. scribunt) tapes minus vel ab una parte villosus. Isidorus, *Originum l.* XIX. *cap.* 25. ita differentiam utriusque speciei constituit. *Sipla* (puto legendum esse *Psila* vel *Psilae*, uti apud Lucilium legitur) *tapeta ex una parte villosa, quasi simpla. Amphitaba* (haec lectio sollicitanda non est, nec substituendum *Amphitapa*, quia Persae *Taba* per B tapete vocant,) *ex utraque parte villosa tapeta.*

XV. De *Sabbathis* nescio an aliquid aliud memoret Scriptor nostri Chronici, quam *Cap.* 38. quod *ea observarent* يحفظون السبوت. At constat ex illorum epistolis in Sabbathi hebdomadalis celebratione multum differre Samaritanos ab hodiernis Judaeis, qui inter nos vivunt. Hi enim Rabbanitae sunt, & בעלי הקבלה

§. XV. *Sabbatho ignem non alunt Samaritani.*

הקבלה *Traditionum πατροπαραδότων defensores*, quum בעלי המקרא sive *Karaei* (quo nomine notiores sunt) hac parte cum Samaritanis consentiant. Scilicet nostri Judaei ignem Sabbatho accensum habent, & insignem ardentium lampadum multitudinem alunt, quod Amstelodami, & alibi, ubi Judaei sunt, videre est: & in ipsa Misna, *Massechet Schabbath*, *cap*. 2. fuse agitur de Lampadum Sabbathinarum accensione; & ille qui lucernam extinguit, ut sumtibus parcat, reus pronuntiatur. Verum Karaei, quos se profitentur plurimi in Oriente, lampadum usum in Sabbatho damnant, nec ignem alunt, nec lucernas habent accensas, ii sc. qui in regionibus Orientalibus vivunt, nixi mandato Dei, *Exod*. 35. 3. לא תבערו אש בכל משבתיכם ביום השבת: *Non accenderis ignem in ulla aedium vestrarum die Sabbathi*. Quod praeceptum si de ipso actu accensionis, & non simul de accensarum lampadum continuatione, deberet intelligi, superfluum Karaeis videtur, quum in mandato de cessatione ab omni opere satis contineretur. Quem morem quod suo tempore videret observari Rutilius, *frigida* appellavit Judaeorum Sabbatha, quae sine igne transigerent, *v*. 389.

Radix stultitiae, cui frigida Sabbatha cordi.

Uti monuit Vir egregius & Praeceptor quondam

dam meus, cujus memoria ſemper mihi in honore erit, nuper rebus humanis ereptus, Cl. Jacobus Triglandius in Exquiſitiſſima Diatribe, *de ſecta Karaeorum*, *cap.* IX. *pag.* 131. Quibus haec duo teſtimonia addam; primum Bardeſanis quod Euſebius conſervavit *Praeparat. Euangel. lib.* IV. *cap.* 10. Δι' ἡμερῶν ἑπτὰ, πάντες ὅπου ἂν ὦσιν ἀργοῦσιν ἐκ παντὸς ἔργου, καὶ οὔτε ὁδεύουσιν, οὔτε πυρὶ χρῶνται. *Septimo quoque die* (*Judaei*) *omnes ubicunque terrarum degant* (quod hodiernis moribus plane eſt contrarium, nam Rabbanitae nulli ignem damnant) *ab omni opere vacant*, *nec iter ſuſcipiunt*, *nec igne utuntur.* Alterum eſt Theodori Metochitae in Hiſtoria Romana, quam primus typis edi curavit Lugduni Batavorum Cl. Meurſius; *anno* MDCXVIII. qui de Judaeis haec habet: Ἐν αὐτῷ (Σαββάτῳ) γὰρ οὔτε πῦρ ἅψαι συγχωροῦνται, οὔτε ξύλα συνάξαι. *Die enim Sabbathi nec ignem accendere iis licitum eſt nec ligna colligere.*

XVI. Annum Sabbathicum ab Samaritanis quoque obſervari, ex eodem *Cap.* 38. Chronici & literis illorum ad Anglos datis liquet: & ex ipſo Joſepho, jam Alexandri Macedonis tempore illum morem apud illos viguiſſe docemur. Ita hic *Antiquit. Judaic. lib.* XI. *c. ult.* Ἀξιούντων δ' ἀφιέναι τὸν φόρον αὐτοῖς τοῦ ἑβδοματικοῦ ἔτους· οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς σπεί- §. XVI. *De anno Sabbathico.*

σπείρειν ἐν αὐτῷ, τίνες ὄντες ταῦτα παρακαλοῦσιν ἐπυνθάνετο. *Quum vero peterent (Samaritani) ut (Alexander) iis remitteret tributum ſeptimi anni; ſe enim illo non ſerere, quinam illi forent, qui id peterent, percunctatus eſt.* Scilicet, quum & Judaei & Samaritani maximam partem ſuarum opum ex agrorum cultura acquirere deberent, grave ipſis erat anno ſeptimo, quo omnis ſatio interdicta erat, tributum ſolvere: unde poſtea Jannaeus permiſit Judaeis etiam anno ſeptimo agrum colere, ſed in illum uſum tantum, ut tributum ſolvere poſſent. In Chronico noſtro dicitur ويسمطو الارض من تاريخ يوشع الملك في كل سبع سنين سنة واحدة *Et cultum terrae intermittebant, ab Epocha Ducis Joſuae numerantes, unum annum e ſeptem.* Ubi per تاريخ يوشع. *Epocham Joſuae* intelligenda eſt aera, quae ab ipſo Jordanis tranſitu originem ducit. Ita noſter *cap.* 15. cui titulus خبر جوزان بني اسرايبل الاردن *Hiſtoria tranſitus Iſraelitarum per Jordanem*, tranſitum hunc enarraturus ita infit كما وفعلو بني اسرايبل وصاهم الملك وارتفع السحاب في اول شهر من السنه الاولي من السمطه الاولي من اليوبيل *Et fecerunt Iſraelitae, quod (Joſua) Princeps juſſerat, & ſublata eſt ab iis nubes (viae dux) primo menſe pri-*

mi

ni anni primae Schemittae ex Jubilaeo. Sic
t ab ipso Jordanis transitu primus annus e
eptem, quorum ultimus esset Sabbaticus, nu-
nerandus esset: nam per السمطه שמטה
idetur non ipsum annum septimum, sed to-
um septem annorum spatium intelligere; non
nim apte dicitur *primus annus ex Sabbathico*
rimo, si ipse sit Sabbathicus. Et apud Ju-
aeos שמטה non semper annum Sabbathi-
um, sed & integrum Septennium notat. I-
em de voce Jubilaei in textu Chronici nostri
ictum sit, quo nomine non unus annus, sed 50,
ntelliguntur. Erat autem hic annus, quo
ordanem transiverunt, juxta rationes Chro-
ologicas Samaritanorum, uti mox loco cita-
o scribunt, annus a Condito mundo 2794.
Quumque ab mundo condito usque ad obi-
um Imperatoris Hadriani in eodem hoc Chro-
ico numerent annos 4513 & 7 menses, facile
uivis inde supputando scire poterit an hic an-
ius E. G. Samaritanis sit Sabbathicus & quo-
us numero. Quamvis Illustris Scaliger in
Eximio opere, *de Emend. Temporum*, *l.* VII.
pag. 625. non recte Samaritanos illam ratio-
iem numerandi annos ad sua tempora referre
cribat, & alieno tempore Schemittam ab iis
bservari. Ceterum inter Christianos disqui-
i solet, an primus annus Sabbaticus compu-
ari debeat ita, ut septimus sit a Jordanis tran-
situ,

ſitu, quia dicitur *Lev.* 25. 2. כי תבאו אל הארץ *quum ingreſſi fueritis in terram*, an vero demum ab eo tempore quo tota terra acquiſita & diſtributa fuit, quod ſeptennio circiter poſt Jordanis tranſitum contigit. Ego his accedo, quod mox *v. ſeq.* 3. dicat Deus שש שנים תזרע שדך *ſex annis ſeres agrum tuum.* At ſeri non poterat ager, qui ſub poteſtate hoſtium erat: nec omnes Iſraelitae, ad quos ſermo Dei ſpectabat, ingreſſi erant in terram, cujus maxima pars ab inimicis incolebatur.

§. XVII. *De Decimis.*

XVII. De Decimis, in quarum ritibus deſcribendis adeo multi ſunt Judaei, nihil omnino, quod ſciam, Samaritani in literis ad Scaligerum, Ludolfum, alioſque Europaeos datis memorant: unde ſuſpicio alicui naſci poſſet, ac ſi haec pars cultus Divini, licet in Codice Moſaico praecepta, neglectui a Samaritanis haberetur. Quae exinde augeri videtur, quod Judaei ſcribant Manaſſem, generum Saneballathi, qui a Judaeis ad Samaritanos defecit, & univerſam religionem Samariticam nova facie induit, conceſſiſſe Samaritanis, ut nullas primitias, nullas decimas, erogarent. Ita ſcribit R. Salomo Ben Verga, in libro *Schevet Jehuda*, quem titulo *Hiſtoriae Judaicae* Latine edidit Vir Eruditiſſimus, Georgius Gentius, *edit. Amſtelod. pag.* 15.

ומנשה

ומנשה ערום היה ושלח כרוז לכל הסביבות שבכל מי שיבוא אל מקדשו לא ית מן התרומות והמעשרות כי אם מתנת ידו ורצונו כי אין חפץ האל בדברים שהם על צד הכרח כי אם בנדבה *Menaſſes autem callidus erat (ut hominum animos ſibi conciliaret) miſitque praeconem circumquaque, qui ediceret ſi quis ad Templum ſuum veniret nullas primitias nullas decimas eum daturum, ſed tantum quantum vellet: Deo enim non placere oblationes coactas ſed ſpontaneas.* Licet Deus ipſe manifeſto *Deut.* 12. 17. inter decimas & oblationes ſpontaneas diſtinxiſſet, quod Dei placitum ſacrilege vilipendit. Culpae tamen huic probabile eſt praetexuiſſe Menaſſen exemplum Ezrae, qui conſtituit ne Levitis decimae darentur, quod cum ipſo non adſcendiſſent Hieroſolymas, & quod illi in ſubſtitutione Sacerdotum pro Levitis licuiſſe videbatur, idem ſibi licere in remiſſione ſtatarum decimarum arbitratus eſt. Verum e Chronico noſtro patet decimas ab iis erogari ſolitas, eaſque geminas, quarum illas *decimas* عسر *ἁπλῶς*, has *ſecundas*, uti Judaei מעשר שני, ثاني عسر, appellant. Ita *Cap.* 38. *pag.* 181. ubi ſtatus pacatae rei publicae deſcribitur, diſertis verbis legitur, Iſraelitas (ita ſe appellant) inter alias conſuetudines

nes etiam hanc obſervaſſe dandi decima
Illae autem decimae primae dicuntur data
ن كل زرع وفاكهه وحيوان
وغير ذلك *ex omnibus ſatis, & fructibus*
& animalibus, &c. Additurque has data
eſſe Sacerdoti ſummo a Levitis : quod cun
Judaeorum moribus & ſtatutis non convenit
qui Decimas quidem Levitis datas fuiſſe faten-
tur, at ab iis non redditas Pontifici Maximo
Sed ex iis decimis, quas perceperant Levitae
dabant illi Sacerdotibus decimas alias, quae
מעשר מן המעשר *decimae de decimis* ap-
pellabantur. Unde forte in hoc textu Chro-
nici interponenda eſt particula من *ex*, ſic
ut ſenſus non ſit, Levitas dediſſe *illas deci-
mas*, ſed *ex illis decimis* aliquid, Sacerdoti.
Nec requirebatur ut eas darent *Pontifici Ma-
ximo*, quod Samaritani volunt, ſed לכהן
Sacerdoti ſimpliciter, uti & ſacrae literae &
traditiones Judaeorum loquuntur. Porro de-
cimas ſecundas ait ceſſiſſe in uſum orphano-
rum & pauperum: quum apud Judaeos מעשר
שני ſive decimae ſecundae, i. e. illae quae
poſt ablatam decimam primam & Levitis da-
tam e reliqua maſſa dabantur, Hieroſolymis
a dominis comedi debuerint, *Deut.* 12. 17.
18. & nonniſi tertio & ſexto anno ab anno
Sabbathico pauperibus & orphanis darentur,
quae מעשר עני *decimae pauperis* tunc appel-
laban-

labantur. At quotannis hoc privilegium iis non concedebatur.

XVIII. De *Primitivis* (ita appellamus eas oblationes, quae בכורים in sacris literis dicuntur, distinguendas ab תרומות, quae *Primitiae* vulgo audiunt, quarum illae e frugibus non elaboratis ad usum, uti tritico, hordeo, uvis, olivis, &c. hae ex iisdem, sed elaboratis, uti oleo, musto, &c. dabantur) in Chronico nostro, eodem capite, lego, quae بكر בכורים quoque ibi vocantur, & Sacerdoti dicuntur fuisse oblata, ex animalibus, satis, & frugibus. At de תרומות sive *primitiis* ibi altum silentium. Sic ut cum iis facere videantur Samaritani, qui nullam distinctionem inter *Biccurim* & *Terumoth*, i. e. *Primitiva* & *Primitias* agnoscunt: quamvis Judaei eo, quo dixi, & aliis modis, distinctas esse has oblationum species credant, uti vel ex Codicibus Misnicis, quorum ille titulum בכורים praefert, hic תרומות, manifestum est. §. XVIII. *De Primitivis.*

XIX. De planta, quae ante tres annos jam plantata erat, sanciverat Deus, ut quum fructus ejus primo triennio fuissent interdicti, quarto anno sancti essent Deo, quinto demum usui vulgari cederent, *Levit.* 19. 23. Judaei Interpretes hic in partes abeunt, & quidam existimant fructum quarti anni comedendum §. XIX. *De jure plantae quarti anni.*

esse

esse a Sacerdotibus, uti Abarbanel & alii: quidam vero eundem a possessoribus ipsis in loco sancto comedendum volunt, quod Sacra Scriptura expressis verbis Sacerdotibus illum fructum non concesserit, & קדש *Sanctitas* appelletur, scriptumque sit *Num.* 5. 9. sancta ad dominum pertinere, sic ut in potestare ejus situm videatur, quid de iis fieri velit. Samaritani, uti ex eodem Capite Chronici edocemur, cum illis faciunt, qui fructum quarti anni *Sacerdoti* الامام adsignant: & quum Judaei ex voce textus Sacri פרי *fructus* ligunt, nonnisi arbores illas, quae fructus in usum cibumque humani generis comparatos ferunt, huic legi subjectas arbitrentur, Samaritani eodem in loco fructum quarti anni deberi ab omni نصب *planta* nova, quae plantatur, scribunt.

§. XX. *De manumissione servi.*

XX. Circa manumissionem servi eodem Capite traditur, eam fieri consuevisse, postquam septem annos servierat. De qua re inter Judaeos & Christianos Interpretes magna est disputatio. Sunt enim qui existimant, quorum ego sententiae subscribo, manumitti servum debuisse postquam sex annos, non septem, servierat. Ita nos docent clara verba, *Exod,* 21. 2. כי תקנה עבד עברי שש שנים יעבד ובשבעת יצא לחפשי חנם *Ubi acquisiveris servum Hebraeum, sex annos ser-*

rviet, & septimo liber abibit gratis. Con-
fer *Deuter.* 15. 12. 18: Quae loca quum adeo
disserte indicent servum debuisse sex, non se-
ptem, annos servire antequam libertati resti-
uatur, & Sacer Codex contrariari sibi nequeat,
frustra sunt, meo judicio, qui in *Jeremiae Ca-
ite* 34. 14. nescio quas difficultates sibi fin-
unt. Haec ibi leguntur מקץ שבע שנים
תשלחו איש את אחיו העברי אשר ימכ
לך ועבדך שש שנים ושלחתו חפשי מעמ
ingulo septennio (quare haec ita vertam sta-
m dicam) *quique vestrum dimittetis servum
estrum quem emeritis vobis, quique vobis ser-
ierit sex annis, & dimittetis eum liberum a
obis.* Quis, precor, non videt in hoc quo-
ue textu dici, *postquam serviit sex annis*, non
ptem, adeoque & hunc pro nobis facere?
ed verba illa initialia מקץ שבע שנים trans-
runt quidam *a fine septem annorum*, atque
a videntur innuere servitutem septem anno-
m debere praecedere. At illa non posse ita
telligi sequentia satis ostendunt, per quae ea
plicantur, *postquam serviit sex annis.* Si
im Sacer Scriptor voluisset per קץ שבע
שנ *finem anni septimi* innuere, absurde
ox in eadem orationis pericopa addidisset,
i serviit sex annis: at, praeterquam quod di-
 posset annum inchoatum pro absoluto saepe
mi, & apud nos quoque vulgarem esse lo-

tionem, ten eynde van agt dagen/ quum ta-
men nonnisi una hebdomas intelligatur, ne
go קץ ubique finem vel extremum rei indi
care: notat intervallum, spatium, periodum
temporis: adeoque מקץ שבע שנים idem
erit, quod singulo intervallo septem annorum
i. e. singulo septennio. Quod si vera est il
lorum virorum sententia, qui servum singul
שמטה sive stato anno Sabbathico dimitten
dum fuisse statuunt, illi certe dubitare ne
queunt, quin sex annis tantum servire de
buerit: nam alias non singulis שמטות siv
annis Sabbathicis potuisset dimitti. Sed ego
ut dicam quod sentio, id non puto: sed ser
vum debuisse 6 annis servire ante manumissio
nem ex locis modo citatis edoctus sum, quo
fieri non potuisset, si quolibet stato anno Sab
bathico dimittendus fuisset. Quid enim d
eo factum fuisset qui tertio vel quarto demum
anno ante annum Sabbathicum servituti
addixerat? Proximo enim anno Sabbathic
dimitti non poterat, at dimitti debuit. Ne
video in *Deut.* 15. 12. sententiae contraria
praesidium esse collocatum, licet ibi conjun
gatur praeceptum de anno Sabbathico, cum
praecepto de manumissione servi. Quid enim
enim ibi dicitur? Servus Hebraeus *postquam*
serviverit Tibi sex annis, כי עבדך שש שנים
dimittetur. An hoc fieri potest, si quolibe
ann

nno Sabbathico dimitti debuit? Dicitur בשנה השביעי in anno ſeptimo, repetito ה demonſtrativo, quod ſaepe magnam emphaſin habere non nego, at hoc loco illud innuere, *in anno illo ſeptimo* Sabbathico, de uo ſtatim actum eſt, non exiſtimo: verum quentia, *poſtquam 6 annis ſervi it*, ſatis oſtenunt quomodo praecedentia explicare oporuit.

XXI. De Aſylis, eorumque numero & re, quandoquidem multa inter Judaeos & hriſtianos diſquiri ſolent, non ingratum erit amaritanorum hac de re opinionem exhibee. Ita illi Chronici *Cap.* 21. *pag.* 108. §. XXI. *De aſylis.*

ثم رسم لهم ان يفردوا من ساير اقطا
بني اسرايبل للبوانبه خارج من القس
ثمانيه واربعين مدينه ومن جملتها ست
مدن منها من جمله مدن السبطين ونصف
ثلث مدن ومن جمله اقطاع التسعه اسبا
ونصف ثلث مدن من هذه المدن امر الل
جل وعز ان تكون مفرده واسماه
مدن رد يعني ملجا للهرب ثم للقاتل
الذي يقتل صاحبه وهو لا يدري بذلك
يعني اتفاق او سهوا من غير اراده ول
بغضه تقدمت فتكون هذه المدن ر
من المثار ولا يقتل القاتل حتي يوقف
بين ايدي الاحكام وجماعه الاولي
وان كان قتل متعمدا قتل وان كا
سهوا هرب الي بعض هذه المدن ول

يخرج منها * الامام الكبير فان خرج عن تخم هذه المدينه ولقبه المثار وقتله كان بريا من دمه *Dein juſſit (Joſua) eos (Geometras, ſcilicet, agrorum menſores & regionum peritos) ſeparare Levitis ex omnibus poſſeſſionibus Iſraelitarum, extra diviſionem (jam factam) quadraginta & octo urbes, & ex iis ſex urbes, tres ex portione duarum tribuum & dimidiae (trans Jordanem, ſc. Ruben, Gad, & dimidiae Menaſſe) treſque alias e portione reliquarum novem tribuum & dimidiae. De urbibus hiſce (ſex) juſſit Deus O. M. ut forent ſeparatae: & nomen earum eſt, urbes repulſionis (eo quod repellerent vim ſequentis vindicis, in ſacris literis* עָרֵי מִקְלָט *urbes refugii, in Verſione Alexandrina* φυγαδεῖα, πόλεις φυγαδευτηρίων*, Chaldaica Onkeloſi* קִרְוֵי שֵׁיזָבוּתָא *urbes evaſionis)* i. e. *loca refugii, ita ut ſi quis inſcius occidiſſet ſocium ſuum, id eſt, caſu fortuito, vel per errorem abſque voluntate ſua vel odio, repellerent hae urbes vindicem caedis, nec occideretur homicida ille, antequam ſiſtatur ante Judicem & coetum procerum: Quod ſi data opera ſocium occidiſſet, & ipſe occidendus erat; ſi vero per errorem, confugiebat ad aliquam ex hiſce civitatibus, nec egrediebatur ex illa* (*hic in M. S. to deficit قبل موت vel ſimile quid) *ante mortem Pontificis Maximi: quod ſi e limitibus*

ibus ejus civitatis exiviſſet, occurrensque ei vindex caedis occidiſſet eum, liber erat ab ejus ſanguine. Hinc videmus clariſſime, Samaritanos ſex tantum urbes refugii agnoſcere, quae ſententia mihi quoque verior exiſtimatur, quam lla Judaeorum, qui credunt non 6 tantum, ed omnes 48 urbes Leviticas, aſyla fuiſſe. Quod & interpretes Alexandrini videntur putaſſe, quum *Joſ.* 21. 27. vertunt, τὰς πόλεις ὰς ἀφωρισμένας τοῖς φονεύσασι τὴν Γωλὰν καὶ Βεέσθερα, &c. Ita & Vulgatus. At in Hebraeo tantum eſt עיר מקלט in *ſing. urbs* efugii, & id nominis tribuitur urbi Golan, uae inter ſex aſyla eſt, *Joſ.* 20. 8. & diſtinuuntur 42 urbes Leviticae reliquae a ſex alis *Num.* 35. 6. Porro nomen ܡܕܝܢ ܡܣ *bes repulſionis*, quod repellerent & inhiberent vim vindicis, exprimit Hebraeorum ערי מקלט, *urbes inhibitionis*, vel contractionis, uod manus vindicis quaſi contraheretur, quoodo hanc vocem Cl. Gouſſetus in Lexico xplicat. Ceterum ſpatium temporis, quo homicida manere debuit in aſylo, definitur mor Pontificis Maximi, oleo ſancto uncti, uti in ſacris literis ſcriptum extat, quum Juaei non poſt illius ſolius mortem, ſed & ium aliorum Sacerdotum, liberum abitum homicidae concedant.

§. XXII. *De tempore sacrificii jugis.*

XXII. Memorabile & hoc eſt, quod de *ſacrificio* תמיד ſive *Jugi*, traditur eodem *Ca*pite 38, illud celebrari conſueviſſe قبل طلوع شمش وبعد غروبها *ante ſolis ortum & poſt occaſum ejus.* Tempus autem his verbi definiverat Deus *Exod.* 29. 38. *Unum agnum mactabis* בבקר *mane*, *alterum vero* בין הערבים *inter duas veſperas.* Unde videmus Samaritanos per hanc phraſin, *inter duas veſperas*, intelligere tempus poſt occaſum ſolis; quod & Karaei volunt: quamvis alii Judaei per eam credant innui illud ſpatium diei quod ſtatim poſt meridiem incipit, quodque nos pomeridianum appellamus, a ſexta hora juxta computum Judaeorum, ſive a noſtra duodecima. Et hinc ſimul perſpicitur, Samaritanos hac parte etiam cum Karaeis inter Judaeos conſentire, in tempore mactandi agni Paſchalis, qui בין הערבים *inter duas veſperas* mactari debuit, *Exod.* 12. 6. De Karaeis, qui illud *inter duas veſperas* dicunt eſſe tempus אחר שקיעת השמש *poſt occaſum ſolis*, adeoque tunc demum mactandum agnum Paſchalem cenſent, vide Cl. Triglandium *de ſecta Karaeor. p.* 27. De Samaritanis, quamvis ex eo, quod oſtenderimus illos per phraſin, *inter duas veſperas*, intelligere *tempus poſt occaſum ſolis*, ſatis liqueat, eos agnum Paſchalem demum mactaſſe poſt occa-

ſum,

um, expresse tamen id apparet in literis eorum ad ill. Scaligerum datis: *Sacrificamus in o (Paschate) vesperi, cum sol occidit.* Quod i ipsa Samaritana verba haberemus vis illorum melius posset deprehendi.

XXIII. Quot poenas capitales Samaritani habeant, ex *Capite* 28. videmur posse colligere, ubi Josua dicitur consedisse in throno, ut judicaret populum, ومنهم من قد وجب عليه القتل ومنهم من قد وجب عليه الحريق ومنهم قد وجب عليه الرجم, *& inter illos, qui jugulari debebant, qui comburi, & qui lapidari.* Videmus hic tres solummodo poenas capitales, quarum prima est I. *decollatio* הרג, (quod verbum convenit cum قتل, & licet utrumque generatim notet *occidere*, hic tamen de decollatione accipi debet) quum caput ense praeciditur, כדרך שהמלכות עושה *eo modo uti Romani facere solent*, sicut in Codice Misnico, *Sanhedrin*, *cap.* 7. legitur. II. *Combustio*, שריפה. III. *Lapidatio*, סקילה. His quartam addunt Judaei, חנק *strangulationem*, quum reus fimo ad genua usque immergitur, & linteum collo ejus circumdatum hinc inde trahitur, donec exspiret. Hoc mortis genus, quod sacrae literae inter poenas capitales non memorant, nec Samaritani videntur agnovisse: habetur autem a Judaeis pro poena levis-

§. XXIII. *De poenis capitalibus.*

ſima ex quatuor. Quod etiam Crucifixionis nulla hic fiat mentio, oſtendit nec Samaritanos illa poena uſos fuiſſe, nec credidiſſe illam *Num.* 25. 4. innui, uti volunt illi, qui Crucifixionem olim inter Judaeos uſitatam contendunt. Haec ita ſcripſeram, quum in alium Chronici Samaritanici locum incido, *Cap.* 3. ubi Legati a Moabitis ad Bileamum miſſi, mores Iſraelitarum deſcripturi, conqueruntur, quod nec ſenibus nec infantibus parcant, ſed ſevere in omnes animadvertant, & hos 4 modos memorant القتل بالسيف والرجم بالحجارة والصلب والحرق بالنار *occiſionem per gladium* (ibi vides illuſtrari τὸ قتل quod ſtatim ita explicabamus) *lapidationem*, & *ſuſpenſionem*, & *combuſtionem*. Hinc dubium poteſt oriri, num ſuſpenſio hic uti poenae novae ſpecies recenſeatur, an vero, quod verius crediderim, (quia proxime lapidationi jungitur, & aliam ſuſpenſionem vivorum hominum Judaei inter 4 poenas ordinarias ignorant) tanquam conſequens lapidationis. Solebant enim & illi ſuſpendi, juxta id כל הנסקלין נתלין, *omnes lapidati ſuſpenduntur.*

§. XXIV. *De crimine idololatriae Samaritanis objecto.*

XXIV. Nullum eſt atrocius crimen, quod Samaritanis objiciunt Judaei, idololatria, quum tamen in hoc Chronico nullum ſit, quod magis deteſtentur. Quid? quod ſe ſincero unius

nius Dei cultu a Gigantibus illis diſtin-
uant, contra quos Joſua bellum geſſit, quos
Cap. 2. appellant الراكعين للاصنام
والساجدين للاجرا *proſternentes ſe coram*
dolis & adorantes res corporeas. Sed jam
nte monui (*pag.* 5.) Samaritanos idolola-
ras quidem fuiſſe olim, 2 *Reg.* 17. verum
equentibus ſaeculis, & eo tempore quo mun-
di Servator inter nos vixit nullo jure idolola-
riae reos potuiſſe haberi. Τοῦ χρόνου προϊόν-
τος πάλιν τῶν μὲν εἰδώλων ἀπεπηδήσαν, ἔσε-
βον δὲ τὸν θεόν. *Lapſu temporis iterum abjecto*
idolorum cultu Deum adorarunt, ait rectiſſime
Chryſoſtomus *Homil.* 30. ubi colloquium
Chriſti cum Samaritana narrat. At quatuor po-
tiſſimum mihi videntur huic calumniae occaſio-
nem dediſſe: quorum primum eſt, quod cla-
re teſtetur Sacer Codex 2 *Reg.* 17. 29. 30.
Samaritanos coluiſſe idola ſua: verum hoc non
erat extendendum ultra, quam conſtaret illos
perſeveraſſe in ſua idololatria: nam poſtea,
uti & hodieque, pura ab omni idolorum vi-
guit vigetque apud illos religio. Huic ca-
lumniae fulciendae hanc addiderunt Judaei,
quum 2 *Reg.* 17. 30. inter Deos Samarita-
norum אשימא *Aſima* recenſeretur, Samarita-
nos in Pentateuchi initio ita legere, *in prin-*
cipio creavit Aſima coelum & terram, quod
quidam ex השם *Nomen* ſive *Deus*, (unde

אשׁמא ui אירא ex יי) pro *Elohim* lecto, ortum traxisse volunt, quod nec ipsum tamen in Pentateucho Samaritano extat. Alterum est, quod obversa facie ad montem Garizim orarent, eumque montem benedictum & cultui divino unice dicatum, & sacra quaedam deposita sub eo esse abscondita jactarent; quam rem quum plane fabulosam esse persuasum esset Judaeis, venit iis in mentem qui sacrorum vasorum occultationem sub monte Garizim ignorabant, illa quae abscondita illic dicebant Samaritani non alia esse posse, quam idola quae Jacob abdidit sub quercu prope Sichem, & abusi sunt, ut hac quoque parte Samaritanos onerarent, textu *Gen.* 35. 4. quamvis ibi non sub ipso monte, sed quercu vel planitie illa esse abscondita dicantur. Sic ut antiquiorem putem illam Samaritanorum traditionem de sacrorum vasorum occultatione, cujus Josephus jam meminit, hoc Judaeorum commento, quod idola a Jacobo abscondita adorarent; & tota illa fabula de idolis sub monte Garizim latentibus, non ex *Gen.* 35. 4. sed primum ex traditione illa Samaritanorum ortum traxerit, ad quam firmandam conferre textum illum *Gen.* 35. crediderunt. Epiphanius ubi de idolis iis sub monte absconditis agit, ita de iis loquitur, ac si inscii simulacra illa a Jacobo abscondita adorarent, & ac si

tan-

tantum in *Gen.* 35. oculos haberet intentos; quum tamen probabilius ſit totam hanc fabulam primo ortam ex illa, quae inter Samaritanos erat, traditione, de qua *Tom.* 1. harum *Diſſert. pag.* 151. egi fuſius. Quo etiam hoc teſtimonium Theophanis Ceramei, Archiepiſcopi Tauromenitani, facit, qui, non Jacobi tempore, ſed poſt conſtitutam Samaritanorum rempublicam, illos idola abdidiſſe ſub monte Garizim ſcribit. Haec ejus verba ſunt. *Homil.* 38. *pag.* 265. Μηδὲν ὑπερθέμενος Ἐσδρᾶ ἱερέα τὰ θεῖα σοφὸν, τὸν τρόπον χρηστὸν τὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλον πέμπει πρὸς τὴν Σαμάρειαν τὸ τῶν Ἑβραίων σέβας τοὺς ἐκεῖσε μυσταγωγήσοντα. Ὁ δὴ ἐνωτισθέντες οἱ μιερεῖς τῶν ἐκ τεσσάρων ἐθνῶν καὶ δείσαντες μὴ συντριβεῖεν ὑπὸ Ἐσδρᾶ τῶν θεῶν αὐτῶν τὰ βδελύγματα ἐν μυχῷ τοῦ ὄρους ταῦτα κεκρύφασι, πείσαντες τοὺς Σαμαρείτας ἐν ᾧ ἄν τις διάγοι τόπῳ τῷ ὄρει προσανέχειν καὶ προσκυνεῖν καὶ θεοκλυτεῖν. (*Rex Aſſyrius*) *nihil cunctatus, Eſram Sacerdotem, divinarum rerum ſcientiſſimum, bonis moribus & incomparabili virtute praeditum, mittit in Samariam, ut Hebraeorum ritibus ejus incolas initiaret. Quod cum reſciſſent homines ex* 4 *conſociati gentibus, qui ibi erant, & vererentur ne Eſras Deorum ſuorum abominanda ſimulacra demoliretur, ea in abdito loco montis occultarunt, ſuadentes habitan-*

tantibus Samariam, ut in quo loco quisque degeret, in montem intenderet animum, & adoraret, & Deum invocaret. Tertium, quod occasionem dare potuit Judaeis idololatriam exprobrandi Samaritanis, columba fuit in monte Garizim erecta, vel a Romanis, ut Samaritani scribunt, vel a Samaritanis ipsis, ut esset telesma. Disertis enim verbis columbae cultum iis exprobrant. Vide supra *Dissert.* III. *pag.* 137. Quartum, quod gentibus idololatricis Judaeorum inimicis saepe se adjungerent, & instabiles essent animo, sic ut se Sidonios dicerent, & Judaeorum inimicos, quum Syri praevalerent, & forte multa in gratiam Syrorum aliorumque populorum, quibus parebant, & passi sint & fecerint ipsi, quae illos idololatrici cultus & communionis cum moribus gentium suspectos Judaeis reddiderunt. Quo spectant haec verba Cyrilli in Johann. *lib.* VI. *pag.* 568. Ὀυ γὰρ ἀκριβὴς παρὰ τοῖς Σαμαρείταις ἐστὶν Ἰουδαισμὸς, μέμικται δέπως ἔθεσι ἐθνείοις καὶ Ἑλληνικοῖς τι ἐκείνων λατρείᾳ. *Non enim accuratus erat apud Samaritanos Judaismus, sed permixtum quidpiam moribus peregrinis & Graecis in ipsorum religione inveniebatur.* Et haec quidem conjicio praecipua fuisse, quae ansam dederunt Judaeis Samaritanos idololatriae accusandi. Quatenus autem jure hoc ab

ipsis

ſis factum fuerit, jam ex iis quae diximus
quere arbitror.

§. XXV. *Verba Chriſti ad Samaritanam, Joh. 4. 22. expenſa.*

XXV. Exiſtimant nonnulli idololatriam
amaritanis exprobrari verbis Chriſti, *Joh.* IV.
2. Ὑμεῖς προσκυνεῖτε, ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς
ροσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν
ουδαίων ἐστίν. *Vos adoratis quod non noſtis*
Nos adoramus quod novimus: quia ſalus ex
Judaeis eſt. Quaſi idola innueret, per illud,
uod adorarent: ſed neceſſe non eſt hunc ſen-
um verbis Chriſti dare: quum convenien-
iſſime de iis oppoſite ad gentem Judaeorum,
bolem Patriarcharum, & ſolam hactenus Ec-
leſiam Dei dicatur illos adorare, quod
on noverant. Non enim Deum noverant
amaritani tali cognitione, qua oportuit, &
ua ſalus acquiri poterat. Tales autem, li-
et Deum aliquem colant, & norint (novit
enim aliqua ratione unuſquiſque illud quod co-
it) dicuntur tamen in ſacris literis Deum
on noſſe, & ſine Deo eſſe: quomodo non
le gentibus tantum, ſed & impiis inter Ju-
daeos dicitur, eos Deum non noſſe. Ado-
abant quoque Samaritani Deum talem, qui
montem Garizim elegerat, ut in eo ſolenni-
ter adoraretur. Atqui ille Deus figmentum
eſt, & nihil; adeoque certa cognitione noſci
non poterat a Samaritanis. Verum Judaei,
e contrario, Deum colebant, quem certi e-
rant

rant ex ſcriptis Prophetarum (quae Samaritani non noverant) Hieroſolymis locum cultus ſui elegiſſe. Et huc potiſſimum videtur Chriſti oratio ſpectare, quia hoc erat, de quo mulier ipſum interrogaverat, locus ſc. & modus cultus, non objectum.

§. XXVI. *Samaritani ſe appellant filios Iſraelis.*

XXVI. Appellant ſe ipſos paſſim, quum de ſe loquuntur Samaritani in hoc Chronico, بنى اسرايل *Filios Iſraelis* (quamvis in ultimis Capitibus, quae ſerioribus ſaeculis videntur reliquis adjecta, ſe السامرة *Samaritanos* aliquoties vocent) & in Epiſtola ſecunda ad Eximium virum, Jobum Ludolfum, data, ſe ignorare ſcribunt, quid nominis ſit *Schomron*, unde *Samaritani* vulgo dicuntur: eſſe autem ſe בני ישראל, *filios Iſraelis*, & omnes oriundos *ex filiis Joſephi* הצדיק *juſti* (ita & Mohammedani illum Patriarcham appellant) *e tribubus Ephraim & Menaſſe & e filiis Levi & filius Pinchaſi, filii Eleazaris, filii Aaronis.* Quod autem ſcribunt ſe ignorare quid ſit nomen Schomron, aperte falſum eſt, nam nomen montis *Schomron* شمرون (unde hi dicti ſunt) extat in hoc illorum Chronico: quem textum *parte* 1. harum *Diſſertationum pag.* 125. exhibui. At forte pro nomine viri illud Schomron habuerunt, quia Cl. Ludolfus illos *filios Schomron* appellaverat, & hoc ſenſu dixerunt

xerunt se id nomen ignorare. Ceterum & Egesippus, citatus Eusebio *lib.* IV. *Histor. Eccles. c.* 22. Samaritas inter υἱοὺς Ἰσραὴλ *filios Israelis* recenset. Chrysostomus quoque in *Homil.* ad *Joh.* IV. Οἱ κατοικοῦντες οὐ Σαμαρεῖται ἀλλ' Ἰσραηλῖται ἐλέγοντο. *Qui montem Samariae incolunt, non appellantur Samaritani sed Israelitae.* Unde patet illos jam olim nomen Samaritanorum refugisse & adoptasse hoc filiorum Israelis sive Jacobi, ut origines suas magis occulerent. Ita & Ammonius in *Catena Patrum in c.* 4. *Johannis.* Σαμαρεῖται ἐκ γένους ὄντες τῶν Μηδῶν καὶ Περσῶν ἔθνους ἐπεφήμιζον ἑαυτοὺς τοῦ Ἰακώβ. *Samaritani, qui genus ducunt ex gente Medorum & Persarum dicunt se esse posteros Jacobi.* Et Cyrillus in *Comment.* in *Johann.* IV. 12. Σαμαρεῖται μὲν οὖν ἀλλογενεῖς Βαβυλωνίων γὰρ ἄποικοι πατέρα δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν Ἰακὼβ ἐπιγράφονται κατὰ δύο τρόπους. Ὡς γὰρ ὅμορόν τε καὶ γείτονα τῶν Ἰουδαίων οἰκοῦντες χώραν, ὀλίγα τῆς ἐκείνων λατρείας εἰς ἑαυτοὺς ἀνεμάττοντο, καὶ τοῖς Ἰουδαίων πατράσιν ἐπαυχεῖν ἐμελέτων. Ἄλλως τε, καὶ ἦν ὄντως ἀληθὲς ὅτι τῆς Ἰακὼβ ἐξέφυσαν ῥίζης τὴν Σαμάρειαν οἰκοῦντων οἱ πλεῖους. Ὁ γὰρ τοῦ Ναβὰτ Ἱεροβοὰμ δέκα τοῦ Ἰσραὴλ συναγείρας φυλὰς καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Ἐφραὶμ, ἀπαίρει μὲν τῆς Ἱερουσαλὴμ κατὰ καιρὸν τῆς Ῥοβοὰμ βασιλείας υἱοῦ Σολομῶντος, καταλαβὼν δὲ τὴν Σα-

Σαμάρειαν καὶ οἴκους ἐν αὐτῇ καὶ πόλεις ἐδείματο *Samaritani alienigenae , Babyloniorum quippe coloni, Jacobum tamen patrem venditant duplici hac ratione. Vicinam quidem & conterminam Judaeis regionem quum haberent , nonnulla ex eorum cultu ſacro expreſſerunt , & Judaeis patribus gloriabantur. Altera autem & verior ratio eſt , quod plerique Samariae incolae a Jacobo genus ducerent. Jeroboam enim filius Nebath , congregatis decem tribubus Iſraeliticis , & dimidia tribu Ephraimi profectus Hieroſolymis regnante Roboamo , filio Salomonis , Samariam occupavit, in eaque domos & urbes exſtruxit.* Liquet illud etiam ex *Joh.* 4. 12. *Num Tu major es patre noſtro Jacobo?* Quod autem aliquos ex ſuorum numero faciunt poſteros Pinchaſi , fit , puto , ut ſucceſſionem Sacerdotum ſuorum , quos adhuc habent, ſtabiliant. In hoc Chronico Pinchaſum ideo vocant ابونا *Patrem noſtrum*: utque certa generis propagatio conſtaret , Genealogias olim a Levitis ſcriptas eſſe *Cap.* 38. tradunt , at poſtea libros Genealogicos ſibi ablatos ſub imperio Hadriani conqueruntur. Benjamin , in Itinerario , quoque memorat illos gloriari כי הם משבט אפרים *ſe eſſe ex tribu Ephraim*, & eſſe ſibi *Sacerdotes e ſemine Aharonis.* Et jam Joſephi Ἀρχαιολόγου tempore dicebant ſe eſſe Joſephi poſteros uti videre eſt, *Ant. Jud.* IX. 14.

XXVII. Traditum eſt in ſacris literis, Regem Aſſyriorum Salmanaſſarem Iſraelitas, i. e. reliquias decem tribuum (antea enim Tiglath Pileſer Aſſyriorum Rex incolas Galilaeae, Gileadis & quarundam regionum affinium in Aſſyriam tranſtulerat, 2 *Reg.* 15. 28.) captivos abduxiſſe in Aſſyriam, & illorum loco miſiſſe in civitates Samariae homines ex Babylone, Cutha, Ava, Emath, & Sepharvaim, qui ab eo tempore poſſederunt Samariam, & habitarunt in urbibus ejus, 2 *Reg.* 17. 24. Hi vero quum a leonibus infeſtarentur, quod Deum non timerent, miſit Rex Aſſyriae unum e Sacerdotibus Iſraelitis captivis, qui novos illos Samariae incolas Dei cultum doceret. Quae res tamen hunc modo eventum habuit, ut & verum Deum, & falſos ſimul, colerent; quae religio Samaritana poſtea dicta eſt. Hae primae ſunt Samaritanorum origines, uti in Sacro Codice traduntur. Sed horum & recentiorum temporum Samaritani ab ipſo Joſua cultum ſuum in Garizim arceſſunt, & ſub Pontificatu Eli Judaeos ab iis ſeceſſionem feciſſe tradunt. Deinde non Salmanaſſarem, ſed Nebucadnezarem, Regem Perſiae, primo Judaeos oppugnaſſe, & Hieroſolymas evertiſſe, mox converſa mole belli ad Iſraelitas, i. e. Samaritanos, illos diſperſiſſe in terras peregrinas qua-

§. XXVII. *De originibus Samaritanorum.*

quaverſum, juxta praedictionem, *Deut.* 28
64. & ſubſtituiſſe loco Iſraelitarum وم من
الفرس *populum e Perſia*, qui cum ibi in
feſtaretur terrae ſterilitate, permiſiſſe Nebu
cadnezarem reditum & Judaeis & Samaritani
ſive Iſraelitis: Hos vero ad montem Garizim
illos Hieroſolymas, eſſe profectos. Mirus e
in hiſce ἀναχρονισμὸς, & ſtupenda confuſio
Haec duo tantum notabo. Samaritanos inco
larum novorum adductionem in Samariam
non Salmanaſſari, ſed Nebucadnezari, tri
buere: quod & Epiphanius videtur credidi
ſe, ita ſcribens in *Anacephalaioſi*, *pag.* 13
Σαμαρειτισμὸς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Σαμαρεῖται·
ἐστιν ἀπὸ Ἰουδαισμοῦ πρὸ μὲν τοῦ καταστῆναι α
τῶν τὰ δόγματα, μετὰ δὲ τοῦ εἶναι Ἑλλήνω
τὴν θρησκείαν. Καὶ μέρος τοῦ Ἰουδαισμοῦ τ
πρόφασιν εἰληφὼς ἀπὸ τῶν χρόνων Ναβουχο
δονόσορ καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας. *Sa
maritaniſmus & Samaritae. Hujus origo a
Judaiſmo deducitur, quae ſectarum apud Grae
cos divortiis & earum decretis ac dogmatib
antiquior eſt. Nam e ſinu Judaiſmi prodi
circa Nabuchodonozoris & Judaicae captivi
tatis tempora.* Epiphanium ex hoc loco Chro
nici noſtri illam opinionem mutuatum eſ
conjicit Cl. Vogelſangius in *Exercit. Theolo
pag.* 122. Secutus eſt hunc errorem Epiphani
vel deſcripſit potius Damaſcenus in libro d

Hae

Haereſibus. Alterum eſt, quod de novis Samariae colonis loquentes, ſolos Perſas memorent. Ita etiam tempore Antiochi Epiphanis, ut rabiem ejus effugerent, dixerunt ſe ἀποίκους Περσῶν καὶ Μηδῶν, *Perſarum & Medorum colonos. Joſeph. Antiq. Jud.* XII. 7. Qui & Cutham, unde Cuthaei כותים dicti ſunt, eſſe τόπον τινὰ καὶ ποταμὸν ἐν Περσίδι, *locum & fluvium in Perſide* ſcribit *lib.* IX. *Ant.* 14. Atqui in Chaldaea duas urbes, nomine *Cuthae* كوثى dictas, fuiſſe novimus, non longe a Babele: quare, quum Cutha mox cum Babele in Sacro Codice jungatur, alterutram ex iis innui probabile eſt: quumque ſaepe Babylonia ſub Imperio Perſarum fuerit, hinc urbs Perſica dici potuit, non autem Perſidis. Teſtimonium de Cutha ex Geographo Arabe exhibuit Vir in his literis ſummus, Thomas Hyde, in reconditae eruditionis opere *de Relig. Vet. Perſ. p.* 80. Et *p.* 77. oſtendit nobilem fuiſſe urbem Cutham, quod crederetur natale ſolum Abrahami Patriarchae fuiſſe. *Pag.* autem 39 etiam fluvios nomine *Cuthi* dictos memorat: quod & Joſephus ſcripſit. Ab iſta ergo Cutha, celebri Chaldaeae urbe, prope Babelem ſita, dicti ſunt Cuthaei & כותים.

XXVIII. Quod de *Corah*, quem more Orientalium قارون *Carun* vocat ſcri- §.XXVIII. *De Corah.*

 ptor

ad infimam Gehennae mansionem detruso.

ptor Chronici Samaritanici, *Cap.* 1. narrat, sapit traditiones Mohammedicas. Ut enim de ipso nomine nil dicam, quod non *Corah* קרח, uti id scribitur *Num.* 16. 1. sed قارون *Carun* pronunciat, uti in Alcorano fieri solet, quod omnes imitantur Mohammedani, nec quod ابن عم هارون *Patruelis Aharonis* appelletur, eadem phrasi qua hi uti solent, hoc mihi ex traditionibus Orientalibus haustum videtur, quod dicat illum descendisse الى القرار السفلي *ad mansionem infimam* Gehennae. Novi equidem Judaeos ipsos, praeeunte Talmude, infernum in *mansiones septem* שבעה מדורים distinguere, & in earum numero septimam esse eamque infimam quae ארץ תחתית *terra infima* iis nuncupatur, quamque Graeci τάρταρον appellarunt. At illum locum Judaei non adsignant Coracho, sed mansionem tertiam. Verum Mohammedani sunt, qui mansionem infimam Gehennae istiusmodi hypocritis adsignant, quales Korach cum suis erant. Vide *Suratam* IV. *Comm.* 144. Juvat ex manu scripta historia Prophetarum Kessaei, & nomina harum 7 mansionum, & illos quibus destinatae sunt (quamvis in iis omnes non conveniant) exponere. Prima mansio appellatur جهنم *Gehenna*, destinata لاهل الكباير iis inter Mohammedanos, qui gravium pecca-

cato-

catorum rei ſunt. II. لظى *Lada*, in qua erunt cultores idolorum. Cl. Hottingerus in *Append.* II. *ad Grammat. Chaldaeo-Syriacam*, *pag.* 190. haec enarraturus, male ſecundum hoc inferni receptaculum vocat الكبائر, quae vox *graviora peccata* ſonat, & ad praecedentia pertinet. III. الحطمة *Alhotma* Gogo & Magogo, & qui ipſis ſimiles ſunt. IV. السعير *Alſair*, Satanarum locus. V. سقر *Sacar*, eorum qui preces & eleemoſynas negligunt. VI. الجحيم *Alhazjim*, Judaeorum, Chriſtianorum & Magorum. VII. الهاوية *Alhaviat*, hypocritarum, qui externe religionem veram profitentur, intus pietate vacui. Hinc puto liquere cur Carun ad ſeptimam Inferni manſionem ablegetur. Qui autem legere vult Hiſtoriam Caruni, uti a Mohammedanis traditur, conſulat Cl. Gentii notas ad Guliſtan, ad *pag.* 54. & Cl. Herbelotii Bibliothecam Orientalem, ad hanc vocem. Ego ſolum hoc Epigramma Perſicum ex M. S.to Buſtan Scheich Sadi adponam, in quo mentio divitiarum Caruni.

چنين كفت شوريده در عجم
بكسري كه اي وارث ملك جم
اكر ملك بر جم بماند وتخت
ترا كي ميسر شدي تاج وتخت .

اكر كنج قارون بدجنك اوري
نماند مكر انجه بدخشي بري

Dixit aliquando stultus in Persia
*Ad Cozroem: O haeres regni * Sjam*

* (Sjam fuit sextus Rex Persiae, qu
vulgo جمشيد *Sjamschid* dicitur
شيد *Schid* veteri lingua Persica so-
lem significat.)

Siquidem penes Sjamum mansissent regnum & solium,
Quomodo ad te tiara regia, & thronus perveniissent?
Etiamsi divitias Carunis in manu haberes,
Nihil maneret ex iis, nisi quod alii das.

§. XXIX. *De astu & consilio Bileami.*

XXIX. Historia *Bileami* tam arcte conjungitur cum narratione scortationis, cujus se reos fecere Israelitae cum puellis Moabiticis, ut, licet *Num.* 25. 1. non dicatur hoc consilium a Bileamo Moabitis datum esse, facile tamen conjici posset. At clare id ipsum dicitur a Mose *Num.* 31. 16. de istis puellis loquente, *Nonne istae sunt quae deceperunt Israelitas ad suggestionem Bileami,* בדבר בלעם? Et clarissime, *Apoc.* 2. 14. Ὅτι ἔχεις ἐκεῖ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βαλαάμ, ὃς ἐδίδαξε

τὸν

τὸν Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεῦσαι. Samaritani noſtri fuſius totam illam hiſtoriam narrant, & conſilium a Bileamo datum, ita ut probabile ſit non aliter ab ipſo datum fuiſſe. Res eo redit. Bileamus, quum fruſtra imprecationibus tentaſſet nocere populo Iſraelitico, tandem Moabitas ita fere alloquitur: Rogatis me, qua ratione hunc populum ſuperare, aut finibus veſtris arcere, poſſitis. Videtis id me fruſtra per vota & diras tentaſſe. Fruſtra vos quoque eritis, qui vi aut dolo hanc gentem deleri, vel vinci, poſſe exiſtimatis: Stat enim pro illis Deus & Angeli. Quamdiu autem Deus iis favet, actum eſt de omnibus inimicis qui illorum perniciem meditantur. Quod ſi hoc fieri poſſit, ut Iſraelitae in peccatum inducerentur, tunc Deus eorum, qui Sanctus eſt, & peccatores odio habet, illos defendere nollet, & ſic, auxilio Divino deſtituti, facile ſuperarentur. Haec mihi unica & aptiſſima via judicatur, qua poſſent vobis ſubjici. Quod ſi porro rogetis, in quae peccata maxime proclives ſint eorum animi, Idololatria eſt & ſcortatio. Ad utramque allici debent. Seligite formoſiſſimas ex puellis veſtris, & mittite ad caſtra Iſraelitarum die Sabbathi, quo feriantur & in otio ſunt, ut animos eorum capiant; nec corporis ſui uſum

concedant antequam (amoris testandi gratia) ex cibis idolothytis, quos manu gerent, ederint, aut Deos earum coluerint. Ipsa Regis filia, (confer *Num.* 25. 14. 15.) curru vecta, qui celeritate ventos aequet, praecedens ad Tabernaculum tendat, & Ducem Israelitarum allicere conetur, quo in errorem inducto reliqui facilius seducentur. Huic consilio obtemperarunt Moabitae: quod nisi illam historiam ex Chronico nostro Samaritano jam exhibuisset Cl. Hottingerus in *Smegmate Orientali pag.* 446. eam hic inserere potuissem. Josephus eodem fere modo rem narrat; unde ex antiqua, & communi, traditione videtur hausta. Ita ille, *Antiq. lib.* IV *c.* 6. Balaamum inducit loquentem. Τὸ μὲν Ἑβραίων γένος οὐκ ἂν ὄλεθρος παντελὴς καταλάβοι οὔτ' ἐν πολέμῳ, οὔτ' ἐν λοιμῷ καὶ σπάνῃ τῶν ἀπὸ γῆς καρπῶν οὔτ' ἄλλη τις αἰτία παράλογος διαφθείρειε. Πρόνοια γάρ ἐστιν αὐτοῦ τῷ θεῷ σώζειν ἀπὸ παντὸς κακοῦ καὶ μηδὲν ἐπ' αὐτοὺς ἐάσαι τοιοῦτον πάθος ἐλθεῖν, ὑφ' οὗ καὶ ἀπόλοιντο πάντες. Συμπέσοι δ' αὐτοῖς ὀλίγα τε καὶ πρὸς ὀλίγον ὑφ' ὧν ταπεινοῦσθαι δοκοῦντες μᾶλλον ἀνθήσουσιν ἐπὶ φόβῳ τῶν ἐπαγαγόντων αὐτοῖς τὰς βλάβας. Ὑμεῖς δ' εἰ νίκην τινὰ πρὸς βραχὺν καιρὸν κατ' αὐτῶν κερδάναι ποθεῖτε, τύχοιτ' ἂν αὐτοῦ ταῦτα ποιήσαντες. Τῶν θυγατέρων τὰς μάλιστα εὐπρεπεῖς καὶ βιάσασθαι καὶ νικῆσαι τὴν

τὴν ὁρώντων σωφροσύνην ἱκανὰς διὰ τὸ κάλλος, ἀσκήσαντες τὴν εὐμορφίαν αὐτῶν ἢ τὸ μᾶλλον εὐπρεπὲς, πέμψατε πλησίον ἐσομένας τοῦ ἐκείνων στρατοπέδου καὶ δεομένοις συνεῖναι τοῖς νεανίαις αὐτῶν προστάξατε. Ἐπειδὰν δὲ κεχειρωμένους ὁρῶσι ταῖς ἐπιθυμίαις, καταλιπέτωσαν· καὶ παρακαλούντων μένειν μὴ πρότερον ἐπινευέτωσαν, πρὶν ἂν πείσωσιν αὐτοὺς ἀφέντας τοὺς πατρίους νόμους καὶ τὸν τούτους αὐτοῖς θέμενον ἡμῶν θεὸν τοὺς Μαδιανιτῶν καὶ Μωαβιτῶν σέβωσιν. Οὕτως γὰρ αὐτοῖς τὸν θεὸν ὀργισθήσεσθαι. *Hebraeorum genus nunquam plane interibit, nec bello nec peste, nec fame, nec ullo alio casu. Deus enim curam illorum habet, eosque servat, ne clades aliqua iis obveniat, qua omnes delerentur. Interdum tamen quaedam non poterunt vitari, quibus ad breve tempus adflicti, mox magis quam ante florebunt, castigatione ejusmodi ad sanitatem revocati. Quapropter si brevem victoriam de illis reportare vultis, hoc consilio voti compotes efficiam. Filias formosissimas, quae pulcritudine sua mentes eorum expugnare possunt, quantum fieri potest cultas & ornatas mittite, ut circum castra eorum obversentur, & juvenibus complexus expetentibus faciles se praebeant; ubi vero cupidine captos viderint, subito fugam simulent: rogatae vero, ut maneant, non annuant, nisi persuasis, ut relictis patriis legibus & cultu Dei, a quo eas acceperant, Deos*

Midianitarum & Moabitarum colant. Ita enim Deum sibi iratum reddent. Conferamus cum hisce Josephi Philonem, *sermone* 1. *de vita Mosis*, cujus haec verba sunt, de consilio Bileami. Εἰδὼς γὰρ Ἑβραίοις μίαν ὁδὸν ἁλώσεως παρανομίαν, διὰ λαγνείας καὶ ἀκολασίας μεγάλου κακοῦ, πρὸς μεῖζον κακὸν ἀσέβειαν ἄγειν ἑαυτοὺς ἐσπούδασεν, ἡδονὴν δέλεαρ προθείς. Εἰσὶ γάρ, εἶπεν, αἱ ἐγχώριοι γυναῖκες, ὦ βασιλεῦ, διαφέρουσαι τὴν ὄψιν ἑτέρων. Ἀνὴρ δ᾽ οὐδενὶ μᾶλλον εὐάλωτος ἢ γυναικὸς εὐμορφίᾳ· ταῖς οὖν περικαλλεστάταις ἐὰν ἐπιτρέψῃς μισθαρνεῖν καὶ δημοσιεύειν, ἀγκιστρεύσονται τὴν νεότητα τῶν ἀντιπάλων. Ὑφηγητέον δὲ αὐταῖς, μὴ εὐθὺς ἐμπαρέχεσθαι τοῖς ἐθέλουσι τὴν ὥραν. Ὁ γὰρ ἀκκισμὸς ὑποκνίζων τὰς ὁρμὰς ἐπεγείρει μᾶλλον καὶ τοὺς ἔρωτας ἀναφλέξει. Τραχηλιζόμενοι δὲ ταῖς ἐπιθυμίαις πάνθ᾽ ὑπομενοῦσι δρᾶν τε καὶ πάσχειν· πρὸς δὲ τὸν οὕτω διακείμενον ἐραστὴν λεγέτω θρυπτομένη τις τῶν ἐπὶ τὴν θήραν ἀλειφομένων, οὐ θέμις τῆς ὁμιλίας σοὶ τῆς ἐμῆς ἀπολαῦσαι, πρὶν ἂν ἐκδιαιτηθῇς μὲν τὰ πάτρια, μεταβαλὼν δὲ τιμήσῃς ἅπερ ἐγώ. Πίστις δέ μοι τῆς βεβαίου μεταβολῆς γένοιτ᾽ ἂν ἀρίδηλος, ἢν ἐθελήσῃς μετασχεῖν τῶν αὐτῶν σπονδῶν τε καὶ θυσιῶν, ἃς ἀγάλμασι καὶ ξοάνοις καὶ τοῖς ἀφιδρύμασιν ἐπιτελοῦμεν· ὁ δ᾽ ἅτε σαγηνευθεὶς πάγαις πολυειδέσι, κάλλει στωμυλίας, χορηγίαις οὐδὲν ἀντειπὼν ἐξηγκωνισμένος τὸν

λο-

λογισμὸν ἄθλιος ὑπηρετήσει τοῖς προσταττομένοις ἀναγραφεὶς τοῦ πάθους δοῦλος. *Conſcius enim Bileamus, unicam viam ad expugnationem Hebraeorum eſſe peccatum, ſc. ſi impotenti malo libidinis tentarentur, per voluptatem ineſcatos conatus eſt ad graviſſimum ſcelus pertrahere. Sunt, inquit, in regno tuo, ô Rex, mulieres quae forma reliquis praeſtant. Nulla autem re vir facilius capitur, quam pulcritudine mulierum. Si harum pulcherrimas permiſeris ob quaeſtum vulgare corpora ſua, facile capient juventutem hoſtilem. Sed praemonendae ſunt, ne rogatae ſtatim uſum corporis ſui concedant: haec enim ficta tergiverſatio magis accendet & incitabit eorum deſiderium, atque obtorto quaſi collo pertracti a ſuis libidinibus, nihil non patientur & facient. Sic ubi amatorem affectum viderit puella, ita ſuperbe loquatur: non licet tibi habere mecum conſuetudinem voluptatis, niſi, abjurato ritu patrio, eadem mecum numina colas: nec ante credam te mutatum quam videam non abhorrere ab noſtris ſacris & libationibus, quae in delubris noſtris peraguntur. Tum miſer ille, his retibus captus, conditione accepta, & repulſa ratione monitrice imperata faciet, ſervus redditus ſuarum libidinum.* Eadem fere tradunt Mohammedani, uti in Keſſaeo videre eſt. Meminit & auctor Chronici, *cap.* 41. *librorum Bileami*, e quibus gentes edoceri cupie-

piebant, qua via Iſraelitae perdi poſſent. Quo-
rum librorum Orientales ſaepe meminerunt
ex illis magos, qui Chriſtum infantem ado-
rarunt, didiciſſe adventum Meſſiae rati. Vi-
de Cl. Hyde *de Relig. Vet. Perſ. cap.* 31. & Her-
belotium in *Bibliotheca Orientali pag.* 528.

§. XXX. *De Moſe Nilum percutiente.*

XXX. Curioſe ſolent inquirere Judaei Interpretes, quum de converſione aquarum Aegypti in ſanguinem agunt, num ea per Moſen, aut Moſen & Aaronem ſimul, peracta, & diverſae aquae a ſingulis percuſſae ſint. Abarbanel jubet nos attendere ad *Exod. c.* VII. *v.* 17. 18. & conferre cum *v.* 19. Prior verſus deſcribit partes Moſis, qui extenſo baculo mutaturus erat aquas היאר *fluminis*, i. e. Nili ſolas; aliarum enim non fit mentio. Ita habent verba Moſis ex mandato Dei: *Ecce ego percutiam virga hac, quae in manu mea eſt, aquam fluminis* (male quidam hanc vocem יאר per *rivum* & hic & alibi transferunt, nam & Nilus & Tigris, maxima flumina, ita appellantur *Amos* 8. 8. *Dan.* 12. 5.) *& vertentur in ſanguinem. Piſces quoque qui ſunt in flumine morientur, & computreſcent aquae, & affligentur Aegyptii bibentes aquam fluminis.* At, quae ſequuntur, partes Aaronis videntur deſcribere, qui non Nilum, ſed reliquas aquas Aegypti, in ſanguinem converteret. *Dixit quoque Deus ad Moſen: dic*

Aha-

Aharoni; Tolle virgam Tuam & extende manum suam super aquas Aegypti & super fluvios eorum & rivos ac paludes & omnes congregationes aquarum, ut vertantur in sanguinem, & sit cruor in tota terra Aegypti: & mox de utroque *v.* 20. *Feceruntque Moses & Aharon, sicut Deus praeceperat.* R. Tanchum tamen, in *Schemoth Rabba*, & Raschi, putant Mosen ipsum virga Nilum non feriisse, ne videretur ingratus in fluvium, qui se infantem exceperat. Samaritani nostri favent illis qui Nilum a Mose percussum volunt, quum Josuam, *cap.* 7. ita introducunt alloquentem defunctum Mosen يا قاتل النيل بعصاتك *O Tu, qui jugulasti Nilum baculo tuo.* Eleganter Arabes jugulari liquores dicunt, quum inficiuntur, aut aliis rebus ineptis miscentur. Sic & Latini, de quibus egi in *Differt.* secunda *de Nummis Veter. Hebr. pag.* 18. Hoc addam, in Lexico Zjeuhari legi قتلت الشراب من جنة *Jugulavi vinum, id est, miscui illud.* Eadem phrasis قتل النيل *Jugulare Nilum Cap.* 29. hujus Chronici reperitur, ubi tamen Scaliger in suo exemplari substituendum judicabat قطع *percutere*, quae locutio magis obvia est. Ego nihil muto.

XXXI. Insignis locus est, *Jos.* 9. 3. ubi Sacer scriptor enarraturus dolum Gibeonitarum, §. XXXI. *De dolo*

Gibeonitarum.

rum, quo Josuam aggressi sunt, ut salu
suae consulerent, ita incipit שבי גבעון
מעו את אשר עשה יהושע ליריחו
עי : ויעשו גם המה בערמה וילכו וגו
Et incolae Gibeonis audiverunt quodcunque Jo
sua fecerat Hierichunti & Ai : Et illi etiam
fraudulenter egerunt, & profecti sunt, &
Torquent interpretes hae voces נם המה
illi etiam, &, ut Eruditissimi Masii verbis u
tar ad hunc locum, *quorsum spectet compara*
tio illa quae vi voculae etiam *continetur. Ne*
que enim nuper aliquorum hominum dolus at
que astus est commemoratus, cum quo ist
Gabaonitarum conferatur. Et Talmudici qui
dem, quorum opinionem, nimis profecto lon
ge repetitam, refert R. Salomon, putant hanc
Gabaonitarum fraudem veluti talionem esse il-
lius qua usi olim fuerant filii Jacob ad oppri-
mendos Sichemitas, Gabaonitarum gentiles. At
post pauca hunc loco sensum dat; quum su-
perioribus versiculis expositae essent regulo-
rum per Chananaeam consultationes, conspi-
rationesque, neque Gabaonitas sibi defuisse,
sed *illos etiam*, גם המה, se opposuisse Israeli-
tis, non quidem vi, sed astu & prudentia. Quae
mihi videntur sufficere ad hujus loci explicatio-
nem. Sed, quod aliquis primo intuitu con-
jicere posset ex hoc loco & suspicari, ac si
ipsi Israelitae olim simili dolo usi fuissent, quo
hic

hic utuntur Gabaonitae, & qua propter dici posset, *Etiam illi*, scilicet, uti ante ipsi Israelitae, eundem dolum adhibuerunt, id Samaritani aperte narrant in Chronico suo, uti veram historiam. Exploratores nempe Hierichuntem missos simulasse se venisse e locis longinquis &c. Et id postea Gibeonitas imitatos fuisse scribunt. Integrum illud caput 13. ex Chronico nostro Latine tantum dabo, (omissis observationibus Criticis circa textum ipsum ejusque emendationem) & Arabica omittam, ne longior sim. Ita Arabice incipit. لما سمع يوشع بن نون بتجييش الكناعنة واجتماع الجبابرة انفذ الجواسيس *Quum audivisset Josua fil. Nun Cananaeos colligere exercitum & Gigantes convenire, misit exploratores, viros sapientes, prudentes, fortes & religiosos, ut lustrarent exercitum hostilem & Hierichuntem* (بريحا) *versus tenderent, & in numerum eorum, qui in ea erant, & illorum, qui se iis adjunxerant, inquirerent, quibus peractis reverterentur & ipsi quod res erat, significarent. Valedixerunt itaque exploratores exercitui, & implorato Dei praesidio profecti sunt, sed mutato habitu suo perinde ac si e locis longe dissitis venissent. Callebant etiam omnes linguas, quarum in castris hostilibus usus erat, & coeperunt flere (ubi ad hostes pervenerant.) Hi vero*

quum

quum illos de ſtatu ſuo interrogarunt, hoc reſponſum ab exploratoribus tulerunt. Nos ſumus ex populis Orientalibus, (ممن اهل الشرق quaſi dicerent *ex Saracenis*: nihil enim aliud notat vox Saracenorum quam populos Orientales, licet vulgus eos a Sara dictos autumet) *& audiverunt ſocii noſtri geſta hujus magnae gentis, cui in deſerto quadraginta anni exacti ſunt ſine duce ullo aut viatico. Porro nunciatum eſt coetui noſtro eſſe iis Dominum, quem ajunt eſſe Regem coelorum & terrae, & poſſidendam iis dediſſe noſtram & veſtram regionem. Quarum rerum, ad nos delatarum, veritatem ut exploraremus, & certiores eos faceremus, ſocii noſtri nos miſerunt. Quare profecti ſumus ad vos e loco remoto, & vos adhuc in negotiis veſtris eſtis occupati. Gentis illius caſtra nos intravimus, & deprehendimus illam perplexam & vagabundam per deſertum, & revertentem* (*ſaepe ad ea loca a quibus erat digreſſa, id eſt, oberrantem.*) *Erat autem ſecretum eorum, quod inter ipſos erat, Deum eorum iis iratum eſſe, nec ultra duos viros ex iis terram illam eſſe ingreſſuros: quo bono nuncio percepto laeti & gaudentes ſumus reverſi. At illo tempore cognovimus ea, quae fecerant Sihoni & Ogo, & poſſeſſionibus & terris eorum & Regibus Moab; qnomodo captivas abduxerint mulieres, quomodo infantes, & glorientur ſe veſtram*

ram regionem, & deinceps nostram quoque trauros. Festinavimus itaque ut socios nostros de hac re certiores faceremus, at dum ad los proficiscimur, de monte descendentes, vix aulum a monte aberamus, quum tres quatuor-e viri nos aggrediuntur & singuli singulos e obis capiunt. Hi nos stiterunt coram Rege no-o (Josuam innuunt) *qui Mosi Prophetae in gno successerat, & vir erat misericors, man-etus,* ἀπροσωπολήπτης, *& summae fortitu-inis; cujus oratio frangere apta erat animos, ijus sermo corda hominum findebat, & cu-is increpatio mentes reddebat attonitas. Si-ulatque ante ipsum constiteramus, cognoscebat omina nostra & familias & patriam, & mpus quo exieramus, & loca per quae iter stitueramus, denique a veritate non aberrabat ullo verbo quod proferebat. Nos vero, prae etu, credidimus in eum & Deum ejus. At le : Fides hujusmodi quam vos profitemini* tantum ex metu) *mihi pro vera non habetur. Nihil vobis metuendum est. Abite, redite & icite unicuique cui occurretis, & sociis vestris, t saluti suae consulant, nam qui fugerit, ser-abitur, qui manserit, peribit. Intra hebdo-adae spatium stabit mihi aqua Jordanis, & raecepit Dominus noster; ut transeat populus us, nec erit arx quae clausa manebit coram lis, ubi septies eam circumiverint, sed cor-*

 ruet

ruet murus ejus & peribunt superstites, quos
in urbe invenient. Urbes illae sunt urbes no
strae, possessiones illae possessiones nostrae a Re
ge coelorum & terrae (nobis adsignatae) *cu*
jus creaturae & servi omnes Reges sunt. E
haec quidem summa est eorum, quae ex ips
audivimus. Didicimus quoque nomen ei ess
Josuae filii Nun, qui in fugam conjecit A
malekum, interfecit Sihonem, subjugavit O
gum, & Reges Midianitarum & Moabita
rum perdidit. At Vae nobis & vobis &
omnibus qui se in terram nostram aut vestram
receperint. Sunt enim populi, qui nullius mi
serentur nec ullum superstitem relinquunt, se
terras aliorum occupant, nec pacem cum ull
ineunt, nisi qui a nobis & vobis diversus su
Nos enim habent pro infidelibus, impiis, su
perbis & rebellibus. Quod autem optimum er
& nobis & vobis, quisque cum familia sua
quanta fieri potest celeritate exeat e possessioni
bus suis, ne poenitentia ducantur quum ea non
proderit. Et perrexerunt illi, equis vecti, &
ita dixerunt unicuique obvio donec Hierichun
tem devenirent, ubi agniti fuerunt & quaesit
ad necem. Confugerunt autem ad mulierem, cu
nomen Rahab, πανδοκεύτριαν, الفندقية, *cu*
jus aedes erant prope murum arcis, quae eduxi
eos & protexit, illi, qui eos quaerebat, asse
verans eos esse reversos. Eo tempore utrimqu

foe

foedus initum est, quod, si Deus O. M. urbem hanc iis traderet, ipsam superstitem fore relinquendam cum iis qui ex gente ejus in ejus domo invenirentur. Et stipulati sunt Exploratores, ut tecto domus suae imponeret signum aliquod, quod conspicere possent, eo tempore quo cognosceret illos ad Urbem accedere, at, de illo quem de ejus familia extra aedes offenderent, sese liberos esse a sanguine ejus dixerunt. Tunc eduxit illos nocte, & Deus salvos eos evadere voluit. Hi ad Exercitum reversi nunciarunt Regi & Sacerdoti & coetui ipsorum ea quae viderant & quae iis acciderant, & quaecunque mulier illa in gratiam eorum fecerat. Quibus tota Congregatio respondit, se parcere velle mulieri, quemadmodum illi cum ea convenerant. Et fama ejus per totum exercitum sparsa est, & totus coetus eam cognovit.

§. XXXII. *De Scaubeco, Rege Persiae.*

XXXII. Vix quidpiam in Chronico nostro fusius traditur, quam bellum Josuae cum Rege Persiae Scaubeco, quod undecim capitibus enarratur, quodque jam Cl. Hottingerus in *Historia Orientali*, *pag.* 60, & *seq.* inde exhibuit: quo lectorem remittimus. Illud fragmentum, quod ibi Hebraice citatur ex, ספר זכרוני הכותים *Libro Chronico Samaritanorum* subjungi solet libro Juchasin, at non est R. Abrahami Zacuthi, qui auctor ejus libri est, sed R. Samuelis Schullam, qui

notas addidit. Duas tantum paginas in quarto (uti vulgo loquuntur Bibliopegi, implet, &, quamvis illum librum זכרני הכותיים Hebraice quaeſiverim integrum, nondum tamen reperire potui. Non puto tamen eundem eſſe cum noſtro Chronico ſive libro Joſuae. Sunt plura Chronica inter Samaritanos, uti Abulfetachi & aliorum, e quibus illa peti potuerunt. Totam vero illam Hiſtoriam Schaubeci confictam eſſe ſatis apparet, ut alia taceam, ex ipſius Genealogia, collata cum ratione temporum. Ait Schaubec, *cap.* 37. *pag.* 175. انا شوبك بن حمام بن فوط بن حم بن نوح الذي باركه الله وقت خروجه من السفينه *Ego ſum Schaubec, filius Hemam, filii Phut, filii Cham, filii Noachi, cui Deus benedixit, quum ex arca egrederetur.* Erat itaque a Noacho quartus, uti & Eber, cui oportuit fuiſſe circiter coaevum Schaubecum. Ita enim pariter Genealogia utriuſque protenditur.

Noach.

I. *Sem.*	I. *Cham.*
II. *Arphaxad.*	II. *Phut.*
III. *Selach.*	III. *Hemam.*
IV. *Heber.*	IV. *Schaubec.*

Heber autem ex hac vita deceſſit circa annum

num a mundo condito 2188, & Schaubec, qui fingitur Josuae aequalis, quatuor saeculis post vixit. Quod si Josuae, qui σύγχρονος Schaubeco statuitur, Genealogiam conferamus cum illa Scaubeci, majus discrimen apparebit. Illam ita fere a Noacho deductam damus, licet non ignoremus, dubia quaedam moveri de iis, qui Josuae aetati proximi sunt, quae hic excutere non vacat.

Noach.
Sem.
Arphaxad.
Selach.
Heber.
Peleg.
Rehu.
Serach.
Nachor.
Terach.
Abraham.
Isaac.
Jacob.
Joseph.
Ephraim.
Beriha.
Rephach.
Rescheph.
Telach.

Tachan.
Ladan.
Hammihud.
Elisama.
Nun.
Josua.

Quis credat inter Noachum & Schaubecum tres solum modo, patrem, avum, proavum intercedere, eosque tam diu vixisse, contra leges illorum temporum; & inter Josuam Schaubeco aequalem, & Noachum, tres & viginti? Adeone summum Numen faveri generi Chami, cui maledixerat, ut tres ex ejus stirpe oriundi vitam aequaliter produxerint cum tribus & viginti Semi posteris? Si vel ad hoc unum attenderent Samaritani, satis conspicerent fabulosum esse hoc Chronicon suum, nec fidem mereri. Adde quod cap. 26. Schaubecum non Hemami, sed رعوان *Ravani*, filium appellent; quae quomodo conciliari possint, ipsi viderint. Ceterum altum apud orientales de hoc Schaubeco silentium est. Mohammedani regem Persiae Josuae aequalem faciunt نودر *Naudar*, octavum in serie Dynastiae Pisdadaeorum: quamvis nuper ad me librum miserit ἀκέφαλον & ἀτέλευτον Vir Celeberrimus, *Jacobus Meyerus*, Graecae & Exoticarum linguarum in Athenaeo Bremensi Professor dignissimus,

fiſſimus, in quo caput erat hoc titulo خبر نبوت يوسع بن نون اندر عهد منوجهر *Hiſtoria Prophetiae Joſuae fil. Nun, tempore Manusjeher.* Fuit autem hic Rex Perſiae, cui Naudar ſucceſſit. Nec ipſum nomen *Schaubec* norunt, ſed affine شيبك *Schaibec*, qui filius fuit Touſchi, filii Gingiſchan cujus poſteri adhuc in Transoxiana regione imperant.

XXXIII. Verum, quid illud eſt, quod *Cap.* 43. lego de Samuele Propheta? وكان شامول من سبط هارون اللبواني الساحر والكافر *Fuit autem Samuel ortus ex tribu Aaronis, Levita, Magus, & vir infidelis.* Horreſco referens. Scilicet ab eo tempore, quo a Judaeis ſeceſſerunt Samaritani, & populus quidam hoc nomine a Judaeis diverſus eſſe coepit, ſolam Legem Moſis ſive Pentateuchum pro verbo Dei habentes, ignominioſe traducere reliquos Prophetas, qui aliquo in honore erant, penes Judaeos, e re ſua eſſe crediderunt. Eulogius, Epiſcopus Alexandrinus, cui multum negotii fuit cum Samaritanis, teſte Photio, aliquos ex iis, praeeunte Doſitheo, ὑβριστὰς τῶν θεοῦ προφητῶν, *injurioſos in Prophetas Dei*, jam ſuo tempore, id eſt, ſaeculo poſt Chriſtum ſexto obſervavit. Quumque maximi inter illos nominis Samuel fuerit, mirum non eſt ſi den-

§. XXXIII. *De Samuele Propheta.*

tes illorum juxta cum aliis ejuſdem claritatis ſit expertus. Nam & Ezrae Scripturam maledictam in epiſtolis ſuis vocant. Quod eum dicunt eſſe ex tribu Aaronis, non debet intelligi, ac ſi ex poſteris Aaronis, aut familia Sacerdotali ortum traxiſſet, quod aperte negant ſacrae literae; ſed ex eadem tribu, qua Aaron, Levi ſcilicet. Ita etiam loquuntur Mohammedani de proſapia Samuelis, (quem اسمويل *Iſmouil* vocant, & a quo Caicobadum Perſiae Regem veri Dei cultum accepiſſe ſcribunt, benignius de eo ſentientes quam Samaritani) illum oriundum ex tribu Moſis & Aaronis. Unde autem criminis magiae potius, quam alius cujuſdam, reum fecerunt Samuelem? Credo, quod dicatur poſt mortem ſuam arte magica a muliere ſaga evocatus. Eodem illo capite magiae peritum quoque faciunt Pontificem ايلي *Eli*, quem fingunt, quum jam 50 annos natus & lis ei de Sacerdotio mota eſſet a filius Phineaſi, populum congregaſſe بسيلون *Siluntem*, & ibi aedificaſſe نـاوو سـا *ναὸν Templum*, ad inſtar illius quod in monte Garizim erat, quodque a Joſua exſtructum olim ferunt, in quo cum ſuis poſtea ſacra fecit. Quo tempore primum Schiſma ortum dicunt inter Iſraelitas, ſic ut Judaei, Elin ſecuti, in Schilo ſacra fecerint, & poſt Hieroſolymis: alii vero Iſrae-

Iſraelitae, i. e. Samaritani conſtanter adhaeſerint monti Garizim, & Sacerdotium in ſtirpe Phineaſi continuaverint, uti in literis ſuis nuperrimis gloriantur. Sequenti *Capite* 44. ex hoc ſchiſmate occaſionem ſumſiſſe Philiſtaeos fingunt bellum inferendi Judaeis, qui jam minori numero erant, in quo arca capta eſt, &c.

§. XXXIV. *Excerpta quaedam Chronologica.*

XXXIV. Juvat & Chronologica quaedam ex Chronico noſtro excerpere, & eo quidem magis, quod illa abeant in nonnullis ab ratione temporum, quam habet Abulfetach, recens ſcriptor Chronici Samaritanici, quod ab antiquo illo eſt diverſiſſimum. *Cap.* 15. a mundo condito uſque ad tranſitum Jordanis annos 2794 effluxiſſe ſcribunt, quod jam notavit Ill. Scaliger in vaſto doctiſſimoque opere *de Emend. Tempor. Lib.* VII. *pag.* 625. quem vide. Judaei vero conſtanter ſcribunt tranſitum Jordanis contigiſſe anno mundi 2488. *Cap.* 38. & 40. ab Adamo uſque ad finem ايام الرضا *temporum gratiae* (quae durarunt 260 annos) 3054 annos numerant: ab Adamo ad Alexandrum 3902 annos. At Illuſtris Scaliger & Hottingerus in *Enneade Diſp. pag.* 35. ſcribunt illos numerare 3930. Et hic verba citat ex Chronico *cap.* 46. ſed pro eo, quod legit ثلاثين, 30, in meo codice eſt الاثنين, 2. Abulfetach Alexandri ad-

adventum in Palaeſtinam refert ad annum mundi 4094. Ab Adamo uſque ad mortem Hadriani Imperatoris annos numerant in Chronico noſtro 4513. At Abulfetach 4563. Ceterum qui Chronologiam Samaritanorum ex Abulfetacho in compendium redactam legere vult, adeat *Acta Eruditorum Lipſienſium*, *Tom.* x. *Ann.* 1691. *pag.* 167 — 173. ubi inſerta illa eſt ab Celeberrimo Viro, Eduardo Bernardo, in tabula exhibens ſummam rerum Samaritanarum ab mundo condito uſque ad annum (juxta aeram Samaritanam) 6125, qui convenit cum anno epochae Chriſtianae 1685.

§. XXXV. *Conſenſus Karaeorum cum Samaritanis.*

XXXV. Videamus denique conſenſum Samaritanorum cum Karaeis, cujus quaedam ſpecimina jam exhibui: nunc ea junctim cum aliis nonnullis hic traditurus; lectoribuſque judicandum relinquens, unde hic conſenſus natus ſit, & an non pro antiquitate doctrinae Karaeorum hinc peti argumentum debeat.

I. Samaritani gaudent ita appellari quaſi *cuſtodes*, שומרים, & *obſervatores Legis Moſaicae*, Φύλακες τῆς κατὰ τὸν νόμον Μωυσέως διατάξεων; uti Epiphanius loquitur, & Karaei קראים, Νομικοὶ, *Luc.* 10. 25. בעלי המקרא *Legis ſcriptae obſervatores.*

II. Samaritani nullis traditionibus in negotio religionis locum concedunr. *Epiſt.* 1. ad Scalige-

ligerum: *Nos nihil facimus, nisi juxta mandata Dei in Lege Sancta per manum Mosis super quem pax in aeternum sit. Judaei vero deserunt quod dicit Dominus in Lege, & faciunt, quemadmodum dicunt iis sapientes & seniores eorum.* Karaei quoque, quos ita introducit Cl. Triglandius, in *Diatribe de Karaeis pag.* 118. *Sentiunt Rabbanitae res multas Mosi esse dictas in Sinai quae non sint comprehensae in Lege scripta ... At nos Scripturarii haec credimus nequaquam, sed tantum ea quae Deus benedictus praecepit Mosi fideli in domo sua, quaeque universa in Lege perscripta habentur.*

III. Samaritani nocte Sabbathi ab consuetudine uxoria abstinent. *Epist.* 1. *ad Scalig. Si interrogas de observatione Sabbathi, nos observamus illud sicut dixit Dominus (Exod.* 16. 29.) Non egredietur quisquam de loco suo in die Sabbathi, &: requievit populus die septimo: *Sed in domo Dei orationis causa laudes tantum & magnalia Dei cantantur, lectioque legis sanctae habetur : non enim facimus in eo opus aliquod, cum mulieribus quoque non dormimus, nec ignem accendimus.* Karaei idem observant, & colligunt ex eo, quia dicitur Sabbathum esse sanctificandum. Vide Cl. Trigland. *l. c. p.* 133.

IV. Samaritani ignem non accendunt, nec

alunt Sabbatho. Idem Karaei. Vide ſupra, *pag.* 39.

V. Samaritani Sabbatho non progrediuntur extra urbem, aut jumento vehuntur, ſed eunt tantum quo exercitia pietatis ducunt. Epiſt. ad Anglos. *Nos tum* (Sabbatho) *haud egredimur aliquo praeterquam ad Domum Domini, orandi cauſa, &c.* Karaei ſimiliter. Trigland. *l. c. p.* 133.

VI. Samaritani Pentecoſten ſupputant a die craſtino Sabbathi. Scilicet praeceperat Deus manipulum offerri debere ממחרת השבת *craſtina Sabbathi*, & inde numerandos eſſe dies quinquaginta, qui inter Paſcha & Pentecoſten eſſent interjecti. Quidam ibi per Sabbathum intelligebant Sabbathum hebdomadale, ſic ut nonniſi illo manipulus offerri debeat, & inde numeratio dierum 50 inſtitui. Alii vero, uti Rabbanitae inter Judaeos, per שבת, diem feſtum vel primum azymorum, quicunque tandem eſſet, intelligunt. Samaritani cum illis faciunt, qui Sabbathum, proprie ita dictum, exſpectandum cenſent, ut inde 50 dies uſque ad Pentecoſten numerentur. Ita mentem ſuam exprimunt in *Epiſt. ad Anglos. Numeramus quidem* 50 *dies a craſtino Sabbathi, quod ſit aliquis ex* 7 *diebus feſti azymorum, aduſque craſtinum Sabbathi ſeptimi pro ſolennitate*

feſti

festi messis, quando etiam festum celebratur apud montem Garizim juxta ritum festi azymorum. Haud quaquam vero cum Judaeis (Karaeos excepisse debuissent) *Pentecosten computamus a crastino convocationis Paschalis.* Ita & in *Epist.* 1. *ad Scaligerum. Numeramus* 50 *dies postridie Sabbathi, quod unum est e 7 diebus azymorum ..... sed Judaei numerant a crastino solennitatis Paschalis.* Consentiunt hac quoque parte cum Samaritanis Karaei, uti videre est in Cl. Triglandio *de Karaeis, pag.* 28. *&* 33. ubi argumentantur ex ה demonstrativo in voce השבת, Sabbathum hebdomadale intelligendum esse.

VII. Samaritani in festo tabernaculorum לולב ignorant & malum citrium: ramosque illos, qui praecipiuntur *Levit.* 23. 40. non manu gestandos, sed ad constructionem tabernaculorum adhibendos putant. Epist. 1. ad Scalig. *Facimus nobis tabernacula, sicut dixit Deus* (*Lev.* 23. 40.) Et accipietis vobis die primo fructum arboris speciosae, spathas palmarum, & ramos arboris densae & salices torrentis. Atque ita in *Epist. ad Anglos.* Karaei quoque in eadem sententia versantur, quae sine dubio verissima est. Confer *Nehem.* 8. 15. Haec quaestio inter Rabbanitas & Karaeos antiquissima fuit. Vide Cl. Trigland. *p.* 31. *de Karaeis.*

VIII.

VIII. Samaritani Paſcha mactant occidente Sole. Vide ſupra, *pag.* 54. Ita & Karaei: vide Cl. Trigland. *pag.* 27.

Haec ſpeciminis loco ſufficient. Cl. Hakſpanius in *Praef. Notar. ad Nizzachon Lipmanni pag.* 249. & hoc notavit in Pentateucho Samaritanorum circa verba *Deut.* 25. 6. idem aſſerere Samaritanos & Karaeos, & jubet conferri Lipmannum *num.* 143. & Seldenum *cap. ult. de ſucceſſ. in bona defunctorum.*

VIII. DIS-

VIII.

DISSERTATIO

DE

RELIQUIIS
VETERIS LINGUAE
PERSICAE.



VIII.

DISSERTATIO
DE
RELIQUIIS
VETERIS LINGUAE
PERSICAE.

§. I. *Argumentum hujus Dissertationis.*

I. Amus Tibi, Lector, reliquias Veteris Linguae Persicae, quas nobis Scriptores antiqui conservarunt. Magnam partem earum Gesnerus, in *Mithridate* suo, & Waserus, qui illum notis illustratum Tiguri, *anno* MDCX iterum edidit, uti & Brissonius, in libro *de Regio Persarum principatu*, & singulari libello Guilielmus Burtonus, tradiderant; qui tamen, quod nec omnia

 col-

collegerint, nec ea illuſtrare ex hodierno ſer- mone Perſico tentaverint, nos ab hoc argu- mento revocare non potuerunt. Novi ſane quam periculoſo & vaſto pelago me commi ſerim, tenuemque cymbam meam mille tem peſtatibus, quas facile quiſpiam excitabit cu id volupe eſt, objecerim, quum conjectura meas ex hodierna lingua Perſica petitas ſin gulis fere vocabulis, quae explico, adſcripſi Verum non demonſtrationes Mathematicas non firmas & inconcuſſas probationes, ſe conjecturas ſolum, me dare fateor, quam vis inter illas inveniri quaſdam mihi perſua deam, quae certae videntur. Si quis tamen ſe cus opinetur nolim ſuper ea re cum quoquar rixari. Praeterquam quod de rebus ultima antiquitatis agens, quas tot ſaeculorum de curſus multis tenebris involvit, veniam m conſecuturum eſſe ſperare liceat, ſi aberrave rim; & veterem linguam Perſicam ex ho dierna, motus eximia hujus linguae conſtar tia per nonnullarum vocum indubitata ſpec mina, explicare conatus fuerim. Adſper praeterea huic catalogo voces, quas pro Pe ſicis non agnoverunt Veteres, quae tame ita & ſono & ſignificatione quae iis attribu tur, cum Perſicis conveniunt, ut vix a m impetrare illarum omiſſionem potuerim. Cu id grave erit, titulos illos omittat, & me n

miu

mium dediſſe amori linguae Perſicae credat; quod plerumque accidit, quum diutius uni rei immoramur. Quod tamen non adeo omni ex parte verum eſſe deprehendet, quin juſtam mihi ſuſpicionem natam eſſe, de origine illarum vocum ex Perſia repetunda, ſaepe numero fateri debeat. En Tibi harum vocum indicem.

A B I L T A C A.

II. Ita Perſae veteres *memorem* appellabant, teſte Heſychio, cujus haec verba ſunt, Ἀβίλτακα, μνήμονα. Πέρσαι. Idem habet Varinus Phavorinus Camers in Lexico. An & apud alios inveniatur, neſcio. At forte μνήμων ibi nomen officii eſt, & monitorem notat, quo ſenſu venit apud Lycophronem, *in Alexandra v.* 241. Suſpicor Heſychium id legiſſe apud Cteſiam in Perſicis, aut Scriptorem quendam, nunc deperditum, qui de Perſarum Rege, Artoxerxe Mnemone, tradidit cognomen Μνήμονος Perſice ſonare Ἀβίλτακα. Dictus autem fuerat antea Artoxerxes Mnemon Ἄρσικας, uti Cteſias ejus medicus memoriae prodidit. An forte ſcribendum, Ἄρσικαν, μνήμονα, Πέρσαι; Quid vero hoc vocis ſit, ex hodierna lingua Perſica docere non poſſum. Et quum vocabula §. II. *Abiltaca.*

pure Graeca adeo miſeris modis dilaniata & corrupta eſſe in Heſychio notum ſit, quid de Perſicis aliiſque barbaris factum credimus? Scilicet illud Magorum monitum non habuerunt ante oculos, ὀνόματα βάρβαρα μὴ ἀλλάξῃς.

A B O B A S.

§.III. *Abobas. Adonis, maturae fruges. Ceres unde ita dicta; &* Δημήτης. III. Hoc nomen Adonidis fuiſſe apud Perſas conjiciunt Viri quidam eruditi contendentes, verum abſque fide codicum aut manu aut typis deſcriptorum ita ſcripſiſſe Heſychium in Lexico: Ἀβωβᾶς, ὁ Ἄδωνις ὑπὸ Περσῶν. At vulgaris lectio praefert Περσαίων. Eſt autem Perſa urbs ad Euphratem ſita. Stephanus περὶ πόλ. *pag.* 636. Πέρσαι, πόλις θηλυκῶς παρὰ τῷ Εὐφράτῃ, καὶ Σαμοσάτοις. Τὸ Ἐθνικὸν, Περσαῖος. Alii in illo Heſychii loco Περγαίων legunt. Sed, ut verum fatear, vulgata lectio non videtur temere rejicienda. Conſtat enim apud Aſſyrios maximam olim venerationem Adonidis viguiſſe, ex Macrobii teſtimonio *lib.* 1. *Saturnal. c.* 21. & ipſum nomen Abobae Aſſyriacam magis originem ſpirat quam Perſicam. *Abib* אביב enim Chaldaeis *ſpicam, fruges maturas* &. meſſi idonea notat, unde vel tyrones norunt menſem Niſan Chaldaice אביבא dictum eſſe, ut innu-

mere-

retur hordeum ea tempeſtate matureſcere. Secundus enim azymorum dies, quo manipulus offerebatur Deo, licentiam metendi hordeum Iſraelitis concedebat. A qua meſſe alia erat meſſis tritici, in ſeriora tempora incidens; quae fuſius alias explicantur. Illud vero אב'ב, etiam אבובא *Abouba* (quod propius ad Ἀβωβᾶς accedit, vel ipſiſſimum id eſt, ſi attendamus Graecos Barbaris vocibus terminationem ᾶς addere conſueviſſe, uti שטן Σατανᾶς לבנון Λιβανὸς, *Annibal*, Ἄννιβας) videtur pronunciatum, licet hoc pro calamo praecipue auletico & fiſtula ſoleat uſurpari. Ex calamis autem ſive culmis fiſtulas & tibias antiquitus confecerunt, uti vel ex Theocriti *Idyll.* 8. *v.* 24. Virgilii *Ecloga* 1, & Servii ad hanc notis, liquere poteſt, unde *calamus* & *avena* apud Poëtas pro tibia. Ne quis autem hunc morem ſolum apud Graecos & Romanos, non in Oriente, obtinuiſſe, ſuſpicetur, Euſtathius, celeberrimus ille Homeri Interpres ad Iliad. Σ. *pag.* 1138. teſtatur Μηδικὴν σάλπιγγα αὐλὸν ἔχειν καλάμινον, & Cl. Caſtellus τὸ אבובא *Abouba* proprie de fiſtula *ex novarum frugum calamis confecta* vult intelligi. Adeoque *Abouba* אבובא in vera & genuina ſua notione idem quod אב'ב, *calamum* nempe, ſignificare exiſtimo, licet poſtea אבובא magis pro calamo quo ludebatur,

quam pro culmo, aut calamo ariſtarum accipi conſueverit. Quae cum ita ſe habeant, & Ἀβωβᾶς apud Perſaeos maturam ſegetem vel calamos denotaverit, diſquirendum reſtat, qua ratione id nominis Adonidi dederint. Uno verbo dicam. Per Adonidem nihil niſi maturos calamos ſive ſegetem veteres intellexerunt. Porphyrius diſerte, citatus Euſebio, *lib.* III. *c.* XI. *Praepar. Euangel.* Ὁ δὲ Ἄδωνις τῆς τῶν τελείων καρπῶν ἐκτομῆς σύμβολον. Scholiaſtes Theocriti diſtinctius convenientiam inter ea, quae de Adonide & de ſegete dicuntur, tradit ad *Idyll.* III. *v.* 48. licet alias ſatis ille jejunus annotator ſit, ſi cum Scholiaſtis Apollonii Rhodii aut Ariſtophanis comparetur. Ita ille. Δοκεῖ δὲ ὁ Ἄδωνις μῆνας ἓξ παρὰ Περσεφόνῃ ποιεῖν, ὡς καὶ παρ' Ἀφροδίτῃ ἀνὰ τοῦ συγκαθεύδειν καὶ περιστερνίζεσθαι. Λέγουσι δὲ περὶ τοῦ Ἀδώνιδος, ὅτι καὶ ἀποθανὼν ἓξ μῆνας ἐποίησεν ἐν ταῖς ἀγκάλαις τῆς Ἀφροδίτης, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἀγκάλαις τῆς Περσεφόνης. Τοῦτο δὲ τὸ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστιν ἀληθῶς. Ὅτι ὁ Ἄδωνις ἤγουν ὁ σῖτος, ὁ σπειρόμενος ἓξ μῆνας ἐν τῇ γῇ ποιεῖ ὑπὸ τῆς σπορᾶς, καὶ ἓξ μῆνας ἔχει αὐτὸν ἡ Ἀφροδίτη, τουτ' ἔστιν ἡ εὐκρασία τοῦ Ἀέρος, καὶ ἐκτότε λαμβάνουσιν αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι. Paulo aliter Apollodorus, qui *l.* III. *Bibliothecae* Jovem conſtituiſſe ſcribit ut Adonis quatuor menſes

apud

apud ipſum, quatuor apud Proſerpinam, quatuor apud Venerem, quotannis moraretur: at Adonidem quatuor illos menſes, quos apud Jovem tranſigere debebat, etiam Veneri tribuiſſe. Quod per Adonidem ſegetem intellexerint, mihi videtur etiam poſſe colligi ex Heſychio, qui Lacones Adonidem Cererem appellare, ſi bene conjicio, ſcribit. Ita ille. Κίρις, Ἄδωνις. Λάκωνες. Quod & Pauſanias tradit *lib.* III. *pag.* 257. Quid ibi Κίρις ſit, niſi inde Latinum *Ceres* (*i* in *e* mutato, quod ſaepe fieri ſequentes paginae docebunt) ductum ſit, divinare nequeo. Et unde, precor, alias Romani ſuum *Ceres* hauſerunt? Quare parum abeſt, quin pro Γῆρυς καὶ Γῆ ἢ Δημήτηρ ἡ αὐτὴ, uti alibi in Heſychio ad vocem Ἄχδρω legitur, ſubſtituendum putem Κίρις ἡ Γῆ, &c. niſi forte & Γῆρυς & Κίρις Cereris nomen fuerit. Tantum enim tribuere non audeo conjecturis meis, quamvis eadem facilitate Γῆρυς in Κίρις, quod ego vellem, mutari poſſit quam Κίρις in Βῆρις, quod Cl. Kuhnius faciendum exiſtimat ad *lib.* III. *Pauſan. pag.* 257. Sed & e Γῆρυς τὸ Ceres alias derivari poſſet Γ in C mutato, ut Γαῖος, *Cajus*, &c. Ceterum, dum in hoc argumento verſamur, & de nomine Telluris ſive Cereris (quod idem eſt Numen teſte Euripide in *Bacch. v.* 276.) Δημήτηρ hoc monen-

dum duco. Male mihi vulgo post Suidam & alios eam vocem ita explicari, quasi pro Γημήτηρ diceretur, uti δαίμων quasi ζαίμων. Nam Δηὼ nomen Cereris est, uti patet ex Euripide in *Helena v.* 1359. Aristophane in *Pluto Act.* 2. *sc.* 5. Theocrito *Idyll.* 7. *v.* 39. Sic & Ovidius Proserpinam Cereris filiam vocat

—— *raptam Deoïda Divam.*

Adeoque multo rectius Δημήτηρ contracte, quasi Δηὼ μήτηρ, quam pro Γημήτηρ dici existimo. Etymologicon nostrum ineditum, Δηὼ, ἡ δημήτηρ, ὅτι πολλὴν ἐδήωσε γῆν τοῦτ' ἐστι διέκοψε ζητοῦσα τὴν θυγατέρα. Sed revertamur in Persiam.

ABURTACE.

§. IV. *Aburtace. Locus Suidae tentatus.*

IV. Edulii genus, quo Medi utebantur, confectum ex porro, nasturtio, & granis mali Punici. Alexis, citatus Athenaeo *lib.* III. *c.* 36. ut ostendat domestica negligi, peregrina requiri, abyrtacarum, inquit, studio & voluptate insanimus,

Ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαισι δ' ἐκβακχεύομεν.

Suidas. Ἀβυρτάκη, ὑπότριμμα βαρβαρικὸν, κατασκευαζόμενον διὰ πράσων καὶ καρδάμων τῆς ῥοιᾶς κόκκων καὶ ἑτέρων τοιούτων δριμὺ δηλονότι. Θεόπομπος Θησεῖ.

Ἥξ

Ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων
Πλείςων πιεῖται ϗ τράσσων ἀβυρτάκη.

Ἐςὶ δὲ ἐν κεκρυφάλῳ Μενάνδρȣ τȣ̈νομα. Hesychius Ἀβυρτακοποιȣ̃ (legitur ea vox apud Athenaeum *l.* 9. *c.* 16.) ȣ̃ θρίμματα ϗ ἐμβάμματα καλασκευάζοντ☉. Etymologici magni auctor. Ἀβυρτάκη, βαρβαρικὸν τι ἔδεσμα, ἐκ δριμέων κατασκευαζόμȣον καρδάμων, ϗ σκορόδων, ϗ σινάπεως. ابر *Aber* Persis notat condimentum ex fructibus minutim concisis: & تاغ *Tag*, iis est *malus granata*: unde conjunctim fit Ἀβερτάκη. An vero potissimum ex his granis confectum, aut horum sapor praedominans fuerit, ex gustu melius quam lectione veterum judicari posset. In voce Κάνδυλ☉ Suidas Ἀβυρτάκlω appellat ἐρύκων βρῶμα, & ex eo, ut videtur, Phavorinus, comparatque cum Candylo, edulio quod ex melle caseo & lacte conficitur, uti & ipse & Hesychius scribit. Sic ut videatur pulmentum fuisse ex variis contusis fructibus constans: nisi forte legendum sit καρύκων: & κα syllaba perierit ob praecedens κη vel κα. Ita fit Ἀβυρτακαρύκων βρῶμα, vel Ἀβυρτακηρύκων: unde alia manus formavit Ἀβυρτάκη, ἐρύκων βρῶμα. At ἐρύκων plane huc non quadrat. Καρύκη autem, (pro quo male apud Galen. in Glossis καρύκλη legi notavit Nunnesius ad Phrynichum *pag.* 69.) eodem Suida

& Hesychio auctore est compositum edulium ex multis rebus, & καρύκαι sunt condimenta. Sed alia & probabilior conjectura nobis se offert, (nam καρύκη est ipsum βρῶμα uti est in Etymolog. magno in voce Καρυκεύματα, & ἔψημά τι ἐκ πολυτελοῦς σκευασίας συγκείμενον, ut idem ex Ὤρῳ, quod M. S. nostrum Etymologicon docet) si conferamus Auctorem Etymologici Magni. Ita ille Κανδύλη, βρῶμα ἐστὶ διὰ γάλακτος καὶ μέλιτος κατασκευαζόμενον ὡς τὸ Ἀμοιτάκην ἔροικον βρῶμα. Et manu scriptum Etymologicon nostrum Κανδυ... βρωματά ἐστι διὰ γάλακτος καὶ μέλιτος κατασκευαζόμενα. Ὡς καὶ ἀμυτακὴν θροϊκὸν βρῶμα. Ubi videmus legendum esse Ἀβυρτάκην, & pro θροικὸν & ἔροικον, legi posse ex collatis literarum vestigiis, περσικὸν βρῶμα, *edulium Persicum*. An vero Νεοδάρτης, quod est teste Hesychio ἔδεσμα τι ἀβυρτακῶδες, Persicum quoque sit, ignoro.

ACBATANA.

§. V. *Acbatana. Persarum regia.* V. Urbs regia Persarum, prius Acessaea dicta, uti Scholiastes Aeschyli, *in Persis*, tradit: in Media quidem sita, at Regum Persicorum tempestate hyberna sedes & habitaculum. Ipsa vox Persica nos eo ducit, quae ex آق *Ak*, *Dominus*, *Magnus*, & آبادان *Abadân*, locus

locus cultus & incolis refertus (ita enim Lexica Orientalia hanc vocem explicant, Turcice per شبن اولن یر, Arabice عمار) meo judicio composita est, nisi forte nata sit ex solo ابادان *Aabadân*, quae vox quia primum suum A producit, Graecisque pronuntiatu difficilior, facile passa fuit irrepere aliam literam. Per βασιλέα μέγαν etiam sine prolixiori titulo Regem Persarum intelligi liquet vel ex Plutarcho in *Apophthegm.* & Aristophane in *Pluto*, *Act.* I. *sc.* 2.

Μέγας δὲ βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομᾷ.

Ad quae verba Scholiastes. Τὸν τῶν Περσῶν λέγει· οὕτως γὰρ ἔλεγον αὐτὸν διὰ τὸ πλείονι δυνάμει χρῆσθαι περσικῇ. Quam Gentium Orientalium superbiam nos quoque agnoscimus, Imperatorem Turcarum appellantes den Grooten Heer. In plurali effertur, uti Susa, Bactra, &c. Ita Aeschylus in Persis canit,

Οἵτε τὸ Σούσων ἠδ' Ἐκβατάνων
Καὶ τὸ παλαιὸν, &c.

Quod vero prior Syllaba *Ak* a nobis pronuntietur, non sine auctoritate fit. Ctesias semper scribit Ἀγβάτανα διὰ τοῦ A, teste Epitomatore Stephani *de Urbibus*. Ptolomaeus Ἀκβάτανα: licet non diffitear vulgo Ecbatana scribi. Qui ab Arabico عبث, *Abeza*, *miscuit* Ecbatana derivant, ut notet muros ejus urbis variis coloribus fuisse pictos & distinctos, minus

nus mihi probant sententiam suam, quod urbis Persicae Etymologia ex Persico potius quam Arabico sermone petenda sit, nec τὸ عبث *Abaza* satis exprimat τὰ Ἐκβάτανα, quippe a quo τὸ Ἐκ plane abest, & multo major sit necessaria mutatio, quam in conjectura a nobis proposita. Illustris Scaligeri opinionem qui hoc vocabulum a ביתן derivat, refutavit Cl. Bochartus, *in Phaleg. l.* III. *c.* 14.

ACHAEMENES.

§. VI. *Achaemenes.* VI. Id est, *Regibus Imperans* Persice. Ita Ammianus, *lib.* 19. Sed fallitur. عجمي *Persam* notat, عجم *Persiam*: unde Persae عجميان *Azjemiân* & *Achemaenii*, Romanis *Achaemenii*. Ovid. *l.* 1. *de arte amand. v.* 226.

Urbs in Achaemeniis vallibus ista fuit.

Statius, *Sylv. lib.* V. 187.

Alter Achaemenium secludit Zeugmate Persen.

Claudian. *de nupt. Honor. & Mariae v.* 224.

Misit Achaemenio quicquid de Tigride Medus.

In MS. S. quibusdam Lucani, qui *lib.* II. de Achaemeniis Susis loquitur, legi *Achimeniis*. Facessat ergo Etymologia Graecorum quorundam, qui ab Achaemene quodam Persas omnes Achaemenios dictos scribunt, uti Plato

in

in Alcibiade p. 32. & Hesychius, scribens, Ἀχαιμένης Πέρσης, ἀπ' Ἀχαιμένους βασιλέως καὶ Ἀχαιμενίδες αἱ Περσίδες. Et alii non minori errore ἀχαιμένην dictum esse Regem Persarum putant, quia ὁ προπάτωρ αὐτοῦ ex Achaia oriundus fuit, & ab eo patronymicῶς omnes Persas Achaemenidas. Nec placet opinio Capelli, qui vocem Achaemenes resolvit in *Achas* & *Menes*, id est, ipso interprete, *bellator bonus.* Nec magis assensum dare possum sententiae Cl. Bocharti in *Canaan lib.* 1. *cap.* 1. scribentis אחימן *Achiman* (ad verbum, *quis frater meus?*) *Ipso nomine significabat sibi neminem esse comparem. Idem potuit esse cognomen primi Regum Persiae, quem Graeci vocant Achaemenem. Erat enim id elogium regio fastu dignum & Persico supercilio.*

ACHANA.

VII. Mensurae Persicae nomen, & juxta Eustathium in Odyss. 11. κίστων εἰς ἃς ἀπετίθεντο τοὺς ἐπισιτισμοὺς. Eruditus Scholiastes Aristophanis ad *Acharn. Act.* 1. *sc.* 3. *pag.* 376. Ἀχάνη μέτρον ἐστὶ Περσικὸν· ὥσπερ ἡ Ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις. Ἐχώρει δὲ μεδίμνους ἀττικοὺς με· ὡς μαρτυρεῖ Ἀριστοτέλης. Ἄλλοι δέ φασιν ὅτι κίστη ἐστὶν εἰς ἣν κατετίθεντο τοὺς ἐπισιτισμοὺς, αἱ §. VII. *Achana.*

ἐπὶ

ἐπὶ τὰς θεωρίας στελλόμενοι. Hesychius, Ἀχάνας τινὲς μὲν Περσικὰ μέτρα, Φανόδημος δὲ κίστας εἰς ἃς κατετίθεντο τὰ ἐπισιτισμοὺς οἱ ἐπὶ τὰς θεωρίας ἰόντες, οἱ εἰς θεοὺς στελλόμενοι. Est Achana mensurae farinaceae nomen apud Boeotos eodem teste, unde forte nata opinio, id & apud Persas mensurae genus esse, quod quamvis ratio vocis patiatur, minus credo, sed pro vase aut cista hanc vocem usurpatam. Ita Pollux in Onom. *lib.* x. *c.*36. Ὅταν μὲν ἐν Ἀχαρνεῦσιν εἴπῃ Ἀριστοφάνης, ἀχάνας χρυσίου. Τὸ ἀγγεῖον ἴσως Περσικόν· ἔνιοι δὲ τὴν θεωρικὴν κίστην οὕτω κεκλῆσθαι νομίζουσιν. Non dubito quin haec vox sit ipsissima Persica خانه, *Chana*, quae *domum* notat & quodvis *vas* sive receptaculum, uti apud Hebraeos בית, Arabes بيت. Adeoque significare potest, & cistam, in qua victus reponitur, & mensuram. Leve est, quod opponi posset, Persice *Chana* dici, non Achana. Quis enim ignorat Graecos α nominibus addidisse ab initio, quae & sine α nonnunquam efferebant, uti χνῆσις Ἀχνῆσις, στεροπὴ, ἀστεροπὴ, ἀλάζων, ἀλάζων σπάλαξ, ἀσπάλαξ, σπαίρω, ἀσπαίρω, στάχυς, ἄσταχυς, μαυρόω, ἀμαυρόω, παισὸς urbs, ἄπαισος, μάρδος apud Ptolom. Ἄμαρδος. Ab eadem voce Persica forte derivantur κανὴς, κάνυστρον & *canistrum*.

ACI-

ACINACES.

VIII. Genus gladii vel haſtae Perſicae, quod & Ὠκινάκης ſcribitur (forte pro ὁ Ἀκινάκης, uti Ὤριςος pro ὁ ἄριςος) teſte auctore Etymologici magni & Suida in voce Ὠκινάκης. Herodotus *lib.* VII. *c.* 54. Περσικὸν ξίφος τὸ ἀκινάκην καλέουσιν. Pollux Onomaſt. *l.* I. *c.* 10. Ἀκινάκης Περσικὸν ξιφίδιόν τι τῷ μηρῷ προσηρτημένον. Ulpianus enarrat. Orationis Demoſthenicae contra Timocratem *pag. edit. Aurel.* 267. Ἀκινάκης, ὄνομα ξίφους Περσικοῦ. Heſychius etiam haſtam fuiſſe ſcribit. Ἀκινάκις, δόρυ Περσικὸν, ξίφος, & Suidas. Ἀκινάκης, μικρὸν δόρυ Περσικόν. Vide plura veterum de acinace teſtimonia apud Briſſonium *lib.* III. *de regno Perſarum*, *pag.* 287. Perſis vox نساجنج *Nasjonch* haſtam notat bicuſpidalem. Quod ſi quis inde τὸ Ἀκινάκης flectere vellet, notare deberet vocales nominum barbarorum a Graecis & Latinis ſaepe mutari, uti ex nominibus menſium Perſicorum, quae ſuis locis huic diſſertationi inſerta ſunt, liquet; & ſyllabas augeri, uti pro Pardous dixerunt Paradiſus, Farſenk, Paraſanga, pro Jarmoch fluvio Palaeſtinae, Hieramax. Porro obſervandum eſſet N initiale ſaepe abjici: ſic *Armalcha* dixit Plinius pro

§. VIII. *Acinaces.*

pro *Narmalcha*, ut recte Ammianus & alii. Sie *aphta* pro *naphta* quidam ſcribunt: vide Salmaſium *in Solinum pag.* 242. Sic Νάνναχος (Enochus) Suidae, aliis Ἄνναχος; Νεράντζιον & نارنج *Naransj* Perſis, at Latinis *Aurantia* mala; Νεφθαλίται Agathiae qui Procopio Ἐφθαλῖται, Ἐφθὰρ, 2 *Macc.* 1.36. & Νεφθὰρ, Ἀβδεὴλ, Ναβδεὴλ, *Gen.* 15.13. Nargel Perſicum, ἀργέλλια; Ἀσαρὰχ, idolum pro *Nisroch*: *Amnitae*, populi, Euſtathio & Dionyſio Periegetae, qui aliis *Namnitae*, & quae in hanc rem plura poſſent recenſeri, in quibus N initiale ſublatum eſt. Quod ſi quis putet acinacem pro gladiolo potius quam haſta accipi debere, amplectatur Cl. Bocharti conjecturam, qui *Hierozoici lib.* 11. *c.* 8. vocem acinacis eſſe emollitam & detortam arbitratur ex Arabica خنجر *Chinsjar*, quae ſicam, cultrum, & pugionem notat. Perſae & inter Indos Malaei hoc vocabulum in linguam ſuam derivarunt & *Chanzjer* pronuntiant. At nimis ſe deridendum tradit auctor Etymologici magni, qui acinacem, vocem Perſicam ab ἀκὴ vel ἀκὶς deducit. Me quod attinet, omnia antiquorum loca, quibus mentionem acinacis fecerunt, non videntur ita explicari poſſe, ut acinacem pro haſta accipiamus: quare (ſi in hodierna lingua Perſica vox ei ſimilis quaeri debeat) mallem ego aci-

nacem

nacem derivare ab اهين *Ahin*, *ferrum*, quo nomine gladii, pugiones, haſtae, & quidvis ferreum aut ferro armatum commode denominantur: unde facile fit Ἀκίνα vel Ἀχίνα (nam H, ϐ in media voce Graeci exprimere nequeunt) & dein Ἀκινάκης.

A D E R.

Ἄδερ. Nomen Maji menſis apud Perſas. §.IX. *Ader.* Ita Burtonus, ex M. S. ſerie menſium Perſicorum, ad calcem Μεγάλης Συντάξεως Ptolomaei e Bibliotheca Lambethana, tradit. Et hodie apud Perſas آدر *Ader* menſis nomen eſt, qui & آذر & آذر *Adſar* dicitur; quae voces *Ignem* ſignificant, cultum a Veteribus Perſis, vel (uti ex Hamdalla Cl. Golius *in not. ad Alfragan. pag.* 35. notat) Angelum, qui ignibus & focis praeeſt. Hunc ipſum Deum Perſarum & Chaldaeorum innotuiſſe Judaeis ſub nomine אדרמלך *Adrammelech*, id eſt, ادر ملك *Ignis Dominus*, ſive *Deus*, ſuſpicor. Cultus enim fuit hic Deus a Sepharvaimitis, quos pro Perſica aut Chaldaea gente (qui populi ab omni aevo πυρολάτραι ſunt crediti) habendos eſſe videmur doceri 2 *Reg.* 17. 31. Adde quod dicantur ibidem filios ſuos igne combuſſiſſe, ut ea ratione Adrammelechum colerent. At quid convenientius, quam

H ſum-

ſummum ignem cultu in igne praeſtito honorare? Numen non multum ab hoc diverſum, ענמלך *Anamelechum* fuiſſe exiſtimo: quod ab iiſdem Sepharvaimitis cultum ibidem tradunt Sacrae literae. Perſice autem عنا ملك significat *Doloris Deum*, ſive *Dominum*, quo nomine juſtiſſime appellatum eſſe illum Deum, cui infantes comburerentur, quilibet facile perſpicit. Ego autem duos, Adrammelechum & Anammelechum, cum Molocho eoſdem eſſe mihi perſuadeo. Nam & Molochi cultus cum cultu illis exhibito convenit, & nomen מלך ſuadet maximum illum ignem, Regem coeli, ſolem puta, intelligendum. Scio quoſdam exiſtimare filios Molocho ſacrandos potius tranſiiſſe aut luſtratos fuiſſe per ignem, quam combuſtos, eo quod ſaepe dicatur in Sacris literis, quod filios ſuos העבירו *tranſire fecerint*. Verum videntur mihi Sacri ſcriptores ſatis innuere, quid per העביר intellectum velint: Nam e. g. *Ezech.* 23. 37. ſcribitur, filios ſuos העבירו *tranſire fecerunt*: at quomodo? ut ſalvi evaderent? Imo לאכלה, ad *conſumptionem*. Ita *Ezech.* 16. 21. dicuntur filios ſuos *immolaſſe* בהעביר, *in traductione, dum eos tranſire faciebant, per ignem.* Et an non Achas, 2 *Chron.* 28. 3. traditur filium igne combuſſiſſe, quod 2 *Reg.* 16. 3. dicitur, *tranſmiſit per ignem*, uti & Joſephus in-

intellexit *lib.* IX. 12. ἴδιον ὁλοκαύτωσε παῖδα. Urget quidem Cl. Spencerus, ſi Achas filium ſuum revera combuſſit, Hizkias filius ei ſuccedere non potuiſſet. Fateor, ſi ſacrae literae teſtarentur Achaſum *omnes* filios combuſſiſſe. At in uno loco tantum *filius* memoratur, in alio *filii*, per quod omnes intelligi non debere hoc ipſum docet, quod Hizkias ſuperfuerit. Deinde loca ſunt parallela, in quorum uno legitur traducere per ignem, altero, comburere, vel ſacrificare: quae ſatis oſtendunt, qualis traductio intelligatur, uti e. g. *Jerem.* 7. 31. & *Jerem.* 32. 35. Ex quo nequaquam licet concludere, quod pari modo, uti nos τὸ העביר ſive traducere per ignem explicandum cenſemus per comburere, ita alii τὸ comburere per traductionem interpretari poſſint. Nam diſpar eſt earum phraſium ratio. Τὸ *comburere* שרוף, *immolare* זבוח, *effundere ſanguinem filiorum ſuorum*, (vid. *Jerem.* 7. 31. *Ezech.* 16. 21. *Pſalm.* 106. 37.) &c. habent tam certam ſignificationem, & neceſſario mortem illius hominis, de quo id dicitur, inferunt, ut per *traducere per ignem* ſimpliciter nequeant explicari. At τὸ traducere per ignem vel *in ignem*, באש, poteſt commode, & debet, praeeunte Sacro Codice intelligi de combuſtione. Sed e diverticulo in viam.

ALECTORIS.

§. X. *Alectoris.*

X. Ita corvum veteribus Perſis dictum eſſe ſcribit auctor Etymologici, vulgo Magni dicti. Ἀλεκτορὶς, ἡ ὄρνις καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τρεφομένη θρὶξ καὶ ἀλεκτρύονα ἔλεγον τὴν θήλειαν ὄρνιν. Καὶ τὸν λόφον τῆς περικεφαλαίας. Πέρσαι δὲ καὶ τοῦ κόρακας. Hodie كلاغ *corvus* eſt Perſis; qui & مرغ كلاغ, & طير كلاغ, quaſi *corvum avem* diceres (ita Perſae ſolent) unde aphaereſi primae literae *alachtir*, ἀλέκταρις fieri potuit. Solent enim Graeci κ initiale vocum ſaepe abjicere, uti ἔλευθος dicunt & κέλευθος, αὔχημα & καύχημα, ἀνθήλια, κανθήλια, αὐλωνία & καυλωνία, &c. Sic *aper* dixere Latini a Graeco κάπρος, Oſci, unguis a κίνδυλος. Et parimodo hic ἀλάχτηρ pro καλάχτηρ dicere potuiſſent: & pro ἀλάχτηρ, ἀλέκτωρ, quod nomen ipſis erat notius & uſitatius. Fuit enim Alector, pater Iphis, teſte Apollodoro, *lib.* III. *Biblioth.* & ἀλεκτρύων, *Gallus.*

AMANUS.

XI. Daemonis ſive Genii nomen apud Perſas. Strabo *lib.* 2. meminit Ἀμανȣ̃ ϗ̀ Ἀνανδράτȣ Περσικῶν Δαιμόνων. Puto pro *Aman* legendum eſſe ابان *Aban*, μ in β mutato, quod ſaepe fieri ſolere jam ante nos obſervatum eſt in vocibus Ἀϐαντία, Ἀμαντία, κάϐηλος, κάμηλος, βύϛακα, μύϛακα, βύρμηξ, μύρμηξ, βέλλειν, μέλλειν, βάσκα, μάσκα, *turma*, *turba*, *glomus*, *globus*, *promoſcis*, *proboſcis*, &c. Quam frequentem utriuſque literae permutationem Vir Eruditiſſimus, Q. Septimius Florens Chriſtianus, in *Notis ad Ariſtophanis Pacem*, *p.* 545. ex antiqua literae β figura deducit, quae proxime ad μ accedebat. Unde ſaepe una litera pro altera lecta eſt. Ita Steuchus Eugubinus ex Theodoreto ſcribit Samaritanos Deum appellare *Meniame*, quum Theodoretus habeat, καλȣ̃σι δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται μὲν Ἰαϐέ; μ pro β legens & μὲν cum Ἰαϐὲ male conjungens. Hoc autem *Aban* nomen eſt Angeli, qui Socius eſt Churdadi, & menſi octavo Perſico nomen dedit. At forte poſſet ex *Acman* (extruſo c) vel مانا *Mana* (addito α ab initio) aut جامانا *Sjamana* ablata prima litera ج (quae nomina Dei ſunt) repeti. Vir πολυμαθέϛατ☉ Julius Caeſar Bulengerus, in *Eclogis ad Arnobium*,

§. XI. *Amanus.* *Nomen Dei.*

bium, *pag.* 314. Omanum vel Amanum putat esse חמנים, quae vox saepe in sacris literis usurpatur, quum de excelsis agitur, uti *Lev.* 26.30. *Jes.*17.8. Ita & Scaliger in Catullum, & Becmannus de *Orig. Ling. Lat.* voce *Achaemenes.* Alii legunt Ὁμανὸς. Vide infra.

ANAÏTIS.

§. XII. *Anaitis. Diana & Venus Persica.*

XII. Nomen Deae, quae olim a Persis colebatur & modo Ἀναΐτις modo Ἀνεῖτις dicitur. *Plutarchus in Artoxerxe pag. edit. Paris.* 1025. Τῆς Ἀρτέμιδος τῆς ἐν Ἐκβατάνοις, ἣν Ἀνεῖτιν καλοῦσιν. *Strabo*, *lib.* XI. τὸ τῆς Ἀναΐτιδος καὶ τὸ τῶν συμβώμων θεῶν ἱερὸν ἱδρύσαντο Ἀμανοῦ καὶ Ἀνανδράτου Περσικῶν Δαιμόνων. Idem *l.* XII. illam ab Armeniis quoque coli tradit: Ἡ δὲ Ζηλῖτις ἔχει πόλιν Ζηλα ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένην, ἔχουσαν τὸ ἱερὸν τῆς Ἀναΐτιδος, ἥνπερ καὶ οἱ Ἀρμένιοι σέβονται. Quin & in Cappadocia templum Anaitidos fuisse narrat *l.* XV. *Plin. l.* 33. 4. quoque *Anaitis*, & Agathias *l.* II. Ἀναΐτις. Persae hodieque Venerem appellant ناهيد *Nahid* (quod Vir Doctissimus Johannes Gravius in translatione *Persae anonymi de Siglis* male scribit باهيد *Bahid*) & hinc Νηίθ, Ἀναΐτις, de qua re nullus dubito.

Ex

Ex teſtimonio Plutarchi, ſtatim citato, liquet eum Ἀναῖτιν cenſuiſſe idem numen cum Diana, quod tamen in dubium vocavit in elegantiſſimis notis ad Compendium Stephani de Urbibus, Vir de re publica literaria optime meritus H. Berkelius ſcribens *pag.* 374. *An haec Anaïtis & Artemis Graecorum nomina ſint eorundem numinum ex antiquis non liquet, quanquam hoc Seldenus nulla veteris teſtimonii auctoritate permotus Syntagm.* 11. *de Dis Syris ſtatuat.* Jure enim ita ſtatuit Cl. Seldenus, cujus ſententiam firmant, licet ipſe ea non proferat, verba Plutarchi, quae laudavimus. Unde non video cur Stephanus corrigi debeat, ſcribens in Urbe Zela Armeniae feſtum celebrari, Sacaea dictum, Ἀρτέμιδι, pro quo Cl. Berkelius ſubſtituit Ἀναΐτιδι, ita quidem perſuaſus de veritate conjecturae ſuae, ut ibidem ſcribat: *quanquam multorum ingenia a veritate ſint averſa, non putamus tamen aliquem poſſe inveniri, qui de hac emendatione vel dubitet.* At quum Ἀναΐτις & Ἄρτεμις idem Numen ſit, uti Plutarchus teſtatur, quidni ſcripſit Stephanus Ἀρτέμιδι id feſtum celebrari, licet eam ſub alio nomine, ſc. Anaitidis celerent Zeilitae? Ita Herodotus Bacchum & Dianam coli ab Aegyptiis, Jovem a Perſis, Philoſtratus Venerem ab Indis tradunt, quamvis ſub aliis nominibus cultos eos

fuiſſe conſtet. Et Agathias *l.* II. antiquitus omnes Deos, quos Graeci colebant, ab Perſis cultos tradit, ſed alia nomina illis Diis impoſita fuiſſe. Ita Dionyſius in περιηγ. *v.* 610. ταυροπόλον θεὸν coli ſcribit in Icaro, inſula ſinus Perſici, id eſt, Apollinem vel Dianam, quam ταυροπόλον dici Diodorus *Hiſt. lib.* v. *c.* 78. & Heſychius voce, ταυροπόλαι, aliique tradiderunt. Strabo quoque Venerem a Perſis coli *lib.* xv. memorat, & de Dianae cultu apud Perſas plura extant veterum teſtimonia. Diodorus Siculus *Hiſt. l.* v. *cap.* 78. Dianam in Epheſo, Ponto, Perſia & Creta diu verſatam fuiſſe, & a Perſis ſingulari ratione illam ad ſua uſque tempora cultam ſcribit. Plinius, *lib.* VI. *cap.* 27. *Circuit* (*Eulaeus*) *arcem Suſorum ac Dianae templum auguſtiſſimum illis gentibus.* Joſephus *Antiq. lib.* 12. *c.* 13. Πόλιν ἐν τῇ Περσίδι πλούτῳ διαφέρουσαν Ἐλυμαΐδα καὶ πολυτελὲς ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐν αὐτῇ. Arrianus *l.* VII. *de Exped. Alexandri* meminit inſulae in ſinu Perſico prope oſtia Euphratis in qua Templum Dianae. Non defuerunt, qui & Caſtabalis Templum Dianae Perſicae fuiſſe autumarent, decepti voce Περασίας, pro qua legerunt apud Strabonem *l.* XII, Περσικῆς, uti notat Eruditiſſimus Gale in anim. ad Jamblichum *de Myſter. Aegypt. ſect.* III. *c.* 4. Jure itaque Stephanus

feſtum.

festum 'Αρτέμιδος a Zelitis celebratum tradidit. Alii tamen Anaïtida non Dianam sed Venerem appellant. Agathias *Hist. lib.* 11. *p.* 58. 'Αναΐτιδα τὴν 'Αφροδίτην ἐκάλουν. Ita Clemens Alexandrinus in Protrept. meminit 'Αφροδίτης 'Αναΐτιδος, uti restituit pro Ταναΐδος Cl. Bulengerus *in Eclogis ad Arnob. pag.* 272. in quibus multa praeclara habet de rebus Persicis, qui 'Αναΐτιν Venerem fuisse ibidem adstruit, quod cum Persico nomine Ναὶθ ناهيد apprime convenit. Et crediderim nomen hoc reponendum in Macrobio, qui *l.* 1. *Saturn. c.* 21. apud Assyrios olim maximam viguisse venerationem *Veneris Architidis* scribit. Ubi legendum videtur *Anaïtidis.* Hoc enim celeberrimum fuit Numen inter Orientales, quod Babylone, Susis, Ecbatanis, Bactris, in Armenia, Syria, Cappadocia & Lydia colebatur. At quomodo haec sibi constant, dicet aliquis, quod nonnulli Anaitin eandem cum Venere, alii eandem cum Diana faciant. Optime juxta Mythologiam gentium. Eadem revera illa Dea erat, quae & Diana & Luna & coelestis Venus dicebatur, de qua re videri possunt Illustris Cuperus *in Harpocrate*, & Cl. Seldenus *de Dis Syris Syntagm.* 11. Apposite ad hanc rem Apulejus Lunam invocans *l.* XI. *de asino*, (quod opus, non asinum, aureum
 dixe-

dixerunt) *Regina coeli, sive Tu Ceres alma frugum parens originalis, quae repertu laetata filiae vetustae glandis ferino remoto pabulo, miti commonstrato cibo, nunc Eleusiniam glebam percolis, seu tu Coelestis* Venus, *quae primis rerum exordiis sexuum diversitatem generato amore sociasti & aeterna sobole humano genere propagato nunc circumfluo Paphi sacrario coleris: seu* Phaebi soror, *quae partu ferarum medelis lenientibus recreato populos tantos educasti praeclarisque nunc veneraris delubris Ephesi*, &c. Ubi eandem Deam, & *Lunam* & *Venerem* & *Dianam* facit. Quare veteres Graeci Numen illud Persicum Anaitidos, i. e. *Veneris*, modo & *Dianam* modo *Venerem* dixerunt. Sed praeterea observari meretur Persas veteres, fatente Herodoto, Venerem coelestem appellasse *Mithram*: θύουσι δὲ οὐρανίῃ Ἀφροδίτῃ τὴν καλέουσι Μίθραν. Atqui Mithra Luna est, & pro ea a Persis habetur: vide quae nos infra ad vocem Mithra. Ergo Anaitis & Diana & Venus coelestis dici potuit. Antequam Anaitida dimittamus, hic locus adjiciendus est ex Timaeo Platonis, in quo mentio fit Deae, quae apud Aegyptios Νηΐθ dicta fuerit & conveniat cum Minerva Graecorum. Πόλεως (loquitur de urbe Aegyptia, cui nomen Saïs, quaeque in Delta erat sita) θεὸς ἀρχηγός ἐστιν,

Ἀι-

'Αιγυπτιςὶ μὲν τ' ὄνομα Νηὶθ, 'Ελληνιςὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκείνου λόγος, 'Αθηνᾶ. Ex quo haec hausisse videtur Hesychius, Νηίθη, 'Αθηνᾶ παρ' 'Αιγυπτίοις. Quid si dicamus Νηὶθ esse Anaitida? Nomen certe idem est, & exprimit Persicum ناهيد. An a Persis cultus hujus Numinis ad Aegyptios manavit? Certe plura in sacris Aegyptiorum & Persarum conveniunt, ita ut casui adscribi omnia nequeant.

ANANDRATUS.

XIII. Persicum Numen, cujus mentionem facit Strabo *l.* XI. 'Ανάνδρατον Περσικὸν Δαίμονα appellant: alii legunt 'Αμανδάτον: pro quo 'Αμορδάτον esse legendum suspicabar, مرداد enim Genium illum Persis notat, qui frugibus praeest, ut & illius qui animas hominum a corporibus sejungit. Quare affirmare non ausim cum qua voce Persica conveniat. Cl. Hyde 'Ανάνδρατον putat e Graeco sermone explicandum esse, & notare *Eviratum*, i. e. statuam virilibus aliquando destitutam modestiae causa, in Eximio spere *de relig. vet. Pers. cap.* 3. *p.* 94. §. XIII. *Anandratus.*

AN-

ANDRASTADARANSALANES.

§. XIV. *Andrastadaransalanes.*

XIV. Ἀνδρασταδαρανσαλάνης Procopio *l.* 1. nomen dignitatis est apud Persas. Puto hoc nomen in duas voces ἀνδρασταδαρ & ἀνσαλάνης dividi debere, si quis ejus originem indagare velit. Nomina enim cum titulis saepe Graeci junxerunt, & pro una voce habuerunt, unde longa nomina Persis esse existimarunt. Ita Sagaristio apud Plautum in Persa, *Act.* 4. *Scen.* 6.

Ita sunt Persarum mores, longa nomina
Contortiplicata habemus.

Ἀνδρασταδὰρ, ipsum ut puto nomen dignitatis erit, invito Procopio: ea enim in δαρ apud Persas & Turcas desinunt, ut *Abdar*, *Mehemandar*, *Kitabdar*, *Seraidar*, *Scherbedar*, &c. اندرز explicatur in Lexicis orientalibus per Arabicum وصية & Turcicum وصيت significat *Testamentum*, & *commendationem seriam*. An inde cum affixo دار factum sit ἀνδρασταδὰρ non ausim affirmare. Nescimus an recte scriptum sit, corrumpere enim solent librarii nomina peregrina quae non intelligunt. Ἀνσαλάνης nomen proprium esse videtur, licet contrarium scribat Procopius, aut certe ab alio diversum.

AN-

ANGARI.

XV. Tabellarii hoc nomine veteribus Persis dicebantur, qui obvios quoscunque si iis indigerent ad servitium Regis cogere poterant, & ipsi illi nonnunquam, qui ad aliquod opus adigebantur. Multa loca quibus id probatum darent annotata sunt ab Interpretibus & Commentatoribus N. T. (quandoquidem *Mat.* 5.3. & 27.32. ut & *Marc.* 15.21. vox ἀγγαρεύειν occurrit) & iis qui de vocibus Graeco barbaris N. T. scripserunt, quae nobis non vacat exscribere. Ex Etymologico tamen quod vulgo magnum dicitur haec notabimus, quandoquidem omnia, quae in illo de vocibus antiquis Persicis habentur, olim ad usus nostros excerpsimus. Ἀγγαρεύω. Τὸ ἐργάτας ἐγείρω, ἀπὸ τοῦ ἄγγαρος, ὃ σημαίνει τὸν ἐργάτην. Ἀγγάρους λέγουσιν οἱ μὲν τοὺς πρέσβεις ἢ τοὺς ἀπεράκτους καὶ νωθεῖς. Ἔλεγον δὲ καὶ τοὺς σταθμοὺς ἀγγάρους, καὶ τοὺς ἐπὶ τῷ κατοδηγεῖν παραλαμβανομένους ἄκοντας. Αἴσχυλος οὖν ἐν Ἀγαμέμνονι τὸν ἐκ διαδοχῆς πυρσὸν ἀπ' Ἀγγάρου πυρὸς ἔφη. Et postea. Ἀγγάρους. Ἡ λεγομένη Περσικὴ ἐστὶ, σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους. Ὅθεν καὶ τὸ εἰς βασιλικὰς ἀπάγειν τι χρείας ἀγγαρεύειν λέγεται· καὶ ἀγάρεία δουλεία, καὶ ἀγγάριος δοῦλος ἢ ἄγγελος. Quibus

§. XV. *Angari.*

bus addimus Eustathium in *Comment. ad Homer. pag.* 580. *lin.* 1. ita scribentem. Παρὰ τῷ αὐτῷ δὲ ποιητῇ (Aeschylum intelligit) ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ οἱ Ἄγγαροι κεῖνται. Λέξις φανερῶς Περσική ..... Κυρίως δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. (Confer Herod. *l.* VIII. *c.* 98. *p.* 494.) Οἱ δ' αὐτοὶ φησὶ καὶ ἀστάνδαι περσικῶς. Τίθεται δέ φασιν ἡ λέξις καὶ ἐπὶ φορτηγῶν. Vocem huic & sono & sensu affinem non agnoscit aliam lingua Persica, quam verbum اغالبدن *Agaliden*, quod si pronuncietur, uti غ (tribus punctis superne insignitum) Malaei hodieque efferunt per NG, & in voce مغرب aliisque fieri solet, est *Angaliden*, quamvis vulgo per G reddatur, quia nobis difficilior est hujus & aliarum literarum pronuntiatio. Unde satis bene cum voce *Angaros* convenit. Verum nec eo devenire necesse est, modo consideremus in ἄγγαρος non N, sed Γ duplicatum inveniri, eo quod unum Gamma non videretur satis exprimere posse vim τοῦ غ Persici. Et licet nunc vulgo per duplex Γ scribatur Ἄγγαρος, non desunt tamen codices, qui Ἄγαρος & Ἀγαρρεία habent, uti & Hesychius Ἀγαρροὶ & Ἀγαρρεύω exhibet: quam scriptionem mallet quoque Cl. Heinsius in *Exercitation. Sacris ad N. T. pag.* 98. Hanc vero vocem *Agaliden* Graeci vix aliter juxta suum morem,

rem ſcribere potuerunt quam Ἀγαλεύειν, (quia τὸ *iden* terminatio tantum infinitivi eſt) & mutata liquida λ in ρ (uti λείριον *lilium*, φραγέλλιον, *flagellum* &c. dixerunt) Ἀγαρεύειν. Significat verbum اغاليدن *Agaliden*, Perſis, inſtigare aliquem, urgere, excitare, abigere, auferre, ad fugam cogere, & non tantum de interna animi commotione ſed & externa corporis uſurpatur. Quae omnia mire conveniunt cum ſenſu, quem Graeci dant voci Ἀγγαρεύειν, quod ſit ἐγείρειν ἐργάτας, Ἄγειν εἰς φορτηγίαν ἤ τοιαύτην τινα ὑπηρεσίαν, Ἀπάγειν τι, ad uſum ſc. regum: noſtrates dicerent *preſſen*. Quod ſi ab hac voce *Agaliden* Angaros derivemus, facile animadvertemus *Angelos* ab eadem eſſe dictos, & Ἄγγελος ab Ἄγγαρος non multum differre. Quum enim Perſae nuncios ejuſmodi inter primos habuerint, illi & angari ab iis & angeli ab eodem verbo dicti ſunt (erant enim iidem. Suidas Ἄγγαρος, οὕτως ἐκάλουν οἱ Πέρσαι τοὺς βασιλέων Ἀγγέλους. Et quid ſunt Angeli, niſi ſummi Regis nuncii?) & utrumque nomen ad alias gentes manavit, ita tamen ut angelorum nomen, neſcio quo fato, magis generale redditum fuerit, & angarorum pro ſolis Perſarum nunciis, qui alios ad ſervitium regis cogere conſuerant, uſurpatum. Certe R. Bechai quoque vocem ἄγγελος, אנגלי, ſcribit

bit esse Persicum: & apud Aeschylum in Agamemnone ἄγγελον πῦρ quidam legunt, alii ἄγγαρον. Scilicet, utrumque idem est. An huc quoque pertineat vox ἄναρος, qua ἄγγελον Tarentini appellant teste Hesychio, viderint alii. Si quis tamen huic conjecturae meae non suffragetur, ex omnibus, quae vulgo produntur etymologiis nullam praeferrem illi, quae in voce אִגֶּרֶת *epistola* aliquid latere putat, quod videatur docere aggaros, sive, Dages in Nun resoluto ut saepe fit, angaros a simili vocabulo, quod olim apud Persas in usu fuerit, ita dictos esse, quasi γραμματοφόρους, qui *literas* deferrent. Quae videretur prima esse & simplicissima vocis significatio. Nam ἀγγαρεύειν (ita cogitandum esset) habet sensum cogendi aliquem ad praestandum opus, quem non debet etymologiae suae, sed moribus illorum γραμματοφόρων, quibus facultas concessa erat, & est hodieque in Persia, in itinere equos, homines, camelos & alia ad servitium sibi praestandum adigendi.

A P A N.

§. XVI. *Apan. Cappadocica mensium nomina.*

XVI. Ἀπάν. Hoc nomen mensis Persici ex Codice manu scripto supra laudato Burtonus exhibet, qui sit Aprilis. Ita & hodie Persae fere scribunt ابان *Abân.* Isaacus Monachus hunc

hunc mensem Persice dici Ἀπενμὰ tradit, addens μὰ, ماه, quod *mensem* notat, nec huic magis quam alii mensium adjici debebat. Persae quidem aliquando vocem ماه *Ma* subjiciunt nomini mensis, ut mensis a die ejusdem nominis distinguatur: & saepe ita ut in unam dictionem coalescant. At hoc plane omisisse vel quibus libet mensibus addidisse debuisset Isaacus. Dum heic in explicando hoc Persico mensis nomine sum, examinanda Tibi haec Cappadocica mensium nomina, lector, exhibeo, quae ex veteri libro Henricus Stephanus excerpsit & Tomo IV. *Thesauri* sui *Graeci*, *pag.* 225. inseruit. In iis umbram mensium Persicorum mihi videor detexisse. En illam seriem. Mox habebis Persica a me addita. Τίειξ, Μάτα, Ξανανθηεὶ, Μιθεὶ, Ἀπομέναμα, Ἀρθρὰ, Τετυσία, Ὡσμωνια, Σόνδαρα, Ἀρτανία, Ἀρταεστὶν, Ἀρωιότατα. Persica Graecis literis scripta, ut illi seriei conveniant, paulum deflexa, ut fieri solet a Graeculis, haec sunt, Τίρις, Μορδάτα, Ξαχνελὰρ, Μιθεὶ Ἀπάνα μα (*Ma* id est mensis, quod saepe addunt) Ἀθρὰ, Τε, Βαχμανια, Σφονδαρα, Φαρτίνια, Ἀρταπες, Ἀρτάτα. Ita corrupi nomina Persica, ut illa esse corrupta mihi imaginor. Vera nomina Graece scripta, eo ordine quo illa praecedentia, haec sunt, Τὶρ, Μορδὰδ, Ξαχελὰρ, Μιθρὲ, Ἀβὰν, Ἀδὰρ,

Δὶ, Βαχμὰν, Ἀσφανδὰρ, Φερχαρδὶν, Ἀδαρβεάς, Χορδάδ. De quibus videri poſſunt egregii illi harum literarum promotores, Jacobus Golius, in *notis ad Alfraganum pag.* 20—42. & Thomas Hyde *in Hiſtoria relig. veter. Perſarum cap.* 19. At eadem ipſa, miris modis corrupta ita leguntur in Joannis Lalamantii *Collatione annorum exterarum gentium cum anno Romano*, *pag.* 60. addita fere ubique ſyllaba *mech*, id eſt ماه *menſis*. *Zirmech* (is eſt *Tir* menſis Perſicus, vel Τίρεξ in Cappadocicis) *Mardan vel* *Mardari*, *Sarembemech*, *Machiramech*, *Ebenmech*, *Goramech*, *Dimech*, *Bechmemech*, *Azfirdauich*, *Fordimech*, *Ardeimech*, *Cardaimech*. Confer illa cum veris nominibus Perſicis, & abſque multo labore deprehendes, quomodo reſtitui debeant. Nec eſt quod quis miretur tam inſignem corruptionem. Graecis ea barbara erant: & quomodo Hebraea menſium nomina reddiderint, eodem loco apud Stephanum vide, ubi ἐβλὰδ pro ἀβ, Σιεθονκὴ pro σιουὰν, &c. quomodo Aegyptiaca, vide in Cl. Golii *notis ad Alfraganum*, *pag.* 43. Licet errem, cum nullis tamen menſibus quam Perſicis melius ea conferri poſſe mihi perſuadeo.

A R D E M P E A S.

XVII. Ἀρδεμπεάς. Nomen menſis Octobris, quod ex M. S. producit Burtonus. Hic hodie اردبهشت *Ardebehast* dicitur, ex qua voce Ἀρδεμπεάς natum eſt. Iſaacus Monachus eundem hunc menſem Perſice Ἀρλιπέες dici ſcribit. Chryſococca in Canonibus Perſicis illum Ἀρλιβέες vocat. Vide Lector, qua ratione vocem eandem Perſicam Ardebehaſt corruperint, & hoc in aliis quoque factum ſuſpicare. §. XVII. *Ardempeas.*

A R I M A N E S.

XVIII. Malus genius apud Perſas. Heſychius. Ἀρειμάνης ὁ Ἀΐδης παρὰ Πέρσαις. In Talmude הורמין *Hormin* nomen eſt mali genii, quod ſuſpicabar aliquando pro הורמיז, id eſt, Perſico هرمز *Hormoz* (Oromaſde) poſitum; ſed quia malum eſſe Genium dicunt, ex Arimane poteſt deflexum videri. Hodieque اهرمن *Ahariman*, nomen eſt Diaboli: unde non eſt neceſſe illud compoſitum credere ex ארי *Ari*, & מני *Mani*, quae duo ſint nomina Perſica ſimplicia, uti Illuſtris Scaliger volebat *lib.* VI. *de emend. temporum*, *pag.* 551. ubi tabellam exhibet nomi- §. XVIII. *Arimanes.*

minum Persicorum simplicium, ingeniose quidem constructam, ut inde omnia nomina propria Persica sibi nota deduceret, sed (quod pace tanti Viri dixerim) uti mihi quidem videtur, nullius aut exiguae utilitatis: quandoquidem eam tabulam ex variis syllabis nominum Persicorum conflavit, & ipsa nomina Persica ex illa explicat, quasi per circulum. Unde enim probat ארי & מני, & תיר & דתא aliaque, esse nomina Persica simplicia? Quia *Ari* & *Mani* occurrunt in voce *Arimanes*, & *Manes* nomen Persae est; porro quia *Tir* & *Datha* faciunt nomen *Tiridatis*. Et vice versa, unde probat *Tiridatem* componi ex *Tir* & *Datha*? quia *Tir* & *Datha* sunt nomina simplicia. Atqui haec, ut speciem habeant, si Latinis aut Hebraeis literis ita legantur *Ari* ארי & *Mani* מני, nequaquam satisfaciunt illi qui scriptionem Persicam harum vocum consulit. Nec enim *Ari* in voce Persica est, sed *Aher*, quod flexerunt Graeci in ἄερ vel ἄρει. *Aher* autem non est nomen proprium Persicum, ut nec من altera pars vocis *Ahermen*, quamvis a Graecis in μάνης & μάνιος flexa sit, ut conveniret cum voce ipsis nota Ἀρειμάνιος, *bellandi amore insanus*, de qua multa habet Stephanus *Schediasm.* IV. z. 5.] Atque ita se res habet in aliis.

AROS.

A R O S.

XIX. Nomen numeri apud Perſas. Heſychius. Ἀρῶς, ἀριθμοῦ ὄνομα παρὰ Πέρσαις. Scilicet numerum aliquem ſpecialem non notat, quantum ex hodierna lingua Perſica colligere datur, ſed nomen eſt, quo *Numerum* ſive *quantitatem* generatim appellant. Duae hodie ſuperſunt voces, quarum utraque hoc notare apta eſt, nempe ارج *Arasj* (ج autem ſaepe per Σ reddidere Graeci, uti in Γανσάμηλα liquet ex جمل خانه, de quo ſuo loco, unde fit *Aras*) & ارس *Arts*. Priorem tamen hic praeferrem; quae in M. S. S. Lexicis orientalibus transfertur per Arabicum مقدار, quod *menſuram*, *ſpatium*, *quantitatem rei determinatam* notat. Ita ἀριθμὸς etiam apud Graecos cum μέτρῳ, uti illud obſervatum eſt a Stephano in Theſ. L. Gr. conjungitur. Nec enim aliud quid numerus eſt revera quam menſura, & ἀριθμὸς ὑπὸ ἀριθμοῦ μετρεῖται, unus numerus ab altero menſuratur, uti Euclides loquitur *l.* VII. *Elem.* Non longe ab hac voce recedit Σάρος, quod eſt ἀριθμός τις παρὰ Βαβυλωνίοις, *numerus aliquis apud Babylonios*, teſte Heſychio. An eſt چهار Σὰρ, *quatuor*, ſuppreſſo ου ut in voce Σάνη ex چهان: quam vide infra.

§. XIX. *Aros.*

ARTABA.

§. XX. *Artaba.* XX. Genus menſurae, qua Perſae olim utebantur in metiendo frumento. Heſychius & Suidas: Ἀρτάβη, μέτρον Μηδικὸν σίτου· Ἀττικὸς μέδιμνος. Polyaenus *l.* 4. *cap.* 13 *pag.* 354. Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Περσῶν βασιλείοις ἀνέγνω τὸ βασιλέως ἄριστον καὶ δεῖπνον ἐν κίονι χαλκῷ γεγραμμένον. Ὅπου δὲ οἱ ἄλλοι νόμοι οὓς ἔγραψε Κῦρος· εἶχεν δὲ οὕτως. Πυραμηνῶν ἀλεύρων καθαρῶν τετρακοσίας ἀρτάβας. Ἡ δὲ ἀρτάβη ἡ Μηδικὴ μέδιμνος ἐστὶν Ἀττικός. Τῶν δὲ δευτέρων ἀλεύρων μετὰ τὰ καθαρὰ τριακόσιαι ἀρτάβαι. Conferri poſſunt Herodotus *l.* 1. *c.* 192. & alii. Perſica vox hodie non ſupereſt, quamvis prior ejus pars ارد *Ard*, quae in M. S. Lexicis per اون & دقيق, explicatur, *farinam* notans, (confer Graecum ἄρτος) non inconveniens videatur ut cum additamento وا *wa* aut با *ba*, quod vocibus quibuſdam Perſae adjiciunt, menſuram farinae notare poſſit, uti ab eadem voce deductum اردبیز ſignificat *cribrum farinae*, اردحاله *edulium ex lacte & farina confectum* Turcis dictum اردينه, بولامج اشي *cibum farinaceum* quem Turcae اون شي vocant. Apud Syros ea vox invenitur ארדובא & Arabes الاردب, uti & in lingua Coptica ΠΙΕΡΤΩΒ, quod ab Artaba

taba non abludit, ΠΙ enim particula eſt, praefigi nominibus ſolita, ut ال Arabum. Quod autem *Artaba* vox Aegyptiaca ſit, etiam Epiphanius ſcriptum reliquit in libro *de menſuris & pond.* Ἀρτάβη· ἔτο τὸ μέτρον παρ' Αἰγυπτίοις ἐκλήθη. Idem Scholiaſtes Ariſtophanis *ad Acharn. Act.* 1. 5. 2. *p.* 375. Hieronymus *in c.* 5. *Jeſaiae*, Galenus *cap.* v. *de menſur.* Iſidorus *Orig. l.* 14. *cap.* 25. Suidas in voce Ἀχάνη, & alii tradunt. R. Nathan in Lexico, cui nomen dedit *Aruch*, meminit etiam menſurae frumentariae, ארדב dictae, quae ſit חצי לתך, *dimidium Lethech*, & cujus in Talmude mentio fit in *Gem. Bava Metzia c.* 6. & *cap. ult. Gem. Eruvin.* Benjamin Muſſafia, in notis ad id Lexicon, obſervat a Graecis ארטב *Artab* dici, & ſpeciem eſſe *menſurae Perſicae* מין מדה פרסי״ת & vulgo ſcribi ארדיב, mutatis locis literarum *Reſch* & *Dalet*, adſcitoque *Jod*. Editus Etymologus nil habet niſi ἀρτάβη μέτρον ἐςὶ Περσικὸν, Ἀττικὸς μέδιμνος. Multo plura de Artaba habet Etymologus noſter ineditus, ſed corrupta, at quae facili negotio quiſpiam a mendis liberare poterit, qui illa confert cum iis quae Epiphanius habet de Artaba in *lib. de ponder. & menſ.* Ἀρτάφη (ita noſter pro Ἀρτάβη, quamvis τȣ̃ β & φ frequens ſit permutatio) Τȣ̃το τὸ μέτρον παρ' ἐγυπτίω (leg. Αἰγυπτίοις) ἐκλήθη.

θη. Ἔστι δὲ ξεστὸν (leg. ξεστῶν) οβ´ ἐκ πολλῆς ἀκριβείας τοῦτο οὕτω (l. οὕτως) συνήχθη. Ἑβδομήκοντα γὰρ καὶ δύο ἄνδρες τότε τὸν πύργον ᾠκοδόμησαν κατὰ τὴν Βαβυλῶνα, ὅτι ὀγδοήκοντα γλῶσσας ἡ μία συνῆλθεν (Epiphanius ὅτε καὶ ἑβδομήκοντα δύο γλῶσσαι ἐκ μιᾶς συνεχέθησαν) ὅθεν καὶ μέροπες ἐκλήθησαν τῶν .... σινῶν (Epiphanius, εἰς τὴν μεμερισμένην φωνὴν) Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ μετριότης (Epiphanio μετρήτης) Τὸ δὲ Γομὸρ δέκατόν ἐστι τοῦ μεγάλου μέτρου τῆς ἀρτάβης, τοῦτ' ἔστι ξεστῶν πέντε Apud Epiphan. legitur ἑπτὰ ξεστῶν καὶ πέμπτον. Si ubique pari modo detegere possemus unde Etymologi & Lexicographi Graeci sua depromsissent, facilior esset locorum depravatorum restitutio.

ARTABANUS.

§. XXI. *Artabanus.*

XXI. Notum nomen: quod & Persicam terminationem habet وان vel ـسان & vocem Arta, quam per magnum Graeci explicuerunt. Non repugno si quis in his velit acquiescere. Verum non possum, Lector, quin moneam apud Persas & Maleos, quorum lingua plurimas habet voces Persicas, ارتاون *Artavan* notare *divitem*, qui multas opes, agros, &c. possidet, & ارت *Arta* sive هرت *Harta* iis opes, pecuniam, bona, significare. Hoc tamen *Arta*, uti puto, hac significatione

tione tolerari non potest in *Artaxerxes*: quare viderint doctiores, si tanti est.

ARTADES.

XXII. Ita *Justi* appellantur apud Magos. Hesychius. Ἀρτάδες, οἱ δίκαιοι ὑπὸ Μάγων. Puto legendum Μαρτάδες: nam ita Persarum Magi justum appellant مرد داد *Mard dad*, quasi *virum justitiae* dicas, uti مرد دين *Mard din*, *virum religionis*, i.e. pium, مرد خدا *Mard choda*, *virum Dei*. §. XXII. *Artades.*

ARTAEI.

XXIII. Ita Heroes & viri magni Persis olim dicebantur, teste Hesychio, juxta quem Ἀρτὰς etiam Persice μέγαν καὶ λαμπρὸν notat. Unde in compositione nominum ita veteribus explicatur. *Xerxes* iis ἀρήιος est, Artaxerxes, μέγας Ἀρήιος. Vid. Herodotum *l.* VI. *cap.* 98. *pag.* 366. Artaeos esse gentem Persicam & Persas Artaeos appellere heroas, unde formata sunt nomina Artaxerxis, & Artabazi scribit Stephanus *de urb. pag.* 173. his Ἀρ(?)αία, Περσικὴ χώρα .... οἱ οἰκοῦντες Ἀρταῖοι. Ἀρταίους δὲ Πέρσαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους, ἥρωας καλοῦσι. Τάχα δὲ καὶ ἐντεῦθέν μοι δοκεῖ Ἀρταξέρξαι καὶ Ἀρταβαζοί. Quae §. XXIII. *Artaei.*

 omnia

omnia tolerari commodius possunt, quam etymologiae quorundam Graecorum, qui omnium barbararum vocum (more Graeco loquor) origines in sua lingua quaerunt, atque *Artaphernem* dictum quod φρένας ἔχει ἀρτὰς, uti *Paradisum* a παρὰ & δεύσω, *acinacem* ab αἰκὴ dernari & plura talia commenti sunt. Herodotum autem Persas antiquitus esse appellatos suo sermone *Artaeos* tradit *l.* VII. *c.* 61. Ἐκαλέοντο δὲ πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μέντοι σφέων αὐτέων καὶ τῶν περιοίκων Ἀρταῖοι. ارد *Ard* Genium Daemonemve Persis notat. Illud *Arta* itaque vel *Ard* hodie apud Persas nihil tale (quod sciam) significat, adeoque fatendum est illam vocis significationem interiisse. Nec enim dubitamus quin Herodotus & alii recte explicuerint *Arta* per *Magnum*, quum ista significatio admodum conveniat usui istius vocis in compositione tot nominum, quibus Reges & Principes Arabum & Persarum innotuerunt, uti *Artaxerxes*, *Artabazus*, *Artacamas*, *Artagerses*, *Artasyras*, *Artostes*, *Artaces*, *Artabanus*, & alii, quos inter & forte *Aretas*, Arabum Rex. Velle enim refutare Herodotum ex eo, quod hodie apud Persas ارد *Ard* non nisi *farinam* notet, & illos, quorum auctoritate scriptor antiquissimus vocis *Arta* sensum tradidit, culpare ut imperitos sermonis Persi-

ci,

ci, aut malignos impostores, nimis temerarium mihi videtur. Nam quid, precor, in voce Ard est (si olim, ut nunc, nil nisi farinam significaverit) quod tot Regum & aliorum magnorum virorum nominibus praefigi meruerit? Nae illi superbos istos Reges Regum in farinaceos Principes transmutant. Et quid mirum, tot saeculorum intervallo, quibus tot urbes & regna eversa sunt, hujus vocis significationem aut mutatam esse aut periisse? Certo itaque mihi persuadeo Art vel Arta antiquitus *Magnum* denotasse. Clarissimus Bochartus, in hodierna lingua Persica vocem ارد hoc sensu, quem veteres tradidere, non inveniens confugit ad Hebraeum אדיר, unde per metathesin literarum *Ard* factum sit. At vir linguarum peritia Bocharto non minor Th. Hyde in *lib. de relig. vet. Pers. pag.* 413. ارد Persice *strenuum*, *magnanimum* significare scribit, persuasus, ut puto, Veterum Graecorum testimonio; nam hodie ارد, quod sciam, nonnisi farinam notat.

ARTAXERXES.

XXIV. Herodotus per μέγαν ἀρήιον interpretatur. Scilicet hoc nomen Persicis literis ita scribitur etiam hodie اردشير شاه *Ardexir Xa*, id est, juxta opinionem meam, *Magnus* §. XXIV. *Artaxerxes*

gnus Leo, *Rex*, id eſt, μέγας ἀρήϊος βασιλεύς. De vocibus شاه شير *Xir Xa*, unde *Xerxes* ſuum Graeci fecerunt, agam in voce *Xerxes*. Hic de *Arta* potiſſimum laboro. Sunt inter ipſos Perſas, ne quid diſſimulemus, qui *Ardeshir* explicant per *farinam* & *lac*, ob hiſtoriam quandam, quam & Teixera, & alii, in vita primi Artaxerxis narrarunt. شير *Schir* enim *lac* aeque ac *Leonem*, ſignificat, & ارد *Ard farinam*. Sed hoc factum a Perſis puto, quod ignorarent priſcum ſenſum vocis ارد, quem nobis Graeci antiquiſſimorum temporum conſervarunt. Et quoniam ارد non niſi per *farinam* explicare poterant, alteram شير non per Leonem, ſed *lac* vertendam rati ſunt, ea ratione, ut videtur, inducti quod farinae cum lacte melius conveniat quam leone. Et ut haec Etymologia ſpecie quadam ſe commendaret, fabulam illam de farina & lactis vaſe inventis, quam legere potes apud Teixeram, commenti ſunt. At ſi vel maxime concedamus uni Artaxerxi ob ſingularem hanc hiſtoriam id nominis datum fuiſſe, unde id tot Principibus Perſarum & aliis commune fuit? unde cum aliis vocibus prima vox *Arta* componitur, ut Artabanus, Artachaſta, &c? quem ibi farina locum habeat, non video; nec ab Herodoto ante recedam, *Arta* per *Ma-*

gnum

gnum explicante, quam meliora & vero propiora edoctus fiero.

ARXIPHOS.

XXIV. *Aquila*, Persice. Ἀρξίφος, ἀετὸς §. XXIV.
παρὰ Πέρσαις. Hesychius. Voce کرکس *Arxiphos.*
Karges pro *aquila* vulgo Persae utuntur: quicum convenit Κίρκος. Schol. ad Homerum *Iliad.* Σ. *pag.* 307. Κίρκος γένος ἀετοῦ ὁ λεγόμενος ἱέραξ. Vide infra in voce *Circos.*

ASTANDAE.

XXV. Cursores Regii aut successivi lite- §. XXV.
rarum latores ἡμεροδρόμοι, ἐκ διαδοχῆς γραμ- *Astandae.*
ματοφόροι. Loca ex Suida, Hesychio, Eustathio & aliis, quibus id firmatur, adduxerunt Viri Eruditissimi, B. Brissonius *lib.* 1. de regno Persar. *pag.* 148. & Burtonus *in histor. ling. Persicae pag.* 70. Dicti (si recte scribitur Astandes) videntur, ab استاندن *stare*, unde استانده, *Astanda Stator*, quasi adstans domino ut jussa ejus exequeretur. Quo sensu & nuncii magistratuum *Statores* Latinis dicti, etiam illi qui γραμματοφόροι erant. Cicero *lib.* 11. *Epist.* XVII. *ad famil. Literas a te mihi Stator tuus reddidit Tarsi.* Meminit horum etiam Petronius *in Satyr. Nisi aut servos vide-*

viderint aut statores altius cinctos. Cl. Drusius putat Astandas dictos pro Astanras, & hoc natum ex Hebr. אחשתרנים *Esth.* VIII. 10. Cl. le Moyne in *dissert. ad Jerem.* 23. 6. *p.* 252. & Cl. Bochartus, *Hieroz. l.* II. *c.* 21. pro *Astandis* legunt *Asgandas*, & dictos illos putant a Chaldaeo אזגר, quod *nuncium* notat. Pro quibus facit, quod apud Hesychium non solum legatur Ἀστάνδης, ἡμεροδρόμος, sed, Ἀσκάνδης, ἄγγελος.

ASTARI.

§. XXVI. *Astari.* XXVI. Athenaeus *lib.* III. *cap.* 34. inter nomina Persica, quibus Graeci scriptores uti solent, recenset τοὺς παρασάγγας καὶ ἀστάρας, ἢ τὴν σχοῖνον. Verum πολυμαθέστατος. Casaubonus *in Animadversionibus in Athenaeum*, *pag.* 233. non ἀστάρας sed ἀγγάρας legendum esse observavit. Vide quae nos ad vocem ἄγγαροι.

ATERGATIS.

§. XXVII. *Atergatis.* XXVII. Τόπον θεοῦ vel θεῶν, Locum Dei vel Deorum Persice notat, uti Simplicius, in *Comm. ad lib.* IV. *Aristotelis*, περὶ φυσ. ἀκροαμ. qui ipse in Perside fuerat observavit. Recte: nam دار *Dar*, quod Chaldaei אתר effe-

efferunt, *locus* eſt, & خدا *Choda*, *Deus*. Praeſtantiſſimus Athenaei Interpres Caſaubonus *lib.* VIII. *cap.* 8. ſcribit certum eſſe, nomen Atergatis corruptum eſſe ex Aſtarta. Dictam eandem Ἀθάραν, & a Ctesia Δερκετὼ Strabo in fine *lib.* XVI. tradit. Vide de illa Seldenum, de Dis Syris.

A U L I S C I.

XXVIII. *Inaures* Perſice. Heſychius. Αὐλίσκοι, ἐνώτια. Πέρσαι. Hodie Perſis *Inauris* أويز *Auiza* dicitur. Unde Αὐίσκοι in Heſychio legendum arbitror. §. XXVIII. *Auliſci.*

A U P H A N T A R.

XXIX. Nomen menſis *Auguſti* apud Perſas. Αὐφαντάρ. Ita Burtonus tradit ex M. S. ſupra memorato. Vera ſcriptio eſt اسفندرمذ *Aſphandarmod.* Iſaacus Monachus, in ſerie menſium Perſicorum, eam vocem corrupit in Ἀσφενδάρημα. §. XXIX. *Auphantar.*

A Z A R A P A T E I S.

XXX. Ἀζαραπατεῖς οἱ εἰσαγγελεῖς παρὰ Πέρσαις. Heſychius. Ambigua eſt vox εἰσαγγελεῖς, quae delatores, vel etiam nuncios qui ad- §. XXX. *Azarapateis.*

adventum alicujus nuntiant, ſignificare poteſt. Vocem Perſicam adhuc quæro.

BAGISTAN.

§. XXXI. *Bagiſtan.* XXXI. Perſice notat vox باغستان *Bagiſtan* regionem arboribus, vineis, aliiſque plantis ad delectationem conſitam, quaſi regionem hortorum diceres. Hoc autem nomine dictum eſſe amoeniſſimum locum Mediae, quem mons & planities fonte irrigata efficiebant, vel potius montem ipſum in planitie ſitum, in quo vel ad quem Semiramis hortum ambitu XII ſtadiorum conſtruxit, teſtatur Diodorus Siculus *lib.* I. *c.* 13. Quamvis autem ſignificationem vocis Bagiſtan non addat, nec tradat, ex qua lingua petita vox ſit, terminatio tamen Perſica ستان, *Stan*, & locus, cui hoc nominis datum eſt, in Media, & rei ipſius convenientia cum hoc nomine mihi perſuaſerunt eam huic Indici vocum Perſicarum eſſe inſerendam.

BAGOAS.

§. XXXII. *Bagoas.* XXXII. *Spado Regius.* Loca plurima ex Ovidio, Curtio, Plinio & aliis à viris Eruditis diu adducta ſunt. Eſt tamen dubitandi ratio an Bagoas nomen proprium fuerit quorundam

rundam (uti Suidas refert, Βαγώας, ὄνομα κύριον, ὃς ἦν εὐνοῦχος) an vero commune omnium Eunuchorum. Certe apud Persas باقو Bakou nomen proprium est: at si commune fuit Spadonibus, forte a پاك Pâk pudicus, castus, derivari deberet ad notandam morum innocentiam & vitae puritatem. Literae enim ejusdem organi, quod vel tyrones norunt, P & B, uti K & G in linguis Orientalibus saepe permutantur. Clariss. Boxhornius in Epist. suis, ea quae invenitur p. 220. putat a voce Bagoas ortum duxisse Gallicum Page, quod pedissequum notat. Vix tamen id mihi persuadeo, crediderimque τὸ Page, a Turcico & Persico پيك Peik, quod prorsus idem notat, quod Page Gallis, esse derivandum. باكس Bagos, formosum hominem significat Javanis.

BARBITOS.

XXXIII. Lyrae species, quam a Persis ad Graecos & Romanos transiisse credit Cl. Hyde in *praefat. ad lib. de relig. vet. Pers.* quum ipsi Persae tradant tempore Cozrois Perviz vixisse بربط Barbet quendam, Musicum Regium, qui nomen dederit huic instrumento, de nomine suo. At inde (quod cum venia Viri magni dixerim) Graecum βάρβιτος pro- §. XXXIII. *Barbitos.*

 fici-

ficiſci non potuit, quod multis ſaeculis ante Cozroem Perviz, a Pindaro, Euripide, Anacreonte, Theocrito aliisque uſurpatum fuit. E a barbito potius ipſum Muſicum, quam ab Muſico barbiton nomen traxiſſe opinor. Strabo *lib.* x. vocabulum hoc apud Phrygas in uſu eſſe ſcribit.

BARSAMANATAE.

§. XXXIV. *Barſamanatae.*

XXXIV. Joannes Malala *Chronographiae* *pag.* 353. Βασιλεὺς Περσῶν ἔπεμψε δύο Βαρσαμαρίτας, ὧν ἦσαν τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα Φοῦρτων καὶ Γάρζαρις μετὰ βοηθείας πολλῆς Περσικῆς χιλιάδων γ. Mox eoſdem Βαρσαμανάτας appellat. Videtur illud ſignificare *Viros potentes*, ita enim hodie Perſas منند برز *Bartſemend* (unde parva aut nulla fere mutatione *Barſamanata*) uſurpatur pro *Viro potentia praedito*: quos Chaldaei גברי חיל dicerent: vide *Dan.* 3.20. برز enim *potentiam*, & منند, idem quod Arabum ذو, *inſtructum*, *praeditum*, *ornatum*, notat hominem illa re, cui ſubjungitur. Lectionem itaque Βαρσαμανάται per N prae altera elige.

B I-

B I S T A X.

XXXV. Rex Persice. Hesychius. Βίσαξ, ὁ βασιλεὺς παρὰ Πέρσαις. Num id ex Persico پادشاه *Padischah*, *Rex*, detortum est? Non videtur. Ego existimo deceptos esse Graeculos, nec unquam hanc vocem Persicam fuisse. Error, ut puto, hic est. Βιστάκια dicebantur olim nuces quaedam, hodie nomine *Pistaciorum* notissimae. Ita Posidonius apud Athenaeum *l.* 14. scribit, Nicander Φιστάκια, alii vulgo Πιστάκια. Persicum illius fructus nomen est پسته *Postah*, unde orta vox *Pistacia*, Talmudistis פסתקא. Unde enim res veniunt, inde & nominis etymon arcessere tutissimum est. Quia vero Pistacia regum erant apud Persas deliciae, & cibus vere regius, hinc quum nuces illas Regias appellari Graeci audirent, putarunt in voce βιστάκια latere nomen *Regis*, & hinc βίστακα *Regem* notare scripsit Hesychius. Apud veteres enim βίσαξ pro Rege Persarum legere non memini, quo magis mihi persuadeo ex Pistaciis βίστακα ortum esse. Quod si in eo fallar, certiora de hac voce dare nequeo. Cl. Bochartus *in Canaan l.* 1. *c.* 10. βιστάκια a βίσαξ derivat & a Persis eas nuces ratione praestantiae regias appellatas esse suspi- §. XXXV. *Bistax.*

catur. Ego contra βίςαξ fictum esse a Graeculis ex male intellecta voce βιςάκια conjicio. Qui plura de Pistaciis scire avet, e recentioribus legat Scaligerum in *Comm. ad Theophrastum*, & Salmasium *in Homonym. Hyles Jatr.* ubi agunt de terebintho.

CAIADAS.

§. XXXVI. Caiadas. Locus Hesychii tentatus.

XXXVI. Sic *Aedes plena cineribus* Persice dicitur, si recte se habent, quae leguntur apud Suidam. Καιάδας, παρὰ Λάκωσι βασιλικὴ φρουρὰ καὶ Σικελιώταις. Παρὰ δὲ Πέρσαις οἴκημα μεςὸν τέφρας. Intelligitne Pyreum aliquod Persarum vel sacellum in quo combustorum lignorum reliquiae inveniuntur? Certe tale οἴκημα solent كده *Cada*, etiam hodie, appellare, & conjunctim آتش كده *Atesch Kada*, quasi *aedem ignis* dixeris. Ceterum, uti Lacedaemoniis carcer quidam, vel antrum, Καιάδας dicebatur, ita Atheniensibus Κεώδας. Idem Suidas, *voce* Κεώδας; unde corrigendus videtur Hesychius, apud quem legitur Κεώδης, καθαρός. Lege Κεώδας (vel Κεώδης,) βαραθρόν. Illud καθαρὸς natum est ex voce βαραθρὸν, non solum ob literarum affinitatem, sed quod Κηῶεν idem Hesychius per καθαρὸν exposuisset. Suidas, *in voce* Παυσανίας, scribit nomen illius carceris Lacedaemonii

monii κεάδαν, & explicaturus quid ſit, nil niſi βάραθρον appellat (uti in Heſychio legendum conjeci) his verbis: Τὸ δὲ σῶμα εἰς τὸν κεάδαν, βάραθρον δὲ ἐστι τοῦτο, ἔῤῥιψαν.

CALASIRIS.

XXXVII. Tunica lato clavo inſignis, qua Perſae olim utebantur. Heſychius. Καλάσιρις χιτὼν πλατύσημος ἢ ἡνιοχικὸς καὶ ἱππικὸς χιτών· ἔνιοι δὲ λινοῦν καὶ ποδήρη χιτώνιον. Democritus Epheſ. *l.* 1. Ὑπάρχουσι δὲ καὶ Περσικαὶ καλασίρεις, αἵπερ εἰσὶ κάλλισαι πασῶν. Sextus Pompejus Feſtus, *de verb. ſignif. Calaſis, tunicae genus quod Graeci καλάσιριν dicunt. Alii dicunt nodum eſſe tunicae muliebris quo connexa circa cervicem tunica ſubmittitur.* Scholiaſtes Ariſtophanis in Avib. *pag.* 131. vocem Aegyptiacam eſſe tradit auctoritate Cephiſodemi, & Suidas. Pollux quoque, Καλάσιρις, ſcribit, χιτὼν θυσσανωτὸς Αἰγύπτιος. Ita & Herodotus *lib.* II. *c.* 81. ab Aegyptiis hanc vocem repetendam ſuadere videtur, quum ait illos appellare genus veſtimenti, quod ibi deſcribit, καλασίρις. Unde a gente Aegyptiaca, cui Καλασίριες nomen eſt, (eodem auctore *lib.* II. *Hiſtor.*) has veſtes dictas & ab Aegyptiis ad Perſas earum uſum tranſmiſſum eſſe quorundam eſt conjectura. At ex lingua §. XXXVII. Calaſiris.

Persica, voces huic non admodum dissimiles
erui possent ut tale vestimentum, quale Ca
lasiris fuisse scribitur, significent. Nam
سر كاله *Kala Ser*, ex كاله *Kal*
constat, quod *pannum* notat, uti & *contortum*
manipulum, & *rhombum*, & سر, *Ser* caput
unde recte videntur illi apud Festum καλα
σίριν dixisse *nodum tunicae, quo circa cervi*
cem submittitur.

CANDYS.

§.XXXVIII. *Candys.* XXXVIII. Tunica veterum Persarum. Ni
hil notius. Hesych. Κάνδυς, χιτὼν Περσικός
Alia priscorum Scriptorum testimonia silentio
praeterimus, quod satis obvia sint. Vide
Henrici Stephani *Thesaurum L. Graec. Tom*
VI. *pag.* 1131. Salmas. ad Tertull. *de pall. pag*
84. & 71. Brissonium *de regno Pers. p.* 249
Aliquando mihi in mentem venit, an non
per Synecdochen partis praecipuae pro toto,
vox *Candys* conveniat cum Persico خانه
دست, *Chandest*, sive *manica*, proprie *do-*
mo manus; quemadmodum Hebraei eam
בית זרוע *domum brachii* & בית יד *domum*
manus appellant. Atque ita Xenophon, scri-
bens Cyropaed. *l.* VIII. equites extulisse τὰς
χεῖρας διὰ τῶν κανδύων posset ita intelligi, ac si per
κανδύας ipsas manicas, non integram togam
innue-

innuere voluisset. Sed, ut verum fatear, loca Veterum mihi se non offerunt, nec opinor inveniri, quibus κάνδυν pro *manica* sola accipi probem. Quare nihil certi statuo de origine hujus vocabuli. Meminit & κανδύκης Περσῶν Aristophanes & Pollux *l.* VII. *c.* 13. sed Candyn ab ea non diversam puto. Meminit & Pollux *l.* 10. *Sect*, 137. Κανδύταλις, scribitque sibi videri *vas esse Persicum a candye dictum* σκεῦος Περσικὸν ἀπὸ τοῦ κάνδυος κληθέν. Hesychius habet Κανδυτάναι, ἱματιοθῆκαι. Puto legendum Κανδυχάναι a خانه *Chana*, θήκα, & *Candys*.

CAPYRIS.

XXXIX. Tunica manicata Persica Polluci, *l.* 7. 13. Κάπυρις, ita ille, Περσικὸς χιτὼν Χειριδωτός. Hodieque كپلو *Caplou*, genus vestis est, sed num inde mutata liquida L in R, *Capyris* factum sit affirmare non ausim. Tot saeculorum enim intervallo & vestes & earum nomina mutata esse nemo mirabitur. Liceat mihi hic verbis uti Q. Septimii Florentis Christiani, qui ad *Vespas Aristophanis pag.* 484. de Sisyra agens, *alii*, inquit, σισύραν *faciunt laenam simplicem, alii duplicem. Non est facile has controversias conciliare*, *nobis praesertim Gallis* (ego *Belgis* dicam, qui hac parte Gallorum sumus simiae) *qui tantum abest, ut veterum vestes satis dignoscamus, ut nostras ipsi quotidie mutemus.* §. XXXIX. *Capyris.*

CARBANI.

§. XL. *Carbani.* XL. Nomen illorum, qui alba vitiligine aut lepra correpti sunt, apud Persas. Hesychius. Κάρβανοι. Περσαῖοι (lege Πέρσαι) οἱ ἀλφὸν ἢ λέπραν ἔχοντες. Persice قاربان *Carbân*, componitur ex قار, *Car* quod unamquamque rem *intense albam* notat, & albae vitiligini optime convenit, ἀλφῷ nimirum, quod in lingua Graeca *album* sonat, (quae vox a Graeco Ἀλφῷ sine dubio derivata est, litera φ in β emollita, quam in π flexerunt Sabini, pro *album* dicentes alpum) & ex بان, *ban*, adjectione Persis usitatissima, significante aliquem ea re *praeditum* esse, ea laborare, &c. Unde genio Persismi mire haec vox congruit.

CARDA.

§. XLI. *Carda.* XLI. *Virile*, *bellicosum*, Persice. Strabo *l.* 15. κάρδα ita explicat, per ἀνδρῶδες καὶ πολεμικόν. Hae cest ipsissima vox Persica کرد, *Card*, notans *bellicosum*, *forte*. Cl. Bochartus tamen, *in Phaleg*, ab Arabico قدرة, *Virtus* per literarum د & ر metathesin derivat. Eustathius Persis κάρδακα, (non κάρδα) dici πᾶν ἀνδρεῖον scribit ad Iliad. B. *pag.* 279. At

κα

κα videtur additum ſine neceſſitate ex voce ſequenti κάϱδακες, quae ab hac derivata erat.

CARDACES.

XLII. Viri bellicoſi ita Perſis dicebantur. Heſych. Κάρδακες, οἱ ϛρατευόμενοι βάρβαροι ὑπὸ Περσῶν εἰς Ἀσίαν ὄτω καλῶσι τοῦ ϛρατιώτας ἀπ' ἔθνες ἢ τόπε. Ita & Euſtathius ad Iliad. B. *pag.* 279. qui a gente Καρῶν eos ita dictos opinatur. Cornel. Nepos *Gardates* illos appellat. Revera autem Cardaces dicti videntur ab eadem voce كرد, *Kard, bellicoſum* notante. *Ces* enim & *tes* terminationes ſunt a Graecis & Romanis adjectae, uti forte & in voce *Acinaces.* كرد *Kord*, idem notat: & ſic in *Guliſtan, cap.* 1. كرد رستم *Roſtem* (qui Orientalium Hercules eſt) *bellicoſus. pag.* 55. §. XLII. *Cardaces.*

CARDARIGAN.

XLIII. Nomen dignitatis apud Perſas juxta Theophylactum Simocattam. Quia nonniſi incertis admodum conjecturis locum facit haec deſcriptio, aliis hujus vocis indagationem relinquimus. §. XLIII. *Cardarigan.*

CATASTIGONA.

§. XLIV. *Catastigona.*

XLIV. *Insulam* notat Persice, si recte quidam intelligunt vel legunt Hesychium, in voce Νησαίας ἵππους. Μεταξὺ τῆς Σουσιανῆς καὶ τῆς Βακτριανῆς τόπος ἐστὶ Κατασήγωνα, ὅπερ ἑλλάδι γλώσσῃ Νῆσος. *Inter Susianam & Bactrianam locus est Catastegona, qui Graece Insula dicitur.* Suidas scribit Κατασιγόνα, in voce ἵππος Νισαῖος. Phavorinus vocem dividit in duas & habet κατὰ σηγῶνα. At mihi placet lectio Cl. Palmerii, cujus schedulae quaedam ineditae olim ad manus meas pervenerunt, qui legendum arbitrabatur κατὰ Στράβωνα, *juxta testimonium Strabonis.*

CAUCASUS.

§. XLV. *Caucasus.*

XLV. In indagandis vocum originibus ea mihi tutissima videtur methodus, si illa nomina, quibus hodieque ab istiusmodi hominibus res fuere denominatae, cum antiquis conferamus; nec refugere soleo ad remotas linguas, si in illis ipsis aliqua vocis vestigia detegam, ut qui satis norim quanto opere mutaverint nomina barbara Graeci, & qui ipsis eruditionem suam debent, Romani. Quare & in voce *Caucasi* eandem mihi rationem observan-

ſervandam exiſtimo. Perſae autem quo nomine Caucaſum appellant? قاف & كو *Cou Caf*, id eſt ultimi litera in S mutata, Coucas (quod Graeci in nominibus barbaris facere ſolent, uti Ἄννιβας, Λίβανος, Ἀσδρούβας pro *Annibal*, *Libanon*, *Aſdrubal*) *Caucas*, Καύκασος. Cujus literae S additio in fine vocis, aut ſuppoſitio in vocibus peregrinis, maxime Perſicis, adeo Graecis erat uſitata, ut proinde Herodotus ſcripſerit, ſi quis bene attendat, illum deprehenſurum pleraque ſi non omnia Perſica vocabula in Sigma terminari, *Hiſtor. l.* 1. Quod quidem uti manifeſto falſum eſt, ſufficienter tamen demonſtrat S in fine vocum Perſicarum pronunciare ſolitos Veteres Graecos. De monte illo *Caf* dicto (nam كوي *Cou* montem notat) & كاف *Caf* nomen ei proprium eſt, tradunt Mohammedani, illum eſſe montium maximum, & ultimum, qui orbem terrarum ab una ad alteram partem circumeat, poſt quem Sol oriatur & occidat. Quibuſcum ſi conferamus (oportet autem latens ſub ejuſmodi fabulis verum eruere) quae de Caucaſo veteres Graeci & Latini tradidere, non exiguum noſtrae conjecturae firmamentum accedit. Aeſchylus, *in Perſis*, hunc montium altiſſimum appellat his verbis:

Πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς ὀρῶν
Ὕψιστον ——

Stephanus in Ἐθνικοῖς, ὄρος ὀρῶν μέγιστον & Historicorum profanorum, qui nobis reliqui sunt, Parens Herodotus *lib.* 1. idem jam olim scripserat. Ultimum illum Theocritus, *Idyll.* ξ, vocat

Ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν ἢ Καύκασον ἐσχατόεντα.

Quare & Βορέου κοίτη dicebatur, quod ad Boream ultimus censeretur; quod nomen Plutarchus in libello de fluminibus memorat. Ab Oriente ab Eois litoribus (unde & solem oriri dicebant) exurgere hunc montem & vaste satis attolli & in occidentem recto ac perpepetuo jugo ire, & eundem modo Taurum (طور *Tour* mons est) modo Emodem, Caucasum, Naphaten, iterumque Taurum appellari Mela scribit *lib.* 1. *cap.* 15. Et Isidorus *Originum* XIV. 8. *Mons Taurus a plerisque idem vocatur qui & Caucasus.* Strabo ipse *l.* IX. Graecos Caucasum nominasse illos montes, quos *ultimos ad Orientem noverant*, ἃ ὕστατα πρὸς ἕω ἐγνώριζον testatur: quamvis & hoc addat, Veterum quosdam proprie ὄρη Καυκάσια & καύκασον appellasse montes qui a Ponto Euxino ad Mare Caspium porriguntur. Porro quemadmodum Caucasiis montibus alligatum finxit Prometheum antiquitas Grae-

ca,

ca, sic Persae in monte Caf vinctos detineri illos Genios sive spiritus, quos primi Heroes ex Adami posteritate devicerunt, fabulantur: nam & hi in historiis suis tempora μυθικὰ habent. Isidorus nomen Caucasi significare orientali lingua *candidum*, id est, nivibus densissimis candidantem scribit *Origin. l.* XIV. *cap.* 8. & addit eum, qui iidem monti jungitur *Casim* a Scythis vocari. Casim enim apud eos candor sive nix.

CAUNACES.

XLVI. Persicae vestis genus est, quod cum Chaldaeo גונכא contulit Vir Eruditissimus S. Bochartus *in Canaan lib.* 1. *cap.* 24. quem vide. גונכא (in Aruch scribitur per ב, גונבא) enim stragulum crassius notat & ex utraque parte villosum, & Gaunacum Varroni definitur *sagum majus & amphimallon.* Hesychius Καυνάκαι, στρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερομαλλῆ. Scholiastes Aristoph. *in Vesp.* Καυνάκης ἐστὶ Περσικὸν ἱμάτιον ἔχον ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους μαλλοὺς Pollux *l.* VII. *c.* 13. Babyloniorum esse vestem scribit: Βαβυλωνίων δ' ἐστὶν ὁ καυνάκης. Scribitur & γαυνάκης, uti apud Suidam. Vox est Chaldaea, uti puto: quumque Chaldaea sub imperio olim Persarum fuerit, non mirum hanc vestem a Persis quo-

§. XLVI. *Caunaces.*

que

que gestatam, & nomen Chaldaeum retentum.

CERSA.

§. XLVII. *Cersa.*

XLVII. Nummus Asiaticus. Hesych. Κέρσα, Ἀσιανὸν νόμισμα. Idem hoc esse cum Persico & Arabico كرص *Kers* Illustris Salmasius *in lib. de usuris p.* 581. observavit. An huc pertinet νόμισμα quod Aegyptii Κερσαῖον dicunt? Vide Hesychium in voce Κορσίπιον.

CERTA.

§. XLVIII. *Certa. Unde nomen urbis Alcairo.*

XLVIII. Refertur inter voces Persicas a Cl. Burtono in *historia linguae Persicae*. Sed proprie est Chaldaeum, Syrumve קרתא *Carta*, ex Hebraeo קריה *Ceriah*. Confert idem cum *Certa* vocem *Cair*, quae Cambris urbem notat, & vocabuli ejus originem, praeeunte Tvino, *in Comment. Britannic* in magna *Cairo* Aegypti urbe observat. Sed fallitur, quisquis urbem Cairo inde dictam autumat. Nomen ejus verum est القهرة *Alcahira*, id est, *Victrix*, ei datum fausti omnis causa, a Zjeuhare, qui veterem Memphim nova accessione auxit: a quo tempore & nova & vetus urbs ita dici coepit. Cujus civitatis descriptionem vasto volumine complexus

plexus est احمد ابن علي المقريزي *Ahmed Ibn Ali*, *Macrizi*, quam ex Arabico in Turcicum sermonem versam Cl. Ravius Academiae nostrae, una cum aliis Codicibus Orientalibus manu scriptis, donavit.

CHANARRAGAN.

XLIX. Magister militum, sive Dux limitis. Procop. *l.* 1. Persicorum. کناره *Kenara* limitem ut & turmam in extremo collocatam notat, quod Graeci Χανάῤῥα pronunciarunt, unde qui ei praeest cum adjecto γὰν Χαναῤῥαγὰν dicitur. §. XLIX. *Chanarragan.*

CHANARANGES.

L. Χαναράγγης eidem memoratur, quod nomen dignitatis sit, estque ipsissima vox Persica کنارنك *Canarang* notatque provinciae praefectum, ut & publicanum qui vectigalia colligit. §. L. *Chanaranges.*

CHORTAT.

LI. Nomen mensis Persici juxta Isaacum Monachum, Χόρτατ. Ita etiam auctor tabulae mensium Persicorum, quam ad calcem μεγάλης Συντάξεως Ptolomaei M.S. quae olim in Biblio- §. LI. *Chortat.*

bliotheca Lambethana fuit, invenit Cl. Burtonus. November est, & idem qui Cappadocibus Ἀρτατᾶ, cujus meminit Epiphanius *l.* II. *tom.* I. *haeres.* 51. Verum nomen est خرداد *Chordad*; vide supra ad vocem *Apan.* Ubi dedimus genuina Persicorum mensium nomina & Cappadocica ex Persicis corrupta ostendimus.

CIDARIS.

§. LII. *Cidaris.* LII. Cidarim Persae capitis insigne appellant, teste Curtio, *lib.* III. & *Hoc*, inquit, *coerulea fascia albo distincta circuibat.* Pollux, *lib.* VII. *cap.* 13. eandem esse Cidarin cum tiara & curbasia, & pileo scribit ubi de vestitu Persarum agit. Περσῶν μὲν ἴδια, κάνδυς, ἀναξυρὶς, καὶ τιάρα, ἣν καὶ κυρβασίαν καὶ κίδαριν καὶ πῖλον καλοῦσιν. Auctor Etymologici nostri inediti. Κίδαριν, ἐκ τριχῶν ὕφασμα· καμελαύκιον ἢ περίθημα κεφαλῆς βασιλικῆς. Ἀνὴρ παρὰ Πέρσας τὴν κίδαριν ἀνεδύσατο. Hesychius. Κίδαρις, πῖλος βασιλικός: & a nonnullis tiaram dici ab aliis κίταριν, observat. Suidas Cidarin a nonnullis appellari pileum, aliis coronam, & fasciam & στρόφιον scribit. Moschopulus περὶ σχεδῶν. *pag.* 57. Κίδαρις, ἡ ἱερὰ περικεφάλαια. Persica vox talis, quod sciam, hodie non invenitur, at Chaldaica

קיטרא,

קיטרא cingulum, redimiculum, Διάδημα notat: & hinc est, quod non κίδαρις solum sed & Κίταρις & Κίθαρις scribatur apud Herodotum. Confer Pollucem & Hesychium. Voce non multum diversa Κίτταρος usi sunt Cyprii pro diademate. Hesychius. Κίτταρος, διάδημα, ὃ φέρουσι Κύπριοι· οἱ δὲ τὰ διαδήματα φοροῦντες Κίτταροι λέγονται. Sc. ab eadem origine, a קטר *ligavit.* unde & קטרין pro cingulis, *Dan.* 5. 12. Videtur itaque Cidaris fuisse Diadema tiarae obvolutum sive fascia ipsa, uti & Philo *lib.* III. *de vita Mosis*, testatur Reges Eoos pro Diademate, ἀντὶ διαδήματος uti Cidari, & Brissonius, *lib.* I. *de regn. Pers. c.* 28. observavit, quam κίδαριν Περσικὴν vocat Arrianus eandem Περσικὸν Διάδημα dici Diodoro Siculo. Adde quae Auctor Etymologici Magni habet, *in voce* ἐγκεκορδυλημένη. Uti & Xenophon, *lib.* VIII. Κυροπ. Εἶχε δὲ διάδημα περὶ τῇ Τιάρᾳ, & Theophrastus in scripto, *de regno Cypriorum*, quem Suidas citat in voce Τιάρα. Et clare Arrianus *l.* 7. scribit ventum obortum Alexandro abripuisse regium pileum *Causiam*, (quam tamen Auctor Etymologici distinguit a tiara. Tanta est in his confusio, atque ita sibi contradicunt scriptores, ut difficulter quis se expediat) & diadema ei alligatum τὴν καυσίαν καὶ τὸ διάδημα αὐτῇ συνεχόμενον, & illum

L qui-

quidem, pileum nempe, ſeu tiaram, utpote graviorem in aquam incidiſſe, hoc (diadema ſc.) a vento abreptum arundini cuidam adhaeſiſſe. Unde videmus aliud pileum regium ſive tiaram, aliud diadema, & hoc illi fuiſſe ſuperligatum, plane uti נזר *Corona, diadema*, a מצנפת *pileo* Pontificis Maximi apud Hebraeos diſtinguitur. *Exod.* 29. 6. *Lev.* 8. 9. Sic & Plutarchus *in Antonio. pag.* 941. *καυσίαν* appellat διαδηματοφόρον, cui ſc. diadema erat circumligatum, non ipſum διάδημα. Non deſunt, fateor, Viri eruditione celebres, qui putant Cidarim, & Tiaram unam eandemque rem fuiſſe, quibus ego, ſalva eorum reverentia, non aſſentior. Novi Veterum quoſdam promiſcue vocabula Cidaris & Tiarae uſurpare, & lubens illis Viris largior ſe habere, unde ſententiam ſuam adſtruant. Verum quis non novit quam exiguam rerum Perſicarum notitiam habuerint Graeci & Romani, ſic ut facile illa confundere potuerint, quae toto coelo erant diverſa. Ita ego haec nec ſine Veterum auctoritate, concipienda & diſtinguenda exiſtimo. *Tiara* erat tegmen capitis, quod figuram pilei acuminati habebat, vel in acutum deſinebat, cujus formam exhibent veteres Nummi ſatis noti & vulgati. *Cidaris* erat diadema, ſive redimiculum, vel faſcia, quae caput cingebat, & aliquando ipſi tiarae

tiarae superaddebatur, ita ut quispiam & tiaram & cidarim ei praeligatam simul gereret, uti ex nummis antiquis manifestum est, qui & tiaram & diadema, imposita capitibus Regum exhibent. Quare Lucianus, *in Votis*, *pag.* 880. *tiaram* a *diademate* distinguit, Τιμῶν, inquit, τὴν τιάραν ὀρθὴν οὖσαν καὶ τὸ Διάδημα, & in Piscatore ὀρθὴν τιάραν καὶ Διάδημα. Unde ergo, dicet aliquis, nata confusio? Forte quod roganti Romano cuidam, quale illud capitis tegmen erat quod Persae gererent, responderit unus, *Tiara* est, alter, *cidaris* est, tertius, *diadema.* Atque ita haec inter se confuderunt, quum tamen diadema idem quidem esset cum cidari, at non cum tiara.

CIRCOS.

LIII. *Aquila.* Auctor brevium Scholiorum in Homerum *ad Iliad.* Σ. in fine. Κιρκὸν δὲ εἶδος ἀετοῦ, ὁ λεγόμενος ἱέραξ. Ita & Scholiastes ad Aeschyli *Prom. Vinct. pag.* 52. Κίρκους, ἤτοι ἀετούς. Et auctor pervetusti Glossarii, citati Becmanno *in Orig. Ling. Lat.* Circum, ἱέρακα. Ἔστι δὲ ὄρνεον μεταβληθείσης τῆς Σκύλλης τῆς Νίσου μεγαρέων. Etymologicon nostrum ineditum. Κίρκος, κρίκος, κίρκος. Καὶ τὸ κρικῶσω, κιρκῶσω Ἀττικοὶ λέγουσιν· οἱ δ' ἄλλοι εἴξαντες ὑπέτρεσαν ἠΰτε κίρκους, §. LIII. *Circos.*

Ὠκυπετὰς ἀγεληδὸν ὑποτρέσωσι πέλειαι.
ἔστι δὲ εἶδος ἱέρακος. Gemini hi verſus (nam & *οἱ δ' ἄλλοι* initium verſus Hexametri facit) leguntur *lib.* I. Argonauticorum Apollonii Rhodii *v.* 1049. & 1050. unde videmus legendum *ὑποτρέσσωσι.* Eſt Perſicum كركس.

CONDY.

§. LIV. *Condy.* LIV. Nomen poculi Perſici. Vide *Diſſertat.* VI. *de Veteri lingua Indica*, *pag.* 218.

COPIS.

§. LV. *Copis.* LV. Genus gladii Perſici. Aliquot veterum loca huc facientia vide apud *Briſſon. de regn. Perſ. pag.* 288. & Stephanum *in Theſauro Ling. Graec. Tom.* 2. *pag.* 348. Multi pro ſecuri *τὴν κοπίδα* habuerunt, at plurimi pro cultro aut pro enſe Perſarum. Xenophon *l.* I. *τῶν Κύρου πράξεων* ſcribit Perſas dextra *μάχαιραν ἢ κοπίδα* gerere, uti ſiniſtra *γέῤῥον* cratem pro ſcuto. Apulejus & in venatione copidum uſum fuiſſe docet *lib.* XI. *Metam.* ſcribens: *illum ſuccinctum chlamyde copides & venabula venatorem fecerant.* Chaldaei & ipſi hac voce uſi ſunt, in *Targum Jonathanis* eam ſcribentes קופין & vulgo per ſecurim ſolet transferri. Taubmannus in notis ad Plauti Per-

Perſam, videtur, ſcribit, illud quod Hungari & noſtrates hodieque *Copyn* vocant, *Copis* Perſarum eſſe. Dubito an non a كفتن *Kaften*, *findere*, derivari debeat, quod cum Graeco κόπτειν convenit. Nam Copides non punctim ſed caeſim feriebant. Quare Leunclavius in Appendice Xenophontea κοπίδα a Graeco κόπτειν derivat. At ſi ex Gr. κόπτειν derivari poteſt κοπὶς, multo potiori jure ex Perſico كفتن *Kaften* derivabitur: erant enim Copides origine Perſicae.

CURBASIA.

LVI. Idem eſt cum tiara & pileo & cidari juxta Pollucem. Heſychius vero & Suidas ſcribunt eſſe ὀρθὴν τιάραν, qua ſoli Reges Perſarum utebantur. Ariſtophanes etiam rectam appellat curbaſiam, in Avibus ſcribens gallum gallinaceum ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κυρβασίαν ὀρθὴν ἔχειν, in capite Curbaſiam rectam gerere. Herodotus de Sacis *lib.* VII. *cap.* 64. quod gerant περὶ τῇσι κεφαλῇσι κυρβασίας ἐπ' ὀξὺ ἀπηγμένας, ὀρθάς. Quod ſi, uti oſtendimus, Cidaris ipſum diadema fuerit, non pileus, nec curbaſia eadem eſſe ſimul cum cidari & pileo potuit. Sed adeo confuſe loquuntur veteres de hiſce κόσμοις περικεφαλαίοις, ut omnes conciliare difficillimum, ſi

§. LVI. *Curbaſia.*

non plane ἀδύνατον ſit. Quare nec nos hi-ſce immorabimur: & ſi quem lubido capia plura veterum loca conferendi, Stephani The-ſaurum Linguae Graecae, & Briſſonium de re-gno Perſarum adeat. Si ex hodiernae linguac Perſicae uſu definiri debeat, quid pro curbaſia haberi debeat, fuit idem cum cidari, id eſt, dia-dema ab ipſa tiara & pileo diverſum. كرباسو *Curbaſou*, eſt *ſindon*, *byſſus*, *linteum*. Et ex byſſo conſtabant illa diademata ſive cidares Κύδαριν βυσσίνην Darius promittit in Apocry-pho *Ezrae lib.* III. *c.* 6. Sed tiarae conſtabant ex panno. Illuſtris Salmaſius in *lib. de modo uſurarum*, *pag.* 104. opinatus eſt, quum κύρ-βάσιαν pro criſta Galli uſurpaverint Comici, ab Arabico قنبر *Cunbur*, (lege potius *Cum-bur*) criſta, poſſe derivari: de quo liberum per me ſit lectoris arbitrium.

CYRUS.

§. LVII. *Cyrus, & Corus.* LVII. Perſis veteribus *Sol* hoc nomine dicebatur. Ita Cteſias, ita Plutarchus, He-ſychius & alii Scriptores quorum loca ſaepe laudata ſunt occaſione Cyri, Perſarum Mo-narchae, quem a Sole ita dictum retulit anti-quitas. Scilicet خور *Chour*, Κῦρος, hodie-que *Solem* notat Perſis, unde indubia eſt hu-

jus

jus vocis origo & certa veterum etymologia, quam & horum temporum uſus confirmat. Obſervavit id jam dudum Vir Perſicae & affinium linguarum peritiſſimus L. Warnerus *in Proverb. Perſic. pag.* 41. Aliam tamen ſignificationem huic vocabulo tribuunt nonnulli. Heſychius ita dictum Cyrum eſſe ſcribit juxta quoſdam quod a *cane* nutritus ſit ἀπὸ τοῦ ἀπὸ κυνὸς τετράφθαι. Ita & R. Abraham Zacuth *in Juchaſin* נקרא בן הכלבה על שם שזקנו צוה להמית והשליכוהו במקום אחר וינק מחלבו הכלבה וכו'. *Dicitur* (*Cores*) *canis filius, quandoquidem juſſu avi ad mortem damnatus & expoſitus lacte canis cujuſdam nutritus eſt.* Abarbanel in *Jeſ.* 51. שהיה גדולו על יד הכלבה נקרא שמו כורש שבלשון פרסי הוא כלב *Quoniam educatus eſt a cane, nomen ejus Cores* (*Cyrus*) *eſt, ſermone enim Perſico canis ita appellatur.* Anſam errori praebuit, ut puto, vox Perſica کوره, *Cura*, quae *canem* notat, & unde Cyri nomen derivare voluerunt, vel quod, uti Herodotus *lib.* 1. *cap.* 122. narrat, *Cyno*, κυνώ, nutrix ejus fuiſſet. At, nonne multo probabilius eſt a ſole quam a cane ſummum Perſiae Monarcham dictum eſſe? & quid fiet de antiquiſſimorum ſcriptorum teſtimoniis, quibus opponere auctoritatem recentiorum nimis eſt temerarium? Indubium itaque

que mihi est a خور *Chour*, unde, adjecta terminatione *ος* vel *us*, Κῦρος & *Cyrus* fit, vel a خورشيد *Chourschid* (utrumque enim Persis *Solem* notat) abjecto يد, nomen *Cyri* esse formatum. Unde existimamus & Talmudicum חרם pro *sole* ortum traxisse. Ita enim *Heliopolin* עיר החרם dicunt. Sic ut nulla videatur fuisse ratio, ob quam Illustris Scaliger *l.* VI. *de emend. temp.* negaverit a خورشيد *Cyrum* esse dictum, nisi forte quod crediderit nunquam خور sine شيد *Solem* Persis dici. Quamvis & a خورشيد, quam ille vocem memorat, vocabulum Cyri potuerit esse profectum, abjecto يد. In pronunciandis enim linguarum barbararum vocibus quot literas demserint, & addiderint Graeci aliquando, magnum Scaligerum latere non potuit. Sciunt quoque Eruditi multas vocum derivationes & etymologias hodie cum applausu excipi & probari, quae multo duriores sunt & difficilius concipi queunt, quam vocis Cyri a خورشيد derivatio. Ipse enim fatetur Scaliger כורש & כורשד parum differre, quod & ipsa literarum inspectio docet. Vide multa huc facientia in Cl. Gatakeri *Miscellan. Posth. cap.* 21. Pro Κῦρος, *Cyrus*, uti vulgo, Κόρος habet auctor Etymologici vulgo Magni dicti, cujus haec verba sunt. Κόρος, ὁ Βασιλεὺς τῶν Περσῶν, ὁ παλαιός. Ἡλίου γὰρ ἔχει

τὸ

τὸ ὄνομα. Κῦρον γὰρ καλεῖν εἰώθασιν οἱ Πέρσαι τὸν Ἥλιον. Accuratiſſime hic ſcriptor vocem Perſicam exprimit, quae Solem notat, per Κῦρος. Verum hoc plane indifferens eſt, ſive quis Κόρον ſive Κῦρον dicat: nam Damma apud Perſas & Arabes modo per O modo per U redditur, uti *Mohammed* dicimus & *Muhammed*: quare ſacer Scriptor *Cores* eum Monarcham appellat, non *Cyrus*. Certe fluvius eſt in Perſia a Cyro dictus, quem alii Κόρον alii Κῦρον appellant. Quidni itaque & Cyrus & Corus & Cores dici poſſit? Ita Dionyſius, terrarum orbis ſitus recentiſſimus auctor tempore Plinii, quem ad commentanda omnia in Orientem praemiſit Divus Auguſtus, ut teſtatur *l. 7. c. 27.*

Χωρὶς μὲν Κόρος ἐστὶ μέγας, χωρὶς δὲ Χοάσπης
Ἕλκων Ἴνδον ὕδωρ παρὰ τὲ ῥείων χθόνα Σούσων.

Verſ. 1073. Mela etiam habet *Coros*, at Strabo Κῦρος. Plus negotii faceſſit verſus poſterior apud Dionyſium, loco citato, quomodo Choaſpes poſſit dici Indicam aquam volvere, ἕλκειν Ἴνδον ὕδωρ. Ego pro Ἴνδον (ſi quid mutandum eſt) legerem ἔνδον, ut ſenſus ſit, *intus aquam volvens*: nam de Eulaeo (quem cum Choaſpe eundem eſſe ex multis veterum locis, ut ut quaedam repugnent, li-

 quet

quet quae collegit Cl. Hill *in Comment. ad Dionys. pag.* 356.) Plinius scribit, quod medio spatio cuniculo conditus (ἔλκων ἔνδον ὕδωρ) ac rursus exortus per Mesobatenem lapsus circumeat arcem Susorum. Eodem ordine noster, de cuniculo subterraneo locutus, quo ferebatur, addit Susa eum praeterlabi,

—— παρά τε ῥείων χθόνα Σούσων.

Esse tamen id mendum satis antiquum (modo mendum sit librariorum & non error Poëtae) apparet ex versione Rufi Festi Avieni, scribentis,

Arva secat Cyrus, perrumpit rura Choaspes,
Indica provolvens procul aequora ——

At ego, ut verum fatear, nil mutandum censeo, sed errasse Poëtam existimo: saepe enim contingit nos emendationibus nostris Veteres Scriptores doctiores fingere quam ipsi fuerunt; quum, ubi errant, statim de correctione cogitamus.

DANACES.

§. LVIII. *Danaces.* LVIII. Nummus Persicus. Τὴν Δανάκην εἶναί τινές φασι νόμισμα Περσικόν. Alii, uti Hesychius & auctor Etymologici Magni, generatim βαρβαρικόν. Esse hoc vocabulum Persicum دانك *Danach* sive *Dank* ob-

obſervavit Illuſtris Salmaſius *in lib. de uſuris*, *pag.* 427. & Cl. Bernardus *lib.* 11. *de Menſuris & ponder. antiq. pag.* 89. ubi plura Veterum Auctorum loca vide. Ita & Cl. Hottingerus, *de nummis Orient. p.* 94. Proprie nummus erat, qui mortuorum ori imponebatur, uti auctor Etymologici ſcribit, & derivat a *δανακοῖς*, i. e. mortuis, nam *νεκροὶ ξηροὶ*, & *δάνακα τὰ ξηρά*. Heraclides *l.* 11. *Perſicorum*.

DARIGMEDUM.

LIX. *Δαριγμεδοὺμ* Perſis idem dicitur qui Romanis *Curopalates. Procop. lib.* 1. *Perſic.* Hunc vero a palatii cura ita dictum Corippus, cujus novam editionem, quam molitur Vir Eruditiſſimus, Cornelius van Arckel, avide exſpectamus, *lib.* 2. innuere videtur, ſcribens, §.LIX. *Darigmedum.*

Succeſſor ſoceri factus mox Cura palati eſt.

در *Dar* & درگاه *Darga* Perſice *palatium* & *aulam* notant. Atque ita illa pars vocis Darigmedum clara eſt. Sed quid haec pars Perſis ſignificet, non adeo mihi perſpectum eſt.

DARI-

DARISTHENON.

§. LX, *Daristhenon.*

LX. Joannes Antioch. Malala in *Chron. pag.* 410. ſcribit dogma Manichaicum de bello boni Dei cum malo & victoria illius de hoc reportata ita Perſice appellari. Ὅπερ δόγμα Μανιχαϊκὸν παρὰ Πέρσαις καλεῖται κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶσσαν τὸ τῶν Δαρισθενῶν. Ὃ ἑρμηνεύεται τὸ τοῦ Ἀγαθοῦ.

DARIUS.

§. LXI. *Darius. Lectio* Darjaves *defenſa.*

LXI. Idem veteribus Perſis ſignificabat, quod ἑρξείης Graecis. Ita Herodotus *l.* VI. Auctor Etymol. Magn. Δῆρις, δήρειος· καὶ τροπῇ δαρεῖος οἱονεὶ ὁ πολεμικός. Cogitavi aliquando an non conveniat cum Δαρεῖος, aut Δαριαῦος, (uti Cteſias ſcribit *in Perſicis*) vox درشت, *Doroſt*, quae virum *trucem*, *ferocem*, *fortem*, *vehementem* notat. Quid autem eſt hoc aliud, quam *coercitorem* ſive ἑρξείην dicere? At poſtea quum Perſas illum, quem nos *Darium* appellamus, دارا *Dara*, vel داراب *Darabum* vocare accuratius animadverterem, & دارا *Dara*, Dominum Perſice notet, credere malui, a *Dara*, adjecta terminatione Graeca, Δαρεῖος factum eſſe; quum & *Dominus* & *Coercitor*, notiones

nes sint non admodum diversae. *Darabi* autem (quo nomine nonnulli Persae Darium appellant) vocis Etymologiam hanc tradunt quod درآب *in aqua* (in ripa sc. Tigridis) a matre expositus, inde extractus sit. In Sacro Codice דריוש *Darjavesch* eum dici, qui nobis Darius, notum est. Quod evenisse ex mala Judaeorum punctatione, quum iisdem manentibus literis possit pro varietate appositarum vocalium & Darius & Darjavesch legi, crediderunt Viri in orbe literato celebres, Thomas Hyde, in *Historia relig. vet. Pers. pag.* 43. Jobus Ludolfus, *in notis ad Epist. Samaritan. pag.* 23. Ricardus Simonius, *in Historia Critica Veter. Testam. lib.* 1. *cap.* 24. At ego affirmare non ausim. Meminit certe nominis utriusque, & *Darjaves* & *Darii*, Strabo, *lib.* XVI. *in fin.* Τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις, μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν πολλαί. Καθάπερ τὸν Δαριαύην (vel Δαριαύκην, uti Cl. Casaubonus scripsisse Strabonem putat) Δαρεῖον ἐκάλεσαν. Et *Darjaves*, cum Vav mobili aeque ex Persico *Darab* (B in V mutato) duci potest, ac ex *Dara Darius*. Quum itaque Persae ipsi duplici nomine & Dara & Darab eundem Monarcham appellant, quid vetat Graecum Δαρεῖος ex *Dara*, & Hebraeum, Chaldaeumve *Darjaves* ex *Darâb* deducere? Hesych. scribit Δαρεῖον Persis Φρόνιμον significare, quod ex ho-

hodierno sermone Persico fateor me firmare non posse.

DEMA.

§. LXII. *Dema.*

LXII. Nomen mensis Junii apud Persas, teste Isaaco Monacho. Δῆμα. Dividenda ea vox in duas est δῆ & μα: δῆ, دى nomen mensi illi proprium est, μα, ماه *mensem* notat. Dicitur & hic mensis Persice خرم *Horm*: at nec ex illo τὸ Ντρὶ effingas, quod M. S. Codex Graecus, quem citat Burtonus, mira corruptela, pro Dema aut Dima, habet. Licet ipsi cum Isaaco Monacho in reliquis satis bene conveniat, aut vestigia saltem imitationis detegi queant. Sed ita comparatum est cum vocibus peregrinis, quae inscitia librariorum, illas non intelligentium, ita depravantur nonnunquam & a vera origine abeunt ut agnosci nequeant. Quare & nos optamus nonnunquam facilitatem lectorum in examinandis conjecturis nostris: quamvis non adeo simus absurdi, ut illas pro veris etymologiis velimus lectori obtrudere. Quisque vel sagacissimus in his falli potest. Ubi & nos erravimus, veniam nobis concedi petimus. At memores tantum esse lectores nostros volumus, quum nomina mensium (quorum origo clare potest ostendi) ita

ita depravata cernunt, etiam in aliis hoc contingere potuisse.

DEUA.

LXIII. Δεύας dici a Magis τοὺς Ἀνάκους θεοὺς i.e. Διοσκόρους, διδύμους, Geminos, Castorem & Pollucem tradit Hesychius. Ita est, دو *Dou*, addita terminatione ας, ut linguae Graecae genio eo in loco conveniat Δέυας, notat Persice *Duos*, *Geminos*. Suspicatus sum olim ex hac voce دو vel دودو *Doudou*, i.e. *duo* & ونا *Wana*, (ex יונה Hebr. desumtum, quod Tzetzes Οὐνὼ effert) *columba* conflatam vocem Δωδώνη, quod *duae columbae* oraculum Dodonaeum fundere consuevissent. Vide Sophoclem in Trachin. Herodotum, Pausaniam & alios. §. LXIII. *Deua.*

DIAN.

LXIV. Coelum Persice ita dici arbitraretur quispiam qui haec Hesychii legit, sed quae ut pleraque, (fere scripseram, omnia) corruptissima sunt. Δίαν, μεγάλην ἢ ἔνδοξον, τὸν οὐρανὸν Πέρσαι καὶ τὴν νῦν καλουμένην Νάξον. Ita haec legenda sunt meo judicio, Δίαν, μεγάλην ἢ ἔνδοξον, καὶ τὴν νῦν καλουμένην Νάξον; constat enim insulam Naxum ante Diam §. LXIV. *Dian. Hesychius correctus.*

esse

esse appellatam. Dein, novo titulo, lege, *Δία, τὸν οὐρανόν. Πέρσαι. Jovem. Ita caelum dixere Persae.* Testis est Herodotus, *l.* I. *cap.* 31. Οἱ δὲ νομίζουσι Διὶ μὲν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. Et Origenes *l.* v. *in Celsum.*

DIPHRAGES.

§. LXV. *Diphrages.* LXV. Forte & haec vox Persica est. Scribit enim Hesychius hoc nomine appellari a Parthis praefecturas Ducum quorundam. Διφράγες, τινῶν στρατηγῶν τῶν παρὰ Πάρθοις Ταγαί. Et Ταγὰς idem per ἡγεμονίας & ἀρχὰς explicat. At quum alibi hanc vocem non legerim, ἐπέχω.

DRACHMA.

§. LXVI. *Drachma.* LXVI. Nummus sex obolorum, uti Scholiastes Aristophanis *in Avibus Act.* I. *c.* 3. Ad scriptionem orientalem hujus vocis magis accedit vox Δάρχμας, quae eadem est cum Δράχμας teste Hesychio. Idem Ζοῦσας explicat per Δράχμας. Est autem Ζοῦσαι vox Chaldaea זוז, quae & per Drachmam transferri solet. Persicum درم esse observavit Vir Illustris Cl. Salmasius *in l. de usuris p.* 246. vide ibi plura huc

huc facientia, quae nobis non vacat exſcribere. Valeant ergo vocis Drachma etymologiae ἀπὸ τοῦ δεξιὸς vel δράξασθαι.

E L.

LXVII. Iſidorus *lib.* 14. *Originum cap.* 2. ita Solem Perſice dici ſcribit his verbis: *In Perſia primum orta eſt ars magica ad quam Nemroth Gigas poſt confuſionem linguarum abiit, ibique Perſas ignem colere docuit. Nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipſorum lingua El dicitur.* الله *Ila Deum* notat Perſis, آلا *Ala*, flammam ignis. An ex alterutro horum nominum illud *El* originem traxerit an ex Hebraeo אל *El*, *Deus*, lector judicet. Forte enim aut Iſidori aut librariorum culpa vocabulum ipſum corruptum eſt. §.LXVII. *El.*

E P H T A R.

LXVIII. In ſecundo libro *Maccab. c.* 1. *comm.* 33. *&* *ſeqq.* narratur in loco, ubi ignis ſacer erat abſconditus, aquam apparuiſſe, qua Nehemia res ad ſacrificia pertinentes purificaſſet, & hoc quum nunciatum eſſet Regi Perſarum, locum illum circumſeptum ejus opera eſſe, & a Nehemia appellatum ἐφθὰρ, quod ibi transfertur καθαρισμός. Perſice puto id §.LXVIII. *Ephtar.*

 voca-

vocabulum ſcriptum اب طاهر *Ab Tahr* i. e. *aqua munda*; illa enim ibi erat reperta & quum per καθαρισμὸν redditur, ad ſenſum magis quam apices verborum attendiſſe Interpretem probabile eſt. Vulgus appellabat eum locum Νεφθὰρ, praepoſito *Nun*, ſed male. Vide quae nos de eo ſupra *pag.* 112.

E U A C A E.

§. LXIX. *Euacae.*

LXIX. Certum genus equitum e Perſis hoc nomine appellari teſtatur Arrianus *lib.* 7. *de expeditione Alexandri pag.* 451. his verbis καὶ οἱ Βακτρίων τε καὶ οἱ Σογδιανῶν καὶ Ἀραχωτῶν ἱππεῖς, καὶ Σαράγγων τε καὶ Ἀρείων καὶ Παρθυαίων, καὶ ἐκ Περσῶν οἱ Εὐάκαι καλούμενοι ἱππεῖς. Non videtur autem Euacae nomen genti proprium eſſe, quum ſic neceſſe non non fuiſſet dicere οἱ οὕτως καλούμενοι, ſed ſimpliciter, ſicuti Bactrianos & Sogdianos ita & Euacas recenſuiſſet ſcriptor uti gentem Perſarum. Si quid judico legendum eſt εὐβάκαι. B autem ob literam ejuſdem organi V facilius elabi potuit. Adde quod in manu ſcriptis Codicibus Graecis ſaepe B per V Latinum, (uti πρεσνυτάτη pro πρεσβυτάτη, &c.) expreſſum fuerit, unde quam facile e voce Perſica non intellecta loco moveri illud V potuerit, quivis perſpicit. Et in veterum monumentis

mentis V pro B ſaepe poſitum obſervavit A. Politianus *Miſcellan. lib.* 1. *c.* 14. Confer & Illuſtrem Spanhemium, *Diſſ.* 2. *de uſu & praeſt. Num. pag.* 86. 90. & Salmaſii notas in *Monumentum Herodis Attici*, *pag.* 94. ubi exempla ȝ V Latini pro B. Notat vero vox اوباش ἔυϐαξ Perſice *milites volones*, qui fortunam ſuam hinc inde captant, & *confuſam hominum turbam & infimae ſortis.* Ita Golius ex Halimo eam vocem explicat. Quod mire cum narratione Arriani convenit. Narrat enim aegre tuliſſe Macedones Alexandrum amicorum equitatui permiſcuiſſe Bactrianos, Sogdianos ..... & ex Perſis Euacas, homines puta nullo natalium ſplendore illuſtres, ſed abjectos & qui fortunae omnia debebant. Cl. Blancardus ad hunc Arriani locum conjicit, pro Ἐυάκαι, Καρδάκαι legendum.

EXALLA.

LXX. Plutarchus in *libro de Fluminibus*, ſeu quiſquis ejus libelli auctor eſt, ſcribit in Euphrate, Parthiae fluvio, inveniri herbam cui Ἐξάλλα nomen, quod interpretatur *calidum* θερμόν. Videtur mihi eſſe vox a شعل (quod Graeci ξάλλα ſcriberent) oriunda, quae *accendendi* notionem habet, unde شعلة praepoſito E ante Ξ, ut in voce Ἐξαιθράπης § LXX. *Exalla.*

quae & σατράπης, Ἐξάλλα, id est, *quod ardet, flamma*, &c. Perſae ut multis Arabicis participiis ita etiam hoc, مشعول, *ardens*, utuntur.

E Z A C A S.

§. LXXI. *Ezacas.* LXXI. Ἠζάκας, γένος σικτὸν παρὰ Πάρθοις. Ita Heſychius & Phavorinus. Suſpicor legendum Ἐνάκας, γένος στρατιωτικὸν (quod per compendia ſcriptum occaſionem dedit voci σικτὸν) παρὰ Πάρθοις. Vide ſupra ad vocem *Enacae.*

G A N G A B A E.

§. LXXII. *Gangabae.* LXXII. Ita Perſae vocabant illos, qui humeris onera portabant, teſte Curtio *Hiſtor. lib.* III. *cap.* 13. Suſpicor a گنجه *Ganzja* (vel *Ganga*, uti legiſſe videntur aliquando veteres, exprimentes ج *ſj* per *g*, uti Ἀρδαβιγάνα pro اَرْدبايجان per ج pronunciarunt, quod & vox ſequens *Gangamela* docebit, ubi جمل *Gamel* legitur, non *Sjamel*, uti nos pronunciaremus) quod *ſaccum* notat, & quidem talem quo onera deferri ſolent, vocem hanc eſſe formatam, ut ſignicet illos, qui *ſaccos humeris portarent*, ſed nil certi affirmo. Cogor enim in hiſce ſaepius,

pius, ignorantiam meam fateri, maloque nil dicere quam ineptas conjecturas meas pro veris etymologiis lectori obtrudere. Consuluit super hac voce Gangabae Virum egregium, & vicinae Academiae Lugduno Batavae ingens ornamentum, Jacobum Golium Cl. Boxhornius, uti scribit in *Epistola*, quae *pag.* 220 extat: sed nihil de illa certi retulit: quamvis reliqua, quae ibi habet, Persica ex lingua Germanica derivet, uti Cyrus a *Skior*, *ignis*, quod ita non est in usu, sed in compositis vocibus, uti in *Schoorsteen*, *caminus*: Acinaces ab *Eax* vel *Eaxce*, quod Anglo Saxonibus, vel *accine* quod Zelandis securis est Satrapa, a *Zee*, *mari*, & *traband*, minister regius: Darius, a *Drost*, praefectus: Xerxes a *Hertseg*, vel *Hertog*, *Dux*: Mithra a *Miter*, *uredo*: Gaza a *Schat*, *Schatz*, *Thesaurus*.

GANGAMELA.

LXXIII. *Domum Cameli* significat. Ita Plutarchus *in Alexandro pag.* 683. *edit. Paris.* scribit eam vocem notare, ut ajunt, οἶκον καμήλου. Strabo quoque *lib.* XV. μεθερμηνευθέν, scribit, ἐστὶ Καμήλου οἶκος. Nihil hac interpretatione verius: nihil demonstratu facilius. Si quis enim Persice *domum Cameli* dicere vellet, vix aliis vocibus uteretur; adeo nota &

§. LXXIII. *Gangamela. Interpretatio veterum defensa.*

vulgaris utraque est, خانه, *Chana*, *domus*
& جمل *Sjamel*, sive *Gamel*, *Camelus*. Und
miratus saepe fui, in hanc cogitationem nō
incidisse Viros Orientalium Linguarum peri
tissimos, Samuelem Bochartum, & Thoman
Hyde, quorum uterque aliam huic voci ety
mologiam assignat, quarum neutra tamen
salva tantorum nominum reverentia, impe
trare assensum meum potuit. Bochartus qui
dem, *l.* IV. *Phaleg. c.* 19. *Strabonem & Plutar
chum scribit perperam exponere Gaugamela* (it
enim legisse videtur, quamvis Brissonius, Bau-
drantius & alii *Gangamela* ex iisdem auctori-
bus proferant, & in Strabonis editionibus vetu-
stis, uti Aldina, & Basileensi γαυγάμηλα lega-
tur, quam lectionem addita interpretatio ejus
vocis per *domum Cameli* plane reddit indu-
biam) *per Cameli domum. Malim*, inquit,
Cameli collem, id est, גב גמלא, *Gab-game-
la. Nam ex Strabone liquet in proximo fuisse
montem Nicatorium, qui forte ante Alexan-
drum vocabatur Cameli collis.* Sed ipse pa-
rum hanc etymologiam probat Vir Magnus,
addens: *Aliud succurrit, quod puto esse verius.*
גבא *geva Chaldaeis est exigere* גבאי *gabbai*
ὁ τελώνης, *Tributi exactor.* גבי *gavi* vel גביא
gevia, collecta, tributi exactio. Hinc igitur
גבי גמלא *gave gamela* (quomodo distinctis
vocibus se legisse scribit Hermolaus Barbarus
in

in Plinii M. S.S. optimae notae) erunt *Cameli tributa*, ſive cenſus. Nempe, ut teſtatur Plutarchus, priſcorum Regum aliquis qui hoſtes effugerat camelo dromade vectus illum ibi collocavit, certis vectigalibus in ejus curam attributis. Vide & eundem *Hierozoici lib.* 2. *cap.* 1. Quis non videt in vocis Perſicae interpretatione Cl. Bochartum ad linguam Chaldaicam confugere ſine neceſſitate, & veterum explicationem (*domum Cameli*) plane ſubvertere; quum noſtra etymologia utroque hoc incommodo non gravetur? Propior eſt Perſiſmo, & ſervandae veterum interpretationi magis accommodata ſententia Cl. Hyde, quem ereptum ſibi nuper dolent literae Orientales, qui Gaugamela, quaſi كو جمل *Foveam Cameli* dicta eſſe opinatur. Quibus addo Illuſtris Scaligeri conjecturam, qui *lib.* v. *de emend. temp. pag.* 396. locum illum ait ita appellatum ab inteſtinis Cameli ibi ſepulti: quod & a quibuſdam veteribus proditum eſt: id enim plane eſt ܓܘ ܓܡܠܐ lingua Meſopotamitarum & Chaldaeorum. Nituntur tres hae etymologiae, ut quivis facile perſpicit, lectione vocis Gaugamela, quum ego legendum eſſe Gangamela mihi perſuadeam ob additam veterum interpretationem, (domum Cameli) quae ſi Gangamela legas,

 opti-

optime ei voci convenit, & verissima est; si Gaugamela, neutiquam ei potest adaptari.

GAZA.

§. LXXIX. *Gaza. Magazin unde.*

LXXIX. Thesaurum Regium veteribus Persis notabat, illum praecipue qui ex tributis & vectigalibus exstruebatur, qualis is erat, quem Persepoli diripuit Alexander, teste Diodoro Siculo *Histor. lib.* XVII. *cap.* 71. quique reditus congestos a Cyri temporibus per multorum annorum intervallum complectebatur; & is qui Arbelis inventus est, uti idem scribit eodem *libro*, *cap.* 64. *Gaza*, scribit Mela *lib.* I. *c.* 11. sic Persae *aerarium* vocant. Servius ad *lib.* II. *Aeneid. Gaza Persarum lingua census & divitias notat.* Hesychius Persis hanc vocem significare scribit βασίλειον ἢ οὓς ἐκ τῶν πολλῶν φερομένους φόρους. Eustathius ad *vers.* 910. *Dionysii Periegetis* (quod fragmentum Cl. Fabricius, Vir Doctissimus, qui de literis Graecis plura indies mereri pergit, primus *in Bibliotheca Latina* protulit) Γάζαν, ἢ Ἄζαν. Καλοῦσι δὲ οὕτως οἱ Πέρσαι τὰ χρήματα. Vide plura, si lubet, veterum testimonia apud Brissonium *de regn. Pers. pag.* 121. 122. Cheitomaeum, aliosque qui de vocibus Graecobarbaris Novi Instrumenti scripserunt. Ad originem hujus vocis quod attinet, putamus illam

illam esse eandem cum Persica گزیه *Gisja, tributum*, quo nomine etiam commode pecunia ex tributis collecta dicta fuit: unde גזבר *Gizbar, thesaurarius* Chaldaeis. Posset quoque ab Persico گنج *Kenzj, thesaurus*, deduci, extrusa litera N, vel a خزینه *Chazina, thesaurus, aerarium*, quo sensu in Gulistan a Cl. Gentio verso, *pag.* 60. de aerario Regis Persiae (in MSto meo est عرب *Arabiae*) خزینه تهی ماند, *aerarium vacuum* (Hebr. תהו) *erat.* Ab ea voce, qúa in sermonem Turcicum quoque cum multis aliis Persicis irrepsit, fit خازن *thesaurarius* & مخزن, quod est & re & sono idem cum Gallico *Magazin*, nostro *Magazijn*; quam vocem Eruditissimus Mitalerius inter illas recenset, quas Judaei in Galliam intulerunt, additque, *pag.* 8. se vocem Gaza pro Persica habere, uti & Curtius tradidit, quum nonnisi in libris Babylonica captivitate scriptis occurrat, & suspectam sibi esse Aben Ezrae etymologiam, contendentis *Amosi*, *cap.* VII. גזי המלך pro גזזי esse positum. Longe aliter Cl. Drusius sentit in *Quaest. Hebraic. lib.* III. 54. veram nominis scriptionem esse *Aza* non *Gaza*, & scribi, עזה, *Aza*, *munitam*, quum eam Mela urbem *ingentem & munitam admodum* appellet.

GERRA.

§. LXXX. *Gerra.* LXXX. Scuta Perſarum e viminibus contexta. Harpocration Περσικὰ μϑ̀ τινα ὅπλα τὰ Γέῤῥα ἐςί. Herodotus *lib.* VII. *cap.* 61. Perſas ἀντὶ ἀσπίδων γέῤῥα habuiſſe ſcribit, unde apud Lucianum in *Dialog. Mort.* Philippus Alexandrum deridet, quod cum Perſis, ſcuta modo viminea & e cratibus juncta gerentibus, congreſſus ſit. Heſychius. Γέῤῥα τὰ σκεπάσματα πάντα, ἢ τὰ δερμάτινα σκεπάσματα. Idem Γεῤῥάδια, ϛρωτηρίδια. Plura teſtimonia collegit Vir Doctiſſimus Henricus Stephanus in aureo illo opere, *Theſauro Linguae Graecae. Tom.* 4. Briſſonius *de regn. Perſ. pag.* 290. & Fort. Scacchus *in Myrothec. lib.* III. *pag.* 869. Etymologus noſter ineditus Γέῤῥαον περδικὸν ἀμὲν ἐςιν ὅπλαον: puto legendum ut in edito Γέῤῥα, Περσικὰ μϑ̀ ἐςι ὅπλα. Hinc eſt & Latinum *Congerro*: vide Taubmanni *Comment. ad Plauti Perſam*, *Act.* 1. *ſc.* 3. Dicitur & *Cerro* & *Concerro*, de quibus vide Nonium Marcellinum. Hinc & *intergerrini* parietes qui aliis *concratitii*. Vox haec Γέῤῥα in mentem mihi revocat affinem Ἔῤῥα, quam Heſychius explicat ζιζάνια. Tu vide, lector, an forte ea non poſſit pro vulgato *aera* ſubſtitui apud Horatium, *Epiſt.* 1. 7. & legi

quid

—— *quid distent erra lupinis.*

JAVA.

LXXXI. Hordeum significabat olim, teste Ptolomaeo, qui scribit Ἰαβαδίȣ (sive insulam Indiae Orientalis, quam nos *Java* appellamus) notare *hordei insulam.* جو *Sjav* vero, & in statu constructo Sjava pronunciatum, hordeum Persis hodieque est. Hoc observavit Cl. Hyde *de relig. Pers. p.*498. §. LXXXI. *Java.*

LAPSA.

LXXXII. Ita Rapum dixere Persae; Hesychius. Λάψα, γογγύλις. Περγαῖοι. Locum hunc ita emendandum puto. Λάφα, γογγύλις. Πέρσαι. Quod saepe librariorum incuria Περγαῖοι pro Persis in Hesychii Lexicon irrepserint & Cl. Maussacus in dissert. suffixa Harpocrationis Lexico & alii monuerunt: Arabes *Lift* pronunciant, & Chaldaei ליפתא quos si sequi voluisset Hesychius, λίφθα scripsisset, & hoc accuratius est, unde λάφα. لفت autem *rapum* notat. Quam levis, imo quam nulla sit, lector, mutatio literae ψ in φ, facile vides, §. LXXXII. *Lapsa.*

MACCABAEUS.

§. LXXXIII. *Maccabaeus.*

LXXXIII. Dominus, Persice, juxta Isidorum Pelusiotam. Μακκαβαῖος ἑρμηνεύεται παρὰ Πέρσαις κοίρανος. Quod ego me ignorare fateor. Plenius Etymologicon nostrum ineditum. Μακκαβαῖος κατὰ Πέρσας κάρανος (lege κοίρανος) τοῦτ' ἔστι δεσπότης. Τῇ δὲ Σύρῳ διαλέκτῳ ἀνδρεῖος, πολεμιστὴς, δυνατώτατος. موكب *Maukib* est eques praetorianus, qui Regem prodeuntem comitatur, at nihil cum illo commune est (ut puto) nomini Maccabaeo.

MAGUS.

§. LXXXIV. *Magus. Magusaeus idem.*

LXXXIV. Magi, genus sapientum & doctorum habebatur in Persis. Sunt verba Ciceronis *lib. de divin.* Hesychius. Τὸν θεοσεβῆ καὶ θεολόγον καὶ ἱερέα οἱ Πέρσαι οὕτως λέγουσιν. Suidas φιλοσόφους καὶ φιλοθέους ita Persis dici observat. Et *more vulgari*, ut notat Apulejus Apolog. I. *eum isti proprie magum existimant, qui communione loquendi cum Diis immortalibus ad omnia quae velit incredibilia quadam vi cantaminum polleat.* Et ibid. *Si, quod ego apud plurimos lego, Persarum lingua Magus est, qui nostra Sacerdos, quod tandem est crimen*

men Sacerdotem esse? .... & mox, citato testimonio Platonis: *Auditisne magiam, qui eam temere accusatis, artem esse Diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet & divini scientem, jam inde a Zoroastre & Oromazo auctoribus suis nobilem coelitum antistitem?* Unde apparet illos sapientia excelluisse prae reliquis, & pro Sapientibus habitos, ita tamen ut cum Apollonio Tyaneo jure dicere liceat sapientes quidem illos fuisse, at non in omnibus, σοφοὺς μὲν, ἀλλ' οὐ πάντα. Philostratus *in vita Apollonii. lib.* 1. *cap.* 18. Falluntur itaque qui per μάγους, *Matth.* 2. 1. incantatores & praestigiatores intelligendos contendunt: uti inter alios plurimos Auctor Euangelii Matthaei, Hebraice ex MSto editi Parisiis, 1555, a Joanne Tilio Episcopo Briocensi (quod a Munsteriano & Hutteriano diversum est) qui transfert מכשפים. Lucianus illos γένος μαντικὸν, Strabo μάντεις appellat. Quum vero vocem Persicam esse, & hanc ejus significationem

Vel pueri norint, & qui nondum aere lavantur,

opera & oleum a nobis perderentur, si ex Stephano, Brissonio, Casaubono in Exercit. sacris, & Commentatoribus ad Euangelium Matthaei, *cap.* 2. plura veterum loca afferremus. Etymologiam ejus vocabuli Vir in literis Persicis exercitatissimus, Gentius, hoc modo tradit

dit in not. ad Rosarium Persicum Scheich Sadi ad *pag.* 4. *Ignicola Persis* گبر *Geber, Arabibus* مجوسي *Mesjusi a voce Mesjus appellatur. Est autem Mesjus ipsis Arabibus idem ille quem Graeci Magum vocant, qui illis gentibus vates longe antiquissimus primus Numinis arcana revelasse dicitur, ignisque cultum Orienti induxit, &c.* Quae ibi, lector, vide: nec enim eo libro carere potes, si Persica amas, quem toto Oriente, qua Musis & artibus humanioribus ullus honos est, in deliciis habent, & nocturna diurnaque manu versant, una cum *Bustan* ejusdem auctoris, non eruditi tantum viri & religiosi, verum Reges & Imperatores. Hinc autem, quod Persae eundem مغ *Mog*, Arabes *Mesjusi* appellent, est, quod *Magi* & *Magusaei* dicantur. Ita successor Regis Cambysis Ctesiae Μάγος; at Herodoto, & Basilio *Orat.* 38. Μαγουσαῖος. Quod cum ignoraret Claudius Dausquejus in *notis ad Basilium*, *pag.* 372. textum sollicitabat, legendum ratus Μάγος σίος, id est, *Magus Deus*, vel σεῖος, *Divinus*. At nihil mutandum est. Cl. Gravius in *not. ad Matth.* 2. magum quasi ميخ گوش, id est, *parvis auribus* hominem interpretatur, qualis primus hujus disciplinae auctor fuerit. Etymologus noster ineditus inter alia, Μάγος ... παρὰ τὸ ἄγος, ὃ σημαίνει

τὸν

τὸν ῥυπαρόν .... τὸ δὲ μάγος σημαίνει δύο· τὸν μάγον καὶ μαλακικὸν καὶ τὸν τὰ μαγεῖα ἐργαζόμενον. Suidas putat a Perſeo illos, qui ab ipſo nefanda ſacra Gorgonia edocti fuerant, Magos eſſe appellatos. Vide illum in voce Μέδουσα. Antea enim Magi a Perſis appellabantur *Oſtanae*. Ita ſcribit in voce Ὀστάναι. Οὗτοι πρῶτον παρὰ Πέρσαις μάγοι ἐλέγοντο. Fuit autem Oſtanes ſucceſſor Zoroaſtris. Sic idem in voce Ἀστρονομία. Et inde puto eſt quod magos omnes oſtanas dictos ſcribit, licet illam vocem Ὀστάναι, hanc Ὠστάνης ſcribat. At, ut alias conjecturas ſilentio praeteream, quas qui vult in compendio legat apud Hottingerum in *Hiſtor. Creation. pag.* 132. mihi videtur Perſica vox مغ *Mog*, proxime ad *Magus* accedere. Notat ea *ignis adoratorem*, quales Magi fuerunt. Unde & in Lexico Golii & Caſtelli dicitur idem eſſe cum Arabico زنديق *impius*, *infidelis*; tales enim Mohammedanis hodie illi Perſae πυρολάτραι rituum avitorum tenaces habentur. Habent Malaei vocem ماوي *Mavi*, quae a Mago non multum abſcedit, & ſono & ſignificatione. Apud Serammenſes enim notat Sacerdotem Dei مارل *Marel*, quem ſine imagine colere conſueverunt; apud incolas inſulae امبن *Amboinae*, divinatorem, μάντιν.

MAN-

MANDYAS.

§.LXXXV *Mandyas.* LXXXV. Vestis Persicae genus, chlamys, paenula sive simile quid. Artemidorus *lib. 2. de somniis.* Χλάμυς δὲ ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βηρίον καλοῦσιν .... ὁ λεγόμενος φαινόλης. Suidas ἐφεστρίς, λέγεται καὶ μανδύη. Eustath. *in Odyss. T. pag.* 680. Μανδύας, Περσικὸν ὄνομα. Ἔοικε δὲ φησὶ φαινόλῃ. Pollux. ἡ μανδύη ὅμοιόν τι τῷ καλουμένῳ φαινόλῃ. Hesychius. Μανδύας, εἶδος ἱματίου Περσῶν πολεμικὸν ἢ Μαντείας. Hanc vocem ex Hebraeo מד, *mad*, derivat, Vir singularis doctrinae, Claudius Mitalerius, in Epistola quam conscripsit, *de vocabulis quae Galli a commorantibus in Gallia Judaeis didicerunt, in usumque receperunt*, quam anno 1582 H. Stephanus edidit. Suidas, ad vocem ἐφεστρίς. Ἱμάτιον Ῥωμαϊκόν. Λέγεται δὲ Μανδύας, καὶ βίρρον. Ex Mandya Latinos hausisse vocem *Mantelum*, Gallos *manteau* (addo nostrum *mantel* pro pallio) Stephanus existimat in *lib. de Latinitate falso suspecta*, *pag.* 331. Non multum hinc abludit vox Persica مندیل *Mandel*, quam Cl. Golius interpretatur in Lexico Persico, *sudarium de zona suspensum sive collo injectum*, & primâ Kesratâ, Mantile cum fimbriis, *fere fimbriam incisam habens.*

Isi-

Isidorus qui id sibi negotii credidit solum dari
ut ex Latino sermone ortum omnium Latina-
rum vocum deduceret *lib.* XIX. *orig. cap.* 26.
mandelium, a mandendo dictum, aut *man-
elium* a tergendis manibus putat. Ita & E-
ymologicon nostrum manu exaratum. Μαν-
δήλιον· μανειήλιον ἢ μανδήλιον, τὸ σπογγίζον
ὰς μάνους, τοῦτ᾽ ἔστι τὰς χεῖρας. Intelligit χει-
ρόμακτρον, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται μανδύ-
λιον, linteum, quo manus absterguntur &
istinctum ut quidam volunt a mandya. De
lo Virgil. Georg. *l.* 4.

—— *Manibus liquidos dant ordine fontes*
Germanae, tonsisque ferunt mantilia villis.

t magnus Casaubonus *in Anim. in Athenaeum,*
18. mandylium, sive mantelium non solum
uisse mantile ad tergendas manus, sed genus
niculi colligit e versu Plauti,

Neque fallaciis ullum est mantelum meis.

MANES.

LXXXVI. Nomen proprium apud Per- §. LXXXVI *Manes.*
s, quo multi inclaruerunt. Servis ut pluri-
um datum id fuit, unde δουλικὸν ὄνομα Μά-
νης appellatur a Scholiaste Aristoph. *pag.* 566.
uo facit epigramma in Anthol. *l.* 3.

Μάνης οὗτος ἀνὴρ ἦν ζῶν ποτε. Νῦν δ᾽ τεθνηκὼς
Ἶσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.

Id est, uti nos id olim reddidimus.

Qui Manes, dum vixit, erat, mortalia pass
Magno Dario respuit esse minor.

Erat Manes, ibi tantundem valet, ac erat se vus, quod Obsopaeus in not. ad Antholog. 391. & alii observarunt. Demosthenes etiar Σύρος ἢ Μάνης pro quovis servo dicit. E apud Athenaeum Pherecrates *l.* 6.

Ὀυ γὰρ ἦν πότ᾽ ὔτε Μάνης ὔτε Σάκης ὐδενί.

Id est, nullus erat servus. Nam & *Saces* nc men servile est, uti *Syrus*, *Davus* & simil a gentibus istis petita : solebant enim veter servis nomina a gente imponere. Scholiast Theocriti ad *εἰδ. ε.* *Ἐιώθασι παλαιοὶ τοῖς δύλο ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ἤτοι Σύρον, Κα ρίωνα, Λάκωνα.* Ita & *Θρᾷττα* notat servar *Thressam*, sed nonnunquam simpliciter pr serva usurpatur, teste Suida ad hanc vocen Unde & Sectae Manichaeae auctori, quo olim servus fuisset, id nominis adhaesit. *Μα νία* servae etiam nomen fuit apud Athenaeun quod commune habuit cum multis aliis & ra rissima uxore industrii Viri, Petri de la Valle qui eam in Babylonia conjugio sibi junxit, cele berrima *Mani*. Quare illas interpretationes quae Manem per *vas*, ut Epiphanius, vel *ὁμι λητὴν*, ut Cyrillus, vel bonum, uti Capel lus, transferunt, ut incertas admodum aut fal sas, missas facimus : vide Fulleri *Miscell. lib.* 1

cap

cap. 18. Quid Manes notet in Cottabiſmo, vide apud Scholiaſtem Ariſtophanis.

M E C H E R M A.

LXXXVII. Nomen menſis Martii apud Perſas. Iſaacus Monachus *μεχερμὰ* habet, quae vox compoſita eſt ex مهر *Mihr* & ماه *Mah*, id eſt *menſis*. In Codice M. S. quem citat Burtonus *in Hiſtor. Ling. Perſicae* Μέχιρ legitur. Joannes Lalamantius in *collatione annorum exterarum gentium cum Romano*, *p*. 60. habet *Machiramech*. §. LXXXVII. *Mecherma.*

M E G A B Y Z U S.

LXXXVIII. Nomen Ducis Perſarum, ſeu proprium ſeu commune. Heſychius hoc modo intelligit, dicens ita appellari *στρατηγοὺς τοῦ Περσῶν βασιλέως*. At necdum vox Perſica mihi nota eſt, quam cum hac convenire exiſtimem. Meminit Megabyſi quoque Euſtath. *ad Iliad*. B. & hunc verſum §. LXXXVIII. *Megabyzus*

Τοιοῦτοι δέκα μοὶ συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιοί

ſcribens, *Μέγας δὲ ἦν καὶ λόγου πολλοῦ ἄξιος ἀνὴρ Μεγάβυζος παρ' αὐτούς*. *pag*. 182. *edit*. *Baſil*. Legitur tamen vox admodum affinis, ſi non eadem, pro nomine proprio Ducis Perſarum apud Aeſchylum, *in Perſis*, *pag*. 2.

Καὶ Μεγαβάζης ἠδ' Ἀςάσπης
Ταγοὶ Περσῶν.
Βασιλῆς Βασιλέως ὕποχοι μεγάλȣ.

Et apud Thucydidem *lib.* 1. *cap.* 72 Μεγαβάζ☉. Sed & ipſum Megabyſus nomen proprium fuit nobilis Perſae, unius e ſeptem qui ſe Magorum tyrannidi oppoſuerunt, teſte Herodoto *Lib.* 4. ut & illius ducis, cuju Thucydides meminit *l.* 1. & aliorum. Und illud nomen potius quibuſdam ducibus proprium (uti & Suidas ſcribit Μεγαβύζος ὄνομα κυριον) fuiſſe, quam appellativum mihi perſuadeo, ceſſurus illi qui me certiora docuerit: maxime cum Tiribazus, Pharnabazus Artabazus, & plura nomina non multum diſſimilia propria fuiſſe conſtet. Erunt tamen forte qui a مه μέγας, & پاشا *Paſch.* praefectus, conſiliarius Principis, illud derivar mallent: quod amplecterer ſi utrumque vocabulum Perſicum eſſet.

MERTAT.

§. LXXXIX. *Mertat.* LXXXIX. Nomen Januarii apud Perſa uti Iſaacus Monachus & Auctor laterculi MS citatus Burtono referunt. Ille Μερτπὰτ, hi Μέρτατ ſcribit, ſolo loco accentus diverſo. I eſt. مرداد Mordad & Murdad ille menſ (ſive qui pro illo vulgo haberi ſolet) appellatur.

MI

M I C T A B O, &c.

XC. Julius Firmicus Maternus in *lib. de errore prof. relig.* ubi de Persis agit, ita scribit: *Virum abactorem boum colentes, sacra ejus ad ignis referunt potestatem. Sicut Propheta ejus nobis tradidit, dicens* Μικταβὼ μυςικὸ ὁ ...λοπίης συνδέτε πα̃ρὸς ἀγαυ̃. *Hunc Mithram dicunt.* Ea quae Graecis literis expressa sunt, Persica verba esse opinatus est Julius Caesar Bulengerus *in Eclogis ad Arnobium, p.* 296. Verum ego assentiendum reor Joanni Woverio, ea Graeca esse, & ita emendanda, scribenti in notis ad hunc locum §. XC. *Mictabo, &c.*

Μυκήτα βοὸς μυςαὶ ——

Κύκλα βοοκλοπίης συναείδετε πατρὸς ἀγαυ̃.

Ultimae enim voces plane Graecae sunt, & βοοκλοπίη convenit cum titulo Mithrae, abactoris boum; quod & Statius Mithrae tribuit *Thebaid.* I. ult.

Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

M I T H R A.

XCI. Solis nomen apud veteres Persas. §. XCI. *Mithra.* τὸν ἥλιον καλου̃σι Μίθραν, scribit Strabo *l.* XV. Vide quae de Mithra collegit, multa egregia, Vir Eruditissimus, Philippus a Turre *in Monumen-*

numentis Veteris Antii, ubi & Clarissimum Hy-
de refellit, contendentem nec Mithram ne
Solem, nec ignem unquam Deos Persarum
fuisse, sed soli vero Deo cultum λατρείας il-
los detulisse. Originem ejus vocis quod atti-
net, videtur illa esse Persica vox مهر *Mih*
Solem notans. Quam vocem Graeci pro-
nunciarunt ita ut genius linguae ferebat, i
est, quum literam aequivalentem Persicae
He non haberent, exprimentes eam per Θ (ut
ex چهار τέτταρα, ut opinor, מורה nome
Sichem sive Neapolis, Μόρθια, uti & Hebrae
ה in media voce saepe mutant in ח) unde ad
jecta Graeca terminatione factum est vocabu
lum ΜΙΘΡΑ. Quod ne quis miretur, scia
ex ipso hoc vocabulo مهر *Mihr*, pro nomi
ne mensis sumto, natum similiter Μιθρὶ, in-
terposito Θ. Vide supra *pag.* 129. Quidni er
go & Μίθρα, quae terminatione tantum dif
ferunt? Viris Celeberrimis Josepho Scaligero
& Gerardo Vossio placuit illud ortum creder
ex مهتر *Mihter*, *major*, *praestantior*, & sim
pliciter δυνάστης, sive *Dominus* : a qua sen
tentia se non alienum fatetur Cl. Seldenus
quo facit inscriptio vetus

DOMINO. SOLI. V. S. TI. CLAUDIUS
ANIERINUS LICTOR CURIATUS.

E

Et apud Heliodorum Hydaſpes inducitur ita loquens Ὦ δέσποτα Ἥλιε καὶ Σελήνη δέσποινα. *O Domine Sol, & Domina Luna, lib.* x. *Aethiop.* Vox مهر *Mihr*, (nonnulli ſcribunt ماهير *Mahîr*) unde nos vocem Mithrae ducimus, non *amorem* & *Solem* modo, ſed & *Lunam* Perſice notat, unde apparet quare Mithrae faeminae Ambroſius & alii mentionem fecerint, & Solem a Mithre diſtinguat Curtius *l.* 4. Quin & veteribus Perſis Lunam μίθραν dictam eſſe firmavit ex Herodoto Cl. Seldenus *Syntagm.* II. *de Dis Syris, pag.* 179. quem vide, ut & Cl. Cuperum, in *Harpocrate, pag.* 283. & confer in diverſa ab illis euntem Cl. Gatakerum, qui Herodotum utpote linguae Perſicae imperitum in eo deceptum exiſtimat, *in adverſ. miſcell. poſth. c.* 22. cui tamen, quod ſalva tanti Viri exiſtimatione dixerim, non accedo; nam & Julius Firmicus *de error. prof. rel.* ſcribit Perſas ignem ſub viri & faeminae ſimulacris colere. Plutarchus autem in *lib. de Iſide & Oſiride* μίθρην Perſis mediatorem, μεσίτην, ſignificare ſcribit, cui ſignificationi lingua Perſica, ut hodie eſt, non ſuffragatur. Mithram etiam coluere Aethiopes, uti refert Stephanus in Ἐθνικοῖς voce Αἰθίοψ. Num vero πέῤῥα, ut quidam voluerunt, Perſis quoque Solem ſignificaverit in hoc verſu 1428 Lycophronis,

Σκιὰ καλύψει πέῤῥαν, ἀμβλύνων σέλας,
Dubito. Hodie ſaltem nihil tale iis Solem notat. Verum ſi Μέῤῥαν legamus, plana ſunt omnia. Nam مر *Mir*, ex *Mihtra* contractum, Sol iis eſt.

MPACHMAN.

§. XCII.
Mpachman

XCII. Μπαχμὰν Perſice Julius menſis. Iſaaco Monacho Πελμάν. Cappadocibus Ὠσμώνια. Vide ſupra *pag*, 129. Perſica vox eſt بهمن *Bahman*.

MYRRHANES.

§. XCIII.
Myrrhanes

XCIII. Titulus dignitatis apud Perſas. Procopius *l.* 1. *de bello Perſico*. Στρατηγὸς ἅπασιν ἐφεςήκει, Πέρσης ἀνὴρ Μυῤῥάνης μὲν τὸ ἀξίωμα· οὕτω γὰρ τὴν ἀρχὴν καλοῦσι. Πέρσαι. Apud Suidam eſt Μιῤῥάνης ὄνομα κύριον. Ammian. Marcellinus, *lib.* 25. Merenem quendam magiſtrum equitum vocat. مير *Mir*, quod ex امير contractum, *praefectum*, *dominum* notat: eſtque hodie, apud Perſas, nomen dignitatis مير ميران *Mir Mirân*, id eſt, *Dominus Dominorum*, qui titulus eſt praefecti regionis, quem Turcae بكلر بك *Beglerbeg* ejuſdem ſignificationis vocabulo, aut پاشا *Paſcha*, *Satrapam*, *Baſſa*, appellant.

Per

Per aphaeresin Graeci prius *Mir* میر, quia bis occurrebat, demserunt, & *Miranem* scripserunt. Ut Cl. Herbelotius *pag* 9. *Bibl. Orient.* observat voces *Emir Almoumenin* a Gallis deflexas esse in *Miramamolim*. Merenes autem Ammiano memoratus forte non aliunde nomen habet, quam ex illa origine, nisi quis malit eum ita dictum ab urbe Persica مرانه *Merane*, veluti *Narsem* & *Vologesem* ab urbibus *Nars* & *Vologesia* esse appellatos probabile est.

NAARMALCHA.

XCIV. *Fluvius Regius* ita dicitur, teste Ammiano *lib.* 24. & inter vocabula antiqua Persica solet recenseri. نهر *fluvium* & ملك *regem* notat. Sunt tamen hae voces hodie Arabibus magis in usu. §. XCIV. *Narmalcha*

NANAEA.

XCV. Deae nomen apud Persas. 2 *Maccab.* 1. 13. memoratur τῆς Ναναίας ἱερὸν, in quo Antiochus interfectus est. Vir Eruditissimus Julius Caesar Bulengerus, *in Eclogis ad Arnobium*, quarum dimidia pars de solis rebus Persarum agit, multa collegit de hac Dea *Nanna*, quam & Ναναίον dici observat, & in §. XCV. *Nanaea.*

in Polybio *lib.* 10. invenit, ubi nunc αἴνη legitur pro νάννη. Meminit & Inſcriptionis,

NANNAE SEBECIO DEO MITHRAE.

E qua Nannam Mithram eſſe colligit, quam Mithram cum Venere eandem Herodotus ſtatuat. Sed Vir reconditae eruditionis, Philippus a Turre, in *Monumentis veteris Antii, pag.* 194. erraſſe Bulengerum ita ſcribentem obſervat, quum in ipſa tabula Mithriaca non NANNAE, ſed NAMA. SEBESIO. extet, nec duo poſtrema verba DEO MITHRAE primis adjiciant, ſed procul in ventre tauri ſcalpta ſint, ut videre eſt in ipſo ſchemate, *pag.* 160. Ego, ſi quid judico, Nanaeam puto eſſe vocem Perſicam ننه *Nane*, quae *Matrem* notat, convenientiſſimum Deae nomen, unde & μήτηρ θεῶν & Δημήτηρ apud Graecos, & *Magna Mater* apud Latinos, & Μήτηρ ſimpliciter: uti & μητρῷον Templum Matris Deum apud Arrianum *lib.* III. *de Exped. Alexandri.* Adde Mithram & Deum & Deam eſſe, ut ſuo loco monuimus.

NAPH-

NAPHTA.

XCVI. *Apud Persas gignitur, quam vocabulo appellavere gentili*, ait Ammianus *lib.* 23. & Suidas: οἱ μὲν Ἕλληνες Μηδείας ἔλαιον ταύτην καλοῦσιν, οἱ δὲ Μῆδοι Νάφθαν. Confer Strabonem, *lib.* XVI. Ita est. Hodieque نفت *Napht* appellatur. Occasione Naphtae venit in mentem *Sulphur*, quod Sabini *Nar* appellabant, teste Servio, *ad Virg.l.*VII.*v.* 517. §. XCVI. *Naphta.*

Sulphurea Nar albus aqua.

Unde hoc? forte a Persico & Arabico *Nar*, نار *ignis*. Sulphur ita nonnullis dictum videtur quasi ὅλον πῦρ, & in Sacris literis ignis & sulphur ordinario iunguntur. Erit itaque *Nar*, igneus fluvius sive sulphureus, uti Ausonio sulphureus *Nar*. Ennius *l.* 7. *Annal.* (cujus Poëtae nitidissimam nuper editionem orbi literato dedit Franciscus Hesselius, Vir Clarissimus)

Sulphureas posuit spiramina Naris ad undas.

NAUMA.

XCVII. Herbae genus, quod Persis ita dicitur. Hesychius Ναῦμα, πόα τις παρὰ Πέρσαις, ἣν τινες πολύγονον, supple, λέγουσι, quod Phavorinus in Lexico suo addidit. Qui de polygono nonnulla scire desiderat, Cl. Salmasium, *de homonymis hyles iatricae*, *cap.* 44. §. XCVII. *Nauma.*

ad-

adeat, & quos Vir Illuſtris citat e veteribus. An forte eſt Arabicum نومان Ναυμᾶν, quod herbae cujuſdam nomen eſt?

N I D A R I O N.

§. XCVIII. *Nidarion.* XCVIII. Capitis involucrum apud Perſas. Suidas. Νιδάριον παρὰ Πέρσαις τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ περιστείλημα· ὃ δὴ παρ' Ἀθηναίοις καλεῖται κρώβυλον, παρὰ δὲ Κυπρίοις κορδύλη· ὡς Κρέων, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ῥητορικῶν. Ita fere idem ad vocem Ἐγκεκορδυλημένος, & φακιόλιον. At auctor Etymologici (magni dicti) Κορδύλην Κύπριοι λέγουσι τὸ ἐνείλημα τῆς κεφαλῆς, ὅπερ Ἀθηναῖοι μὲν κρώβυλον καλοῦσι· Πέρσαι δὲ κίδαριν. Quia vero pro Νιδάριον hoc loco κίδαριν ſubſtituit hic ſcriptor, dubito vehementer, an non Νιδάριον a Suida lectum ſit ex mendoſo codice Creontis, in quo κίδαρις ſcribi debebat. De Cidari enim dubitari nequit, quin tegumentum capitis priſcis Perſis adhibitum fuerit. Vide, ſi tanti eſt, quae nos ſupra ad vocem *Cidarim* obſervavimus. Ceterum a Suida & auctore Etymologici Cidaris idem eſſe cum κρωβύλῳ dicitur. Κρώβυλος autem erat nodus crinium in verticem revinctorum, ita dictus ob formam coni vel nucis pineae quam imitabatur, quaſi στρόβιλος, uti ſcribit Vir Eruditiſſimus Q. S. F. Chriſtianus *in Not. ad Pacem Ariſtophanis*, *pag.* 688.

Κρω-

Κρωβύλην appellat Servius retiolum quod comas colligit. *Cidaris*, quoduis capitis redimiculum ex vi ſuae originis notare aptum, recte etiam de κρωβύλῳ dici poteſt. Talem plexum capillorum in acutum deſinentem in pueris σκόρπιον appellari notavit Scholiaſtes Thucydidis, & Suidas in voce Κρώβυλος.

O A.

XCIX. Particula qua Perſae utuntur lamentantes. Aeſchylus in Perſis. §. XCIX. *Oa.*

Ὀὰ περσικοῦ στρατεύματος.

Ad quae Scholiaſtes. Ὀὰ, περσικὸν θρήνημα. Perſis *Ah*, & *Heu* ſonat اه *Ah*, & *Vae* وای οὐαί.

O M A N U S.

C. Ὠμανὸς, Numen veterum Perſarum: Περσικὸς Δαίμων, teſte Strabone *lib.* XI. quidam Ἀμανὸς legunt. Ejuſdem meminit & *lib.* XV. his verbis. Ταῦτα δ' ἐν τοῖς τῆς Ἀναΐτιδος καὶ τοῦ Ὠμανοῦ ἱεροῖς νενόμισαι. Τούτων δὲ σηκοί εἰσι καὶ ξόανον τοῦ Ὠμανοῦ πομπεύει. Vide ſupra in *Amanus*. §. C. *Omanus.*

OMO-

OMOMI.

§. CI. *Omomi.* CI. Herbae cujuſdem nomen Perſicum, quam contundere ſolebant Perſae, & invocato nomine Ditis & tenebrarum, admixtoque lupi ſanguine in locum ſolis radiis inacceſſum projicere. Haec verba ſunt graviſſimi auctoris Plutarchi *in lib. de Iſide & Oſiride, pag. edit: Pariſ.* 359. Ποάν τινα κόπτοντες ὄμωμι (*al. leg.* ὄμωμιν) καλουμένην ἐν ὅλμῳ τὸν ᾅδην ἀνακαλοῦνται καὶ τὸν σκότον· εἶτα μίξαντες αἵματι λύκου σφαγέντος εἰς τόπον ἀνήλιον ἐκφέρουσι καὶ ῥίπτουσι. Quum vero nulla plane herbae illius deſcriptio addatur, divinando aſſequi non poſſumus, quam innuere voluerit, & num recte vocem Perſicam aut Plutarchus ſcripſerit, aut librarii conſervarint.

OPASTON.

§. CII. *Opaſton.* CII. Hoc nomine viaticum vel quicquid in itinere ſecum habebant Perſae veteres appellare ſolebant. Heſychius Ὀπαστὸν, τὸ ἐφόδιον. Πέρσαι. Vox Perſica non admodum diſſimilis بسته *Baſta* notat faſciculum, ſarcinam, & quidvis arcte colligatum, quemadmodum illud eſſe ſolet, quod iter facturi ſecum vehere conſtituerunt. A vel O ſaepiſſime

me vocibus barbaris praeponebant Graeci uti & Hebraei: & mutatio literae B in P non est quod alicui scrupulum injiciat. Mihi certe aliquid vero similius non occurrit: nisi quis پشته *Pasta*, i. e. onus quod dorso geritur, malit substituere.

OROMASDES.

CIII. Hoc nomine *Bonus genius*, Ἀγαθὸς Δαίμων veteribus Persis dicebatur. Ita Plutarchus, Laertius, Agathias, & alii tradiderunt, e quorum scriptis quum ante nos plurimi testimonia in hanc rem collegerint supervacanum esset, ea hic repetere. Ὠρομάζης aeque ac Ὠρομάσδης scribunt. Vide Platonem *l.* 1. *de leg.* Persae hodieque Principium boni, sive Bonum genium هرمزد *Hormozd*, vel اورمزد *Awarmozd*, appellant, unde Graeci fecerunt Ὠρομάσδης. Quia autem saepe ultima litera د *Dal* omittitur ab ipsis Persis هرمز *Hormoz* scribentibus, hinc altera lectio sine Δ, Ὠρομάζης. Eandem vocem flexerunt Latini in *Hormizdas*. §. CIII. *Oromasdes.*

OROSANGAE.

CIV. Ita illi appellabantur Persice; qui bene meriti erant de Rege, οἱ εὐεργέται βασιλῆος §. CIV. *Orosangae.*

σιλῆ& ὀροσάγγαι Περσισί. Teſte Herodoto *lib.* VIII. *c.* 85. quibus Phylacum adſctiptum ob fortitudinem ſuam in pugna navali probatam ibidem tradit. Heſychius vocem hanc ſcribit ὀροσάγγης, uti & Phavorinus. Ita ille ὀροσάγγης, σωματοφύλαξ, ἢ ὁ τὸν βασιλέως οἶκον ποτὲ εὐεργετήσας. Hodie ارزنگ *Araſang*, qua ego vocem illi *Oroſangae* viciniorem non novi Perſice *murum* notat. An bene meriti de Rege aut re publica per metaphoram Perſis uſitatiſſimam, ita dicti, quod Regem aut regnum defenderent, vel cingerent, eo ſenſu, quo cives *muros* eſſe *Spartae*, Λακεδαιμονίων τείχη, reſpondiſſe quendam refert Plutarchus *in Apophthegm. Lacon. pag.* 210. *edit. Paris.* & Aeſchylus *in Perſis*, de incolis Athenarum,

Ἀνδρῶν γὰρ ὄντων ἕρκ& ἐστὶν ἀσφαλές.

Certe etiam in narratione hiſtorica magnates appellantur Perſis ارکان دولت, *fundamenta potentiae regiae.* Vid. *cap.* I. *in Guliſtan.* ارکان notat *latus*, *angulum*, *baſin* & generatim omne fulcimentum, quo quid nititur. Vel an quoniam ارزنگ *Araſang* nomen proprium cujuſdam Herois, ut & aliorum virorum fuit, omnes qui meritis ſuis ſe Regi acceptos reddiderant, de ejus nomine appellati ſunt?

OUA-

O U A R I Z E S.

CV. Dignitatis nomen apud Persas. Pro- §. CV.
cop. *lib.* 1. *Persicor.* Videtur pro Ὀυαρίζης *Ouarizes.*
legendum Ὀυιζίρης, qui hodie وزير, *Vizir* vulgo. Βεζίρεις a Graecis hodiernis appellatur, Ὀιζήριος ab Abumazare in Apotelesin.

P A L T U M.

CVI. Hoc nomen hastili cuidam dabatur §. CVI.
quo Persae in bello utebantur, maxime quum *Paltum.*
cominus esset pugnandum. Pollux *l.* 1. *c.* 10. Παλτὸν Μηδικὸν τὸ ἀκόντιον. Suidas. Παλτὰ τὰ δόρατα. Hesychius. Παλτὰ, ἀκόντια, λόγχαι. Vide alia Veterum testimonia in Stephani *Thesauro*, *Tom.* 4. Brisson. *lib.* III. *de regn. Pers. pag.* 293. At fatendum est ex iis omnibus locis simul collatis vix liquido patere, quid Paltum fuerit. Si tamen conjecturae locus est, putem cum voce بلطه *Belta*, aut *Balta*, quae *securim* notat, debere conferri. Sic ut *hastile* quidem fuerit, sed quod formam securis simul habuerit. Longitudinem habuisse Paltum sex cubitorum circiter (quae erat exigua respectu hastarum apud alias gentes, quae decem, & quindecim cu-

bitorum erant, & quibus haſtae octo cubitorum parvae appellabantur) adeoque aptiſſimum ad cominus feriendum hoſtem, docet Arrianus. Et multo magis illa palta nocebant, ſi formam ſecuris praeter cuſpidem ſuam referrent. Adeoque ego Paltum aut ſimile inſtrumentum bellicum, vel idem cum ſecuri & bipenni Amazonibus uſitata fuiſſe ſuſpicor, cujus figura ex diſpoſitione verſuum in ſecuri Simmiae Rhodii patet, ſi manubrium addas, quod Poëta non adjunxit, quia moris erat ea quae Diis ſacrabantur, parte ſui mutilari, nè uſui hominum inſervire poſſent. De qua Horatius *lib.* IV. *Carm. Od.* 4.

—— Amazonia ſecuri
Dextras obarmet —

Et Virgilius, Aeneid, *l.* XI. *v.* 656.

—— aeratam quatiens Tarpeja ſecurim.

PARADISUS.

§. CVII. *Paradiſus.* CVII. Vocem hanc Perſicam eſſe, & hortum notare, Xenophon & alii inter veteres tradiderunt, quorum teſtimonia collegit Eruditiſſimus Briſſonius *lib.* I. *de regno Perſ. pag.* 52. Hodie ea vox Arabibus uſitatior eſt & فردوس *Firdeus* ſcribitur (P, پ, enim Arabes non habent) in Sacro Codice פרדס, in quo tamen vox גן, *Gan*, frequentior eſt quam

&

& ipſam per παράδεισον ſaepe tranſtulerunt Interpretes Alexandrini, quaeque & Cypriis pro paradiſo in uſu fuit, teſte Heſychio. Γάνος..., ὑπὸ Κυπρίων παράδεισος. Ridiculi ſunt Graeci qui Paradiſi etymon ex ſuo ſermone ducunt. Meminithorum Etymologus noſter ineditus. Οἱ μὲν λέγουσι Μηδικὴν τὴν λέξιν, οἱ δὲ καὶ τὴν δεῖσαν ἐγκεῖσθαι. Ἀλεξίων δὲ τὸ δασὺ ἔλεγεν ἐγκεῖσθαι. Δύναται δὲ παρὰ δεύσω γεγενῆσθαι ἡ λέξις. Verum accidit Graecis hac parte, quod de L. Aelio narrat M. Varro *Humanarum lib.* XIV. *illum erraſſe aliquoties: nam aliquot verborum antiquorum Graecorum, proinde atque eſſent propria noſtra reddidit cauſas falſas: non enim leporem dicimus, ut ait, quod eſt levipes, ſed quod eſt vocabulum antiquum Graecum.* Vide Gellii *Noctes Att. l.* 1. *c.* 18.

PARAPAGNES.

CVIII. Genus menſurae Perſicae, & idem cum σχοινίῳ. Ita auctor Etymologici magni. Σχοινίον, μέτριον Περσικὸν, ὁ παρὰ Πέρσαις παραπάγνης λέγεται. Atqui Σχοινίον, juxta Herodotum, ſexagena ſtadia complectitur apud Aegyptios, *l.* 11.6. & ejuſdem Etymologici auctor, Paraſangam apud Aegyptios ſimiliter ἑξήκοντα στάδια continere ſcribit. Quare diu §. CVIII. *Parapagnes.*

est, quod suspicatus sim pro Παραπάγνης legendum Παρασάγγης. In qua suspicione me firmat manuscriptum nostrum Etymologicon, quod pro *Parapagnes* expresse habet Παρασάγγης, in voce Σχοῖνος. Τὸ γὰρ σχοῖνος μέτρον γεωμετρικὸν Περσικὸν, ὁ καὶ Πέρσαις παρασάγγης καλούμενος. Sic ut *Parapagnes* vox nihili sit, & e serie Persicarum eliminanda. Legitur tamen & apud Phavorinum, sed ex corrupto codice Etymologici.

PARASANGA.

§. CIX. *Parasanga* C I X. At hoc notissimum est Persice mensuram viae significare. Herodotus *lib.* v. *c.* 53. Παρασάγγης δύναται τριήκοντα στάδια alii 60 stadiis parasangas definiunt teste Strabone. Auctor Etymologici: Παρασάγγαι, τριάκοντα στάδια παρὰ Πέρσαις, παρ' Αἰγυπτίοις δ' ἑξήκοντα. Superest hodieque ipsissima vox فرسنگ *Farsenk*, quae *Parasanga* flexa fuit. Videor mihi in ea voce duas سنگ & فرس, quasi *lapidem Persarum* dicas, deprehendere. Ita Romani dicebant: *ad primum ab urbe lapidem*, &c. Cl. Bernardus *in l. de mensuris & ponder. p.* 244. *parvam missionem* interpretatur. Hodie Parasanga apud Persas continet tria milliaria, unumquodque milliare ter mille cubitos, quilibet cubitus triginta

ta duos digitos, quilibet digitus latitudinem ſex granorum hordei.

PARASANGILOGOI.

CX. Ita Perſae internuntios appellabant, qui aliquid annunciarent. Heſychius. Παρασαγγιλόγω, οἱ Πέρσαι τοὺς διαγγέλλοντας οὕτω λέγουσι. Siquidem non errat Heſychius, ex praecedenti voce Paraſanges videtur compoſitum, at in reliqua parte nos idioma Perſicum deſtituit. In Etymologico magno citatur ad vocem Παρασάγγης Sophocles in Andromache, qui ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου eam uſurpaverit. Quod ſi ea hoc tempore ſupereſſet, forte hinc aliqua lux huic vocabulo accederet. *§. CX. Paſangilogoi.*

PASARGADA.

CXI. *Campum Perſarum*, ſive locum in quo caſtrametantur, haec vox Perſice notat. Ita Euſtathius ad *Dionyſii* Περιήγ. *vers* 190. *pag.* 190. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ μὲν ἐθνικὸν οἱ Πασαργάδαι. Ἡ δὲ πόλις θηλυκῶς ὡς δηλοῖ τό, τὰς δὲ Πασαργάδας ἔκτισεν ὁ Κῦρος. Διερμηνεύεται δὲ ἡ πόλις κατὰ τὴν γλῶσσαν Ἑλληνίδα, Περσῶν στρατόπεδον. Ita & Strabo & alii memoriae prodiderunt. At manifeſto prima pars vocis corrupta eſt, & tranſponendae ſunt literae *Paſar*, in *§. CXI. Paſargada.*

Paras پرس ut Perſas notare poſſint, uti rectius *Parſagadum* ſcribitur in Curtio. Ultima pars *gad*, vel *gada*, mihi videtur eſſe Perſice كده *Cad*, *quod manſionem*, *locum commorationis* ſignificat, & cum alia voce ea ita ſolet componi, ut آتشكده *Ateſchkada* locus, ſive domicilium ignis بتكده *Potkada*, quae vox deflexa eſt in *Pagode*, *templum*, *domus idoli*. Atque ita پرسكده *Parſekada*, ſignificabit *manſionem*, ſive commorationem *Perſarum*, ubi ſc. degunt vel etiam caſtra metantur. K autem, ut mutari ſoleat in *g*, docent voces κράββατος, *grabbatum*, κυβερνῶ, *guberno*, κόμμι *gummi*, &c. Nihil ſuccurrit, quod propius vero exiſtimem. Non placent enim etymologiae vocum Perſicarum ex ſermone Hebraeo petitae, ſi ipſa lingua Perſica voces affinium ſignificationum habeat, uti origo hujus vocabuli in פרסי גד, *Perſarum exercitus*, vel פרסי גדר *Perſarum ſeptum* quaeſita. Vide quae multa de hac voce collegit Eruditiſſimus Hill, *in Comm.* ad Dionyſii περιήγησιν, *pag.* 353.

P A S A C E S.

§. CXII. *Paſaces.* CXII. Nomen equi generoſi & ferocis, quo Cyrus vehebatur. Plutarchus *in Artoxerxe*, Κύρῳ δὲ γενναῖον ἵππον, ἄστομον δὲ καὶ ὑβρι-

βρισὴν ἐλαύνοντι, Πασάκαν καλούμενον ἀντεξήλασεν ὁ Καδουσίων ἄρχων Ἀρζαγέρσης. Perſice باي ساخ *Paſach* notat celeripedem, ὠκύποδα, ἀερσίποδα, *pedibus agilem*, quod nomen quam bene equo & quidem huic detur, quiſque intelligit.

PELMAN.

CXIII. Nomen menſis apud veteres Perſas teſte Iſaaco Monacho. Vox corrupta ex بهمن *Bahman*. §. CXIII. *Pelman.*

PEPERI.

CXIV. Hippocrates *lib.* II. γυναικ. tradit eſſe Perſicum. Ipſe tamen fructus, فلفل *Fulfel* dictus Perſis & Arabibus, Indiam patriam agnoſcit: unde & proverbium apud Perſas eſt, quod invenitur in *Buſtan* ingenioſiſſimi Scriptoris Scheich Sadi اورد فلفل بهندوستان *Infers piper in Hindoſtan.* Hindoſtan autem complectitur utramque Indiae partem & هند *Hind*, quae orientalior, & سند *Sind*, quae occidentalior eſt & Indo proxima. Eſt id proverbium ſenſu idem cum Graeco γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, ſive, quod Talmudici Moſi aliquando dictum ferunt, תבן אתה מכנים לעפריים *Stramen infers in Aphraim* §. CXIV. *Pepert.*

phraim, & quod in eodem *Bustan* legitur اورد ڪل سوي بوستان *Infers rosam in hortum.* Nam ex India piper omne affertur, quod neminem Belgam latere potest: quam ob rem etiam Apulejus, *Floridorum* libro 1. *Indorum non aeque miror eboris strues & piperis messes.* In Glossario Veteri Graeco-Arabico φυλφερ per πέπερι redditur. In Gemara Schabbath פלפל legitur. Videtur autem πέπερι, sive *Piper*, natum ex voce فلفل *Fulfel*, non ut pronuntiationi ea mutatio adscribi debeat, sed scriptioni. Tanta est enim convenientia ductuum in vocibus فلفل & پبغر id est, *Fulfel* & *Piper*, ut facile una pro alia legi potuerit: quod & in aliis vocibus contigit. Sic pro بدنك *Pudeng*, legerunt بلبك *Puleig*, & formarunt vocem *Pulegium*. Sic pro اثمد *Azmod* legerunt انتمن *Antimon*, unde facta est vox notissima Medicis & Chymicis (quae videretur primo intuitu Graeca esse) *Antimonium.* Quod eo facilius fieri potuit, quia Persae in libris manu exaratis puncta diacritica vel plane omittunt, vel non accurate literis illis, quibus debentur, adjiciunt, sed supra unam literam aliquando tria puncta scribunt, licet illa litera non nisi unum punctum habere debeat, & duo reliqua puncta aliis literis ejusdem vocis debeant addi. Quod ut aliquis bene praestare possit,

possit, requiritur sine dubio aliqua exercitatio in scriptis Persarum. Et haec quidem difficultas, juncta illi, quod Persae voces a vocibus non distinguant, ita ut nos solemus, omnes literas ejusdem vocabuli arcte conjungentes, & finita voce spatium notabile relinquentes, maximam creat in legendis & interpretandis scriptis molestiam. Literarum ergo affini ductu decepti & ad puncta non adeo attendentes pro vero nomine, *Fulfel*, legerunt *Piper*.

PERSAE, PARTHI.

CXV. Persarum nomen ab Arabico فرس *Paras*, *equus* derivarunt jam dudum Viri Eruditi: sic ut nomen Persarum *equites* notet. Equitandi vero peritia, & equorum praestantia excelluisse Persas & equo fere semper vehi solitos, notius est quam ut multis probari egeat. Et iisdem literis فرس *Persam* scribunt, quo فرس *equum*. Hodie licet & voce فرس pro *equo* utantur, tamen أسپ *Asp* vulgatius est & magis Persicum; sic ut *Fars* pro equo Persis olim fuerit magis usitatum, nunc tamen in usu frequentiore apud Arabes, uti & apud Syros פרשא *Parscha*, *eques*, Chaldaeos פרש *Parash*. Quid obstat itaque, quo minus credamus non ipsos §. CXV. *Persae, Parthi.*

 Per-

Persas hoc sibi nomen dedisse, sed gentes vicinas, Assyrias, Syras, &c. At de nomine Parthorum, quod nonnulli Persicae originis esse volunt, incertior est disquisitio. Stephanus ait profugos φυγάδας eo nomine appellari lingua Scythica. Sunt autem Persae a Scythis orti, uti Curtius, Arrianus & Ammianus Marcellinus tradiderunt, & Justinus diu ante Scythico sermone Parthos exules dici monuerat *l.* 41. & sic Isidorus *Orig.* IX. 2. at Suidas. Πάρθοι. Περσικῇ γλώσσῃ Σκύθαι, in voce Πάρθοι & Σωσρίς. Confer, quae habet Cl. Salmasius in *Notis ad Tertull. de Pallio*, *pag.* 119. Atque ita juxta Stephanum in lingua Tatarica aut Sclavonica, inter veteris Scythicae reliquias deberet etymon quaeri. Apud Arabes فر *Farr* fugientem notat. Sed dicamus potius, quod jam alii viderunt, Persas & Parthos differre, ut Assyriam ab Atyria, Thessaliam a Thettalia, Tyrum a Sarra, id est, unam eandemque vocem esse, S in T mutato. An non nos quoque a פרש habemus nostrum *Paard*? An non similiter πάρδαλις Graecum & *Pardus* Latinum a پارس *Pars* concinne derivatur, quae vox & Turcis & Persis Pardum notat, uti Russis *Bars*, S in D mutato. Vix enim aliqua cum veri specie aliunde ejus vocabuli etymon petetur, & probabile est animalibus quae in Persia fre-

quen-

quentia sunt, nomen Persicum adhaesisse.

PHARUARTES.

§. CXVI. Nomen mensis Persici juxta Isaacum Monachum. Scribi debet فروردين. Burtonus ex M. S. suo Codice profert φαρφαρδὶν, vel φερυαρδὶν, quod accuratius est. Chrysococca φαρβαρδὶν & φαρυαρτὴν habet. *Pharuartes.*

PHEROCHANES.

§. CXVII. Dignitas apud Persas teste Procopio. Cujus cum accuratam descriptionem ignoremus, nonnisi incerta admodum de vocis hujus etymo possemus tradere. فرخ *Pherroch* notat nobilem, generosum, felicem: qui titulus tribui a Persis solet Regi sexto dynastiae primae, cui nomen Feridun: de quo est elegantissimum hoc & ineditum epigramma Persicum, quod usum hujus vocis ostendit, *Pherochanes.*

فريدون فرخ فرشته نبود
زمسك وزعنبر سرشته نبود
زداد ودهش يافت او فرخي
تو داد ودهش كن فريدون شوي

Nobilis ille Feridun Angelus non fuit,
Nec ex musco vel ambra creatus:
Aequitate, & liberalitate, famam assecutus est.
Tu aequitatem & liberalitatem exerce: Feridun eris.

PISAGAE.

§. CXVIII. *Pisagae.*

CXVIII. Ita appellabantur leprosi, a quorum consortio abhorrebant vehementer Persae, teste Ctesia in Pers. Πισάγας λέγεται παρὰ Πέρσαις ὁ λεπρὸς καὶ ἔστι πᾶσιν ἀπρόσιτος. Nata est haec vox, ni fallor ex Persica پيس *Pîs*, quae *leprosum* notat. Est & vox non multum diversa فسه *Fisah*, quae notat hominem impurum a quo quis abhorret. Tradit autem Herodotus *lib.* 1. *cap.* 138. quod si quis apud Persas lepra infectus sit, illi civitatem accedere aut consuetudinem habere cum aliis Persis non licere; ὃς ἂν, inquit, τῶν ἀστῶν λέπρην ἢ λεύκην ἔχοι, ἐς πόλιν οὗτος οὐ κατέρχεται, οὐδὲ συμμίσγεται τοῖσι ἄλλοισι Πέρσῃσι.

RYNDAX.

§. CXIX. *Ryndax.*

CXIX. Aviculae nomen apud Persas, qua illi in cibum utebantur quaeque vento & rore vivere creditur. Ῥυνδάκην Πέρσαι τὸ ὀρνίθιον κα-

αλῦσι. Ita Photius ex Ctesia *l.* 23. & Plutarchus in Artoxerxe *pag.* 1320 hanc ejus avis descriptionem Ctesiae verbis tradit Γίνεται ἢ μικρὸν ἐν Πέρσαις ὀρνίθιον, ᾧ περιτλώματος οὐδὲν ἔστιν, ἀλλ᾽ ὅλον διάπλεων πιμελῆς τὰ ἐντός· ᾗ καὶ νομίζουσιν ἀνέμῳ καὶ δρόμῳ τρέφεσθαι τὸ ζῶον. Partem talis aviculae veneno infecerat Parysatis, & comedendam dedit Statirae, quae mox animam efflavit: nec enim tam dilecta Deo erat, uti Mohammed, qui cum edere vellet appositum sibi armum ovis assae, clamavit armus: لا تاكلني فاني مسموم *Cave me comedas: veneno infectus sum.* Hesychius: Ῥυνδάκη, ὀρνίθιον ἢ λίκον περιστερᾶ. Persis رند *Rund* nomen avis est, quae frequenter in oryzetis invenitur. Hinc addita Graeca terminatione videtur hoc vocabulum ortum trahere.

SAANSAA.

CXX. *Rex Regum.* Ammian. *lib.* XIX. *Persae Saporem Saansaan appellabant, & Pyrosem quod Rex regibus imperans & bellorum victor.* Est ipsa vox Persica شهانشاه *Schahânschah*, regum Rex, βασιλεὺς βασιλέων, ordinarius titulus Regum Persiae. *Pyroses* (ut & hoc notemus) Persice فيروز *Firouz* scribitur & *victorem* significat. Confer quae de his §. CXX. *Saansaa.*

his titulis habet, ſaeculi hujus ornamentum, Eze-chiel Spanhemius diſſ. de uſu Numiſmat. *p*. 422

SACAE.

§. CXXI. *Sacae.* CXXI. Ita Perſis omnes Scythae dicebantur teſte Herodoto *lib.* VIII. *cap.* 64. a *Seax*, (unde & Saxones) cultro vel gladio quo accincti erant Scythae, ut quidam putant, ut ita Sacae & Scythae nomine ſint ejuſdem ſignificationis. Scythae enim a σκύθη, ferro quod inter alios uſus tondendo capiti aptum eſt, uti Sacae a *Sax* ferro,

Quod vinctum lateri barbarus omnis habet

teſte Ovidio, dicti nonnullis creduntur. Verum hanc vocem Arabicam eſſe ساقي *Saki*, *potator*, exiſtimat ingens harum literarum decus T. Hyde *in notis ad itinerar. Peritzol.* Quo nomine eos per convitium Perſae appellarunt. Ab eadem radice سقي derivat idem feſtum Babyloniorum Σακεία & Σακαία dictum, quod facilius crediderim quam Sericum a سرى *Sera*, *pars rei praeſtantiſſima* derivandum, uti Vir magnus ibidem ſcribit: Sericum enim a gente Serum appellari & Serica veſtis a Seribus uti Parthica aut Indica a Parthis & Indis, dici videtur. Cl. Vogelſangius autem *in Exercit. Theol.* Σακέα a *Seſach*, numine Babyloniorum, deriuat, conferens *Jerem.* 51. 41. Vide & Caſaubonum in

n *Athenaeum* XIV. 10. Xenophon *l.* I. Κυρȣ-τραίξεων meminit cujusdam Sacae qui pincerna erat Astyagis & cui forte hoc nomen contigit non a gente, sed ab officio & arte, qua pocula tradere solebat, uti ibidem legere est. Nam ساقى *Saki*, pocillatorem notat. Eadem vox ساكى (cum ك) *Saki* Malaeis significat *ministros*, *famulos*.

SALMENISCHIACA.

CXXII. Invenio apud Jamblichum *de Myst.* §. CXV.
Aeg. ἐν τοῖς Ἀλμενισχιακοῖς, ad quem locum *Salmeni-*
monet Doctissimus Gale *in Notis*, *pag.* 304. *schiaca.*
Illustrem Salmasium eruisse vocis ejus origi- *Almanach unde.*
nem e lingua Persica *in lib. de Annis Climact.*
p. 605. Scilicet ex سالمها *Salmaha*, *periodo Lunari*, legens Σαλμενισχιακοῖς. Sed id refutavit jure merito Vir Doctissimus G.H. Velschius in Commentario ad روز نامه نوروز sive *Tabulas aequinoctiales*, ut appellat, *novi* Persarum & Turcarum *anni*, *pag.* 26. docuitque Almanachum verum esse harum Ephemeridum nomen, & significare *strenam*, quia in Oriente strenae loco primum Regibus illae offerri solebant: quale exemplar ego accuratissime descriptum possideo, ex Bibliotheca Cl. Golii (quem confer *in not. ad Alfragan.* 22) quod annum Hizrae, sive fugae Mohammedicae 1062,

aerae

aerae Christianae 1651 repraesentat. Henricus Stephanus e lingua Germanica id derivat, cujus ipsa verba apponam, in *Expostulatione de Latinitate falso suspecta, cap.* VII. *pag.* 328. *Nec ignoro esse qui a quadam Arabica voce originem habere tradant: non minus stulte profecto quam qui* Almanach *Arabicum esse volunt, aut Chaldaicum: quum in lingua Germanis vernacula passim occurrant illae ex quibus conflatum est hoc nomen voculae: quum enim aliquid narraturi, tempus quo id acciderit, praefigunt, dicere solent,* Als man nach der geburt Jesu Christi unsers seligmachers gezelt hat 1560 vel 1570, *aut quicunque alius annorum mumerus ponendus est. Sonant autem haec perinde acsi dicas,* Quum post nativitatem Jesu Christi nostri beatificatoris numeratum fuit 1570. *Ex iis certe quibus hanc meam derivationem communicavi, nemo a me dissensit: neque vero quenquam ex iis qui eam hic legent, dissensurum existimo: quinetiam miraturos multos quomodo in quaerendo tam procul vocis huius etymo non pauci se torserint: proposita interim quaestione qua perdifficilis videbatur, utrum* Almanach *an* Armanach *dicendum esset.* Sed praeterquam quod summa sit convenientia inter nomen Arabicum Almanach, & nostrum hoc, & usque in hodiernum diem idem ritus haec Calendaria strenae

nae loco Magnatibus offerendi, quis neſcit maximam Aſtronomiae partem, quod ad methodum & vocabula attinet, ab Arabibus vel Mauris ad nos perveniſſe, & nomina Arabica Zenith (rectius *Zemt*) Nadir, Almucantarath, Regel, Aramech, Algethi & plura talia a noſtris quoque Aſtronomis uſurpari? Quidni ergo & Almanach? Verum & Claudius Mitalerius, Vir Doctiſſimus, in *Epiſtola de vocabulis quae Judaei in Gallicum ſermonem intulerunt*, *pag.* 10. obſervavit, jam ante mille ducentos annos (& ita obſervavit plus quam ſaeculo abhinc) Ἀλμενισχιακῶν vocabulum eo fere ſenſu a Porphyrio in quadam ad Annebonem epiſtola uſurpatum fuiſſe, quo tempore Germani omnis politioris diſciplinae erant expertes.

SAMEN.

CXXIII. Idem Perſis ſonat, quod Latinis §.CXXIII.
tellus, uti ex M.S. quodam Codice colligitur, *Samen.*
quem citat Gilbertus Gaulminus, Vir quicum pauci comparari queunt, ut verbis Cl. Mauſſaci utar, in brevibus illis, ſed eruditis *notis in Pſelium*, περὶ ἐνεργ. δαιμ. *pag.* 115. Verba ipſa haec ſunt Πέρσαι γὰρ γῆν Ζάμην λέγουσι, ὃ ἑρμηνεύεται κάτω. Non fallit aut fallitur Graeculus. زمين *Zamin* tellus eſt Per-

ſice: quod idem eſt cum ζαμλὼ. Atque in
de τῶν χθονίϰς eoſdem eſſe cum ζαμαίοις Per
ſarum autumat Vir Magnus.

SANDES.

§. CXXIV. *Sandes.* CXXIV. Ita Hercules Perſis dictus eſ
Vide quae de eo ex veteribus Caelius Rhod
ginus in *Lection. Antiq.* tradidit. In Perſarum
monumentis fortiſſimi quidam Heroes memo
rantur, inter quos سم ديو *Sam div* eſt
quod non multum a *Sandes* abludit, & vera
ut opinor, hujus vocis ſcriptio eſt. Fuit au
tem *Samdiv*, ſive *Sam Genius*, *Heros*, v
Gigas ille, qui in inſula Darem, quae ob mon
ſtrorum & ferarum copiam habebatur nul
impune adeunda, omnia infeſta animalia ne
dedit, & dux exercitus Feriduni factus de ho
ſtibus ſaepiſſime triumphavit, multaque al
praeſtitit, quae cum geſtis Herculis ſatis be
ne conveniunt.

SANE.

§. CXXV. *Sane.* CXXV. Ita mundum Babylonii dixe
teſte Heſychio. Σάνη, ὁ ϰόσμος. Βαβυλω
νιοι. Ita lego pro ὁ ϰόσμος βαβυλώνιος. V
eſt hodieque vulgatiſſima, qua orbem Perſ
exprimunt جهان *Sjehan*, ه ſive *h* in pr
nu

nuntiatione vix auditur in voce اصفهان *Isfehan*, quae *Sphaân* vulgo exprimitur, & mox in *Saansaa* pro *Schabanschab*. Terminatio Graeca est η, quamvis & *E* addere soleant Persae hujusmodi vocabulis, uti cum legunt

بنام خداوند جهان افرين

In nomine Dei, creatoris hujus universi,

ita pronunciant *Benáme Chodawénde Sjehâne Aphrîn.*

S A N G A R I S.

CXXVI. Σάγγαρις vel Σάγαρις, & sine σ, Σάγαρι in antiquissimis Herodoti & Xenophontis editionibus, & Σάγηρις *in edit. Basil.* Herodoti ea vox scribitur, notatque idem quod μάχαιρα & κοπὶς, teste Xenophonte *lib.* II. Κυρȣπαιδ. gladium nempe, quo Persae veteres utebantur. At Stephanus ex isto Xenophontis loco liquere putat Σάγαριν & κοπίδα esse arma distincta. Suidas explicat per κοπίδα & πέλεκυν. Hesychius Σάγαριν scribit esse πελέκιον μονόστομον. Cl. Drusius in *quaest. Hebr.* I. *quaest.* 74. opinatur סגור (quod vulgo *praeclude* vertitur) *Sagarin Ps.* 35.3. significare, & unum ex altero derivat. Puto eam vocem خنجر *Cangar*, vel uti nos pronunciamus *Chanzjar*, scribi, quae vox Persis pugionem §.CXXVI. *Sangaris.*

vel ſicam notat. Pro *Ch* ſi affinem literam S ſubſtituas, habes Σάγγαϱ, cum Graeca terminatione Σάγγαϱις. Ab Sagari dictum eſſ Sagariſtionem apud Plautum, in Perſa, ut *Sceparnionem* a σκεπάρνω, *aſcia*, quam gerebat, non improbabilis Cl. Reineſii conjectur eſt *in Epiſt*. 44.

SAOS.

§. CXXVII. *Saos.* CXXVII. Sol Babyloniis. Σαώς, ἥλιος Βαβυλώνιοι. Sunt verba Heſychii. Olim conjiciebam legendum Σάμς, ex Hebr. & Chaldaeo שמש *Schemes*, *Sol*. At poſtea viſun eſt convenientius ſcripturae Heſychii creder eſſe vocem سوز *Souz*, *Urentem* Perſice سوختن, *urere*, quo nomine Solem appellant جهان سوز *qui mundum urit*.

SARABARA.

§. CXXVIII *Sarabara.* CXXVIII. Veſtis Perſicae genus. περὶ τὰς κνημίδας (κνήμας Stephanus corrigit ἐνδύματα ita a Perſis dici auctor eſt Heſychiu Iſidorus Orig. *l*. XIX. *cap*. 23. *Sarabara*, i quit, *ſunt fluxa ac ſinuoſa veſtimenta, de qu bus legitur in Daniele; Et Sarabara eorum n ſunt immutata. Et Publius : ut quid ergo ventre tuo Parthi Sarabara ſuſpenderunt.*

p

pud quosdam autem Sarabarae quaedam capitum tegmina nuncupantur, qualia videmus in capite Magorum picta. Etymologus noster ineditus Σαράβαρα. Ἐσθὴς Περσικὴ· ἔνιοι δὲ λέγουσι βρακία, ἄλλοι δὲ περὶ τὰ σκέλη ἐνδύματα. Priora etiam Suidas habet : posteriora confirmant Stephani emendationem : nam κνήμη est τὸ κοιλὸν τοῦ σκέλους, ipsa cruris pars at κνημὶς ipsum integumentum & ὑπόδημα, ut Suidas in voce κνήμη. Crurum & femorum tegumenta videntur fuisse τὰ Σαράβαρα, & pro braccis, aut simili tegmine habenda. Sed de iis fuse egerunt Viri Clarissimi, Drusius, *quaest. Hebr.* 60. & Braunius *de vestit. Pontif. Hebr. lib.* II. *cap.* I. Nos de vocis origine notamus, eam Persice شلوار *Schalwar* scribi, & significare subligaculum, femoralia ad pedes demissa. Unde Graeci juxta genium linguae Persicae accuratius scripsissent σαλαβαρα. Sed quis nescit λ & ρ saepissime permutari; nam & haec ipsa vox *Saraballa* non *Sarabara* scribitur ab Aquila, Theodotione ad *Dan.* 3. Hieronymo & aliis, ipsique Arabes سروال Σαραβάλλα pronunciant. Quaesivit hujus vocis etymon eruere ex lingua Hungarica Eruditissimus Ostrokoczius in Originibus Hungaricis. Sed nobis non vacat omnes etymologias ab aliis datas examini subjicere, quibus nihil videtur esse certius, quam Persi-

ca e ſermone Perſico debere explicari. Vi
quae de hac voce ſcriptores rei veſtiariae
Lexicographi Graeci, ut & Hebraei in vo
סרבל. Quamvis hiſce circa ſignificatione
vocis Perſicae parum tuto credatur. Qu
enim סרבלא pro *Chlamyde* habeant in tex
Sacro, *Dan.* 3. 21. & aliis libris, id ab u
linguae Perſicae abhorret.

S A R A G E S.

§. CXXIX. *Sarages.* CXXIX. Veſtis Perſicae genus. Juli
Pollux, *lib.* VII. *cap.* 13. Ὁ δὲ Σαράγης M
δῶν τι φόρημα, πορφυροῦς μεσόλευκος χιτ
Quamvis ibi in nuperrima editione Amſtel
damenſi legatur Σαράπις, quia in Heſych
& Athenaeo Σαράπις legitur. At quamv
apud plurimos Sarapis inveniatur, non t
men inde efficitur hanc eſſe veram ſcriptionem
quum voces barbarae ſaepe a maxima ſcripto
rum parte mendoſe proferantur, & nonnun
quam apud unum alterumve recte extent. U
de origine & vera vocis ſcriptione aliquid ad
dam (unde patebit non Σαράπις ſed Σαράγ
ſcribendum, uti Pollux habet *l.* 7) Perſae vo
cant veſtem quamlibet oblongam راعه
דראעה unde illa vox fieri potuiſſet: ſed vo
cabulum affine براجه דראגה vel ראגה
magis ad Σαράγης accedit, & notat, ut C
Goli

Golii in *Lexico Persico*, phrasi utar, *tunicam exteriorem & longam, quam foras prodituri induebant, qua nunc non utuntur Persae.* Amabant enim olim vestes longas & talares Persae, uti notatum est a Sexto Empirico, *Pyrrhonicarum hypotyposewn*, *lib.* 1. *pag.* 30 Πέρσαι μὲν ἀνθοβαφεῖ ἐσθῆτι καὶ ποδήρει χρῆσθαι νομίζουσιν εὐπρεπὲς εἶναι, ἡμεῖς δὲ ἀπρεπές. Pro ד me substituisse ז, ut inde fiat Σαράγης nemo mirabitur qui passim mutari ד & ז in Oriente, uti דהבא, זכר, דכרון, זהב, &c. novit, & د D a ذ DS non nisi puncto differre. Similiter urbem Gadara, modo Γάδαρα modo Γάζαρα appellarunt. Vide Casaubonum ad Strabonem, & Μάδδαν, Μάζαν, apud Suidam, Δεός, Ζεύς apud Hesychium. Non itaque ex Polluce τὸ Σαράγης eliminandum videtur & substituendum Σαράπης. Imo hoc mihi magis est suspectum, quippe quod nulla sui vestigia habeat in hodierno sermone Persico, uti prius illud Σαράγης. Factum autem est Σαράπης ex Σαράγης facillime, si attendamus veteres Graecos π & γ figura fere eadem exarasse, illud Γ (quod nunc Π) hoc Γ, & formasse id nomen ad notissimam Dii Aegyptii appellationem Σαράπις.

SAREBAR.

§. CXXX. *Sarebar.* CXXX. Nomen Februarii apud Persas uti ex M. S. Burtonus prodit, & scribit Σα-ρεβαρ. Isaacus Monachus eundem Persice di[c] Σαχριϋρ scribit. Legendum est شهريار σχαχρϊάρ, vel شهرير σχαχρίρ aut po-tius σχαχριυάρ: omnibus enim his modis scri-bitur. Tabulae Alphonsinae corruptissime le-gunt *Sarembe*: Velschius in *Rusname*, *R[i]-var*, ريوار *pag.* 71. Scaliger شهرير *Sche-hariz. lib.* III. *de emend. temp. pag.* 200.

SATRAPA.

§.CXXXI. *Satrapa.* CXXX. Praefectus major regioni cuidam imperii Persici, quales erant Satrapae Arabiae Cappadociae, Phrygiae majoris, Lyciae & Jo-niae, Cariae, &c. vel Mediae, Armeniae Mesopotamiae, Carmaniae, Bactrianae, Aria[e] & Dranginae, Lydiae, quorum passim *l.* XIX meminit Diodorus Siculus. Hi praefecti e-rant in maxima dignitate constituti & a Re-ge, ut videtur, secundi; qui alios sub se ha-berent praefectos. Ita toti Mediae praefectus *Satrapes* dicebatur; in qua tamen aliae erant prae-fecturae, qualis *Rages* memoratur a Diodoro Si-culo *lib* XIX. 44 quae mihi non alia esse vi-detur quam Ῥάγα τῆς Μηδίας memorata in *lib.*

To-

Tobiae cap. 4. 1. Ῥάγεια Strabonis, *l.* XI. Ῥάγαια Ptolomaei, & Ῥάγαιαι Athenaei *l.* 12. Cl. Golius in Not. ad *Alfrag. pag.* 211. eam urbem cum رای *Raia* eandem facere vellet, nisi obstaret Raiam Parthiae, *Raga* vero Mediae, urbem esse. At haec difficultas mihi tanti non videtur. Parthiam enim saepe universam Mediam dici Orosius & ex illo Aethicus observarunt. Hinc Satrapia, pro *praefectura*. Herodot. *lib.* 1. *cap.* 192. Ἡ ἀρχὴ τῆς χώρης ταύτης τὴν οἱ Πέρσαι σατραπηΐην καλέουσι. Vide fuse de hac voce disserentem Brissonium *de regno Pers. lib.* 1. *pag.* 111. 112. Origo hujus vocis videtur non alia esse quam Persica ستراب *Sitrab*, quae idem notat quod vulgo Satrapa: aliquando & ἐξατράπης scribitur س *S* in ξ verso, & praemisso ε, uti ξίφος a سيف *ensis*. Nota Arabes, Persas & Turcas س durius pronunciare ac nos solemus, & ش vice versa, mollius. Veteres quoque S & X nonnunquam permutabant, ita *Ulysses* & *Ulixes* dicebant *quasi* & *quaxi*, *asso*, & *axo*, *nisi* & *nixi*, *ninsit* & *ninxit*, &c. Adde quod inter Graecos Attici ξ pro σ saepissime usurpent. Cl. Hyde putat eam esse corruptam ex استربان *Esterpan*, *custos mulorum*. At quomodo ἄρχοντες χώρων custodes mulorum? vide quae nos ad vocem Sacram Achasdarpenaia dicemus.

SAUNIUM.

§. CXXXII Saunium.

CXXXII. Telum barbarum esse testatu Hesychius, *Σαύνιον, ἀκόντιον βαρβαρικὸν, ἢ σα θῶν παρὰ Κρατίνῳ.* Ita enim emendandum es textum ingeniosissime conjecit, sic ut nulla du bitandi ratio super esse videatur, Vir Clarissimus *Tiberius Hemsterhusius*, in Notis ad Pollucem *l.* 10 *Sect.* 143. Persas vero illo usos fuisse col ligere licet ex Diodori Siculi *Biblioth. Hist.* xvii. *c.* 20. qui Persam *Σαύνιον* vibrasse in Alexandrum scribit sequentibus verbis & satis edocet hastam fuisse. Meminit & *Σαυνίων ἀκοντίων*, quibus Indi uti solebant, Arrianus *Hist. Ind. pag.* 331. Suspicor eam vocem esse Persicam سني *Sani*, unde addita terminatione Graeca *Σάνιον*, & facili epenthesi literae *υ*, *Σαύνιον*. *Sani* Persice significat proprie *cuspidem* sive ferrum acuminatum *hastae*, & per Synecdochen partis pro toto ipsam hastam. Quemadmodum itaque nos dicimus, ***met scherp quetsen, de spits bieden***, & Claudian. *de Prob & Olyb. Cons.*

Sive petat Parthos, seu cuspide turbet Hydaspen.
&, *de raptu Proserpinae.*

Et Pandionias quae cuspide protegit arces.
sic Persas, Saunio vulneratum esse Alexandrum dicentes, quum audirent Graeci, *Saunium* pro

hasta

hasta habuerunt, cujus proprie non nisi pars erat.

SCHOINOS.

CXXXIII. Genus mensurae est, qua itinera metiebantur Persae. Persicum esse vocabulum Athenaeus *l.* III. *c.* 34. his verbis tradit. Παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσι τοῖς σφόδρα Ἑλληνίζουσιν ἐστὶν εὑρεῖν καὶ Περσικὰ ὀνόματα κείμενα διὰ τὴν τῆς χρήσεως συνήθειαν ὡς τοὺς Παρασάγγας καὶ τοὺς ἀστάρους καὶ τὴν σχοῖνον ἢ τὸν σχοῖνον. Μέτρον δ' ἐστὶ τοῦτο ὁδοῦ, μέχει νῦν οὕτω παρὰ πολλοῖς καλούμενον. Idem & Callimachus Plutarcho citatus in *lib. de Exilio*. §.CXXXIII. *Schoinos.*

Μηδὲ μετρεῖν σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην.

Herodotus tamen Aegyptiacam esse mensuram scribit *lib.* II. *Histor.* & illos qui parum soli possident, id metiri passibus, qui paulo plus, stadiis, qui plus, parasangis, qui plurimum, Schoinis. Complectitur autem Schoinos, juxta illius testimonium duas parasangas. Hodie autem Persae, qui parum soli tenent, cubitis id metiuntur, qui plus, miliaribus, qui adhuc plus, parasangis, qui plurimum, stationibus, sive mansionibus, quas diaetas, nos *dagreysen* appellamus, & quae 5 circiter leucas nostras continent ob viarum difficultates & alia. Quare ali-

aliquando ſuſpicatus ſum an non σχοῖνος ab Perſico اسانی *Aſani*, *quies*, deflexum ſit, ut indicaret talem manſionem, ubi poſt confectum iter aliquot horarum quieſcere ſolent viatores. Poſſunt etiam conferri ad firmandam etymologiam hanc Hieronymi verba *in Comm. ad Joelem*, *cap.* III, qui Schoinos talia ſpatia appellat quibus abſolutis *quieſcerent* illi per vices, qui naves protraherent: *Solent*, inquit, *naves funibus trahere certa habentes ſpatia*, *quae appellant funiculos* (deceptus eſt Graeca vocis ſignificatione, qua σχοῖνος pro *fune* uſurpant) *ut labori defeſſorum recentia trahentium colla ſuccedant*. Et hinc eſt quod Strabo ſcribat *l.* XVII. apud Aegyptios inaequalem eſſe, ἄστατον, Schoinorum menſuram, quandoquidem alter altero plus viae poteſt abſolvere antequam quieſcat, & viarum incommoda ſaepe viatores retardant. Quare & mirum non eſt in aſſignando ſpatio Schoinorum adeo variare antiquos. Ceterum & funibus ſive σχοίνοις uſi fuerunt in menſuris agrorum (quas a menſuris itinerum per Schoinos etiam inſtitui ſolitis diſtinguit Ill. Salmaſius, *in Plinianis p.* 841.) Perſae: ſic ut quiſque *funis*, الاشل, cubitos LX Haſchemiticos contineret, & quiſque cubitus Haſchemiticus palmos octo ſive digitos triginta duos. Vide teſtimonium Arabis in Cl. Golii *notis ad Al-*

fra-

fraganum, *pag.* 73. & 75. dein pro fune substituerunt catenam.

SICLUS.

CXXXIV. Numismatis Persici nomen est, teste Hesychio. Σίγλος. Νόμισμα Περσικόν. Illustris Salmasius, *lib.* 1. *de usuris p.* 427. jam observavit illud idem cum Hebraeo שקל esse. Adeoque verius Hebraea vel Chaldaica vox dici potuisset, quamvis Persae etiam Siclis uterentur, quum Chaldaea essent potiti. Siclus ille, Babylonicus dictus, multo minor erat Hebraeo, & pondere suo tantum octo obolos Atticos aequabat. Et sine dubio hos Siclos intelligit scriptor sacer, affirmans *lib.* II. *Samuelis*, *cap.* 14. *v.* 27. capillos capitis Absalomi ponderasse ducentos Siclos pondere Regio; Regis nempe Babylonici, sub cujus imperio erant Judaei eo tempore quo libri Samuelis & Regum conscripti videntur. Atque ita pondus capillorum Absalomi fuisset circiter 31 unciarum, quod pondus eximium quidem est (& propterea in Sacro Codice memoratur) at non adeo stupendum, quam si Siclos Hebraicos quorum singuli unciae pondus habebant teste Hieronymo *in quaest. Hebr. pag.* 161. intelligamus, quale pondus capillorum hominis vix concipi potest,

§. CXXXIV. *Siclus.*

teſt, unde quidam ipſum textum Hebraeum ſollicitare & mutare aggreſſi ſunt. Quae difficultas plane tollitur, ſi Siclos Babylonios intelligamus. De Siclis Hebraeis, quod non numiſmata quaedam, ſed pondera tantum fuerint, vide quae habet Cl. Conringius in *Paradoxis de Nummis Hebraeorum*, *c.* VI. & nos in diſſertatione I. de *Nummis Veterum Hebraeorum*, *pag.* 49. *&* *ſeqq.* contra Scacchum.

S I M O R.

§. CXXXV. *Simor.* CXXXV. Muris genus Parthice ita appellati. Simor Parthis dicitur genus muris agreſtis, e cujus pelle veſtes conficiunt, ſcribit Heſychius in *Lexico*. Σίμωρ, παρὰ Πάρθοις καλεῖται τι μυὸς ἀγρίου εἶδος, οὗ ταῖς δοραῖς χρῶνται πρὸς χιτῶνας. Ita eſt. سمور *Simour* eſt mus Ponticus, *Hermine* Gallice dictus, qui hodieque illi uſui inſervit.

S I R A.

§. CXXXVI. *Sira.* CXXXVI. *Magna* ſermone Parthico. Σίρα, Πάρθοι, μέγαλα. Heſychius. Perſice سير *Sir* eſt *plenum*, *ſatur*. Quod videtur idem eſſe vocabulum.

SI-

SIRUS.

CXXXVII. Quid hoc Persis antiquitus significarit, ex Curtii verbis *lib.* VII. *Histor. cap.* 4. datur colligere, quae haec sunt. *Succo ex sesama expresso haud secus quam oleo artus perungebant. Sed hujus succi ducenis quadragenis nonagenis denariis amphorae singulae, mellis denariis tricenis nonagenis, trecenis vini aestimabantur. Tritici nihil aut admodum exiguum reperiebatur. Siros vocabant barbari: quos ita solerter abscondunt ut nisi qui defoderunt invenire non possint. In iis conditae fruges erant.* Per *Siros* itaque forsan vasa, in quibus fruges recondebantur, intellexit. Non multum hunc recedit vox & Persis & Arabibus usitata جرّة *Sjirra*, vel uti Graeci ج aliquando pronunciabant, *Sirra*, id est, *amphora*, *hydria*, *cantharus ansatus*, cujus formae fuisse illa vascula in quibus fruges condebantur, vero simile est. Affine & forte ex eadem origine natum est vocabulum σιρὸς, quod non vas solummodo & *dolium* (πίθον Hesychio) sed scrobem in qua frumenta asservantur notat, de quo Plinius *Hist. nat.* XVIII. 30. & Suidas. Σιῤῥοις (scribit & Σειροῖς) ὀρύγμασιν ἐν οἷς κατατίθενται τὰ σπέρματα. Etymologicon magnum εἰσὶ δὲ καὶ ὀρύγματα λεγόμενα σιροί. §. CXXXVII. Sirus.

σιϱοί. Confer Incomparabilem Casaubonum ad Athenaeum, *lib* IV. *cap*. 3. Istiusmodi *Siros*, sive reconditoria videntur innuisse decem illi viri, qui *Jerem*. 41. 8. dicebant sibi esse מטמונים בשדה *reconditos thesauros in agro* sc. *triticum*, *hordeum*, *oleum & mel*.

SOLLAX.

§. CXXXVIII. *Sollax*. CXXXVIII. Tigris antea Σόλλαξ (Eustathius in Not. ad Dionysium Periegetem habet Σύλαξ) vocabatur, teste Plutarcho in *lib. de fluminibus*, id est, μεθερμηνευόμενον Κατωφερής *sive quod versus inferiora fertur*. Quum vero Tigris nomen Persicum sit, etiam hoc Sollax ab eodem idiomate videtur ducendum: in quo tamen nihil invenio, quod mihi satisfaciat. At videtur ab Arabico شل *Schalla*, *egit*, *propulit*, posse duci, unde & شليل *Schalil*, & *schaloul* alveum fluvii notat, quo loco vehementissime fertur flumen, & شل *Schall*, *actus*, *propulsus*.

SPACOS.

§. CXXXIX. *Spacos*. CXXXIX. Canem lingua Medica notare Herodotus & Justinus tradiderunt. Herodotus quidem *l*. I. *cap*. 110. Ούνομα δὲ τῇ γυναικὶ ἦν τῇ συνοίκεε Κυνὼ, κατὰ τὴν Ἑλλήνων

νων γλῶσσαν· κατὰ δὲ τὴν Μηδικὴν Σπακώ· τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα Μῆδοι. Justinus *lib.* 1.4. Hesychius simpliciter Σπάκα, κύνα. Hodie tamen, elisa litera P, سك, *Sek*, *canem* notat. Tanaquillus Faber *in not. ad Justinum*, ait se Persicae linguae gnaros interrogasse, an Spacos hodie Canem apud Persas significaret, & responsum tulisse, quod non. Mox addit: *Hoc scio, canem apud Hyrcanos, qui sub ditione Persarum sunt, nunc quoque dici Spac: Hoc didici ex libris seu relationibus Wikfortii.* Ego vero non scio vel apud Hyrcanos vel aliam gentem sub Imperio Persarum canem *Spac* dici, & ipse super hoc vocabulo Persas consului, sed Russos quosdam canem *Sopâk* appellare didici, qui cum imperio Persico contermini & Scytharum progenies sint, forte antiquis temporibus eam vocem cum Medis communicarunt.

SURENA.

CXL. Hoc nomine ille, qui potestatis secundae post Regem Persarum est, appellatur. Ita Ammianus, *l.* 30. Placet etymologia Cl. viri, Stephani Morini in *lib. de Linguis cap.* 12. *pag.* 128. a سر *Sar*, Persice, *Dux*, *Princeps* eam vocem ducentis. Cui affine est Hebraicum שר & Philistaeum סרנים 1 *Sam.* 6.8. & Anglicum *Sir*. CXL. *Surena.*

SUSA.

CXLI. Susa. CXLI. A frequentia liliorum quae in i
lo tractu proveniunt (Ἀπὸ τῶν Περιφυκότων
κρίνων· Σοῦσα γὰρ τὰ λείρια λέγεται quemad
modum scribit auctor Etymologici magni: ve
διὰ τὸ τοῦ τόπου ἀνθηρὸν, uti Eustath. *ad Di*
nys. perieg. v. 1074 ἀπὸ τῶν κρίνων, ἃ πολλὰ [illegible]
τῇ χώρᾳ πεφύκει ἐκείνῃ, uti Steph. *de urb.* v
de & Athenaeum, *l.* XII. *c.* 3.) ita appellatar
esse hanc Urbem Persiae primariam tradunt au
ctores. سوسن *Sausan* certe *Lilium* Persis no
tat. Unde Hebraei שושן scribentes *Esth.* [illegible]
2. melius exprimunt vocem Persicam, quar
Graeci Σοῦσα, & Latini *Susa* in plurali (quamvi
& Apulejus in singulari numero) utrique ab
jecto N, scribentes. At ingens harum litera
rum decus Cl. Hyde mavult Graecam & Lati
nam scriptionem sequi, & vocem Susa de
ducere a سوس *Sous*, *Glycyrrhisa*, quae i
vicina regione abunde provenit. Atque it
deceptos existimat Veteres, qui *Susa* Liliun
significare Persis scripserunt. Nam & Abul
feda & alii سوس *Sous* eam urbem appel
lant.

TA

TABALA.

CXLII. Parthi ſic appellant inſtrumen- §. CXLII. *Tabala.*
tum Muſicum, quo in bello utuntur loco tubae. Heſychius Τάβαλα ὑπὸ Πάρθων οὕτω καλεῖται ὄργανον κλιβάνῳ ἐμφερὲς, ᾧ χρῶνται ἐν τοῖς πολέμοις ἀντὶ σάλπιγγος. De quibus ita Salmaſius *in Exercit. Plin. pag.* 717. *Tabala Parthi olim vocabant tympana aenea ad formam clibani facta, quibus in bellis utebantur. Hodie quoque* atabala *dicuntur & Mauris uſitatum cum re vocabulum.* Perſis ea vox hodieque in uſu eſt pro tympano طبل *Tabl.*

TANCHOUROS.

CXLIII. Legitur ea vox in Doſiadae §. CXLIII *Tanchouros.*
Ara 1.

'Ες γὰρ βωμὸν ὁρῇς με μήτε ταγχούρου
Πλίνθοις, μήτ' Ἀλύβης παγέντα βώλοις.

Ad quae Scholiaſtes obſervat vocem eſſe Perſicam & aurum notare. Ταγχοῦρος, inquit, ὁ χρυσὸς ἡ λέξις Περσική. Communicavit mecum hunc locum, quem in editis fruſtra quaeras, Paauwius noſter: qui & ad oram Codicis Voſſiani notatum μήτε Γάγγου mihi indicavit. Certe Perſicum non eſt Ταγχοῦρος, nec aurum ſignificat. Si ipſa vox retinenda eſt,

(quod vix patitur metrum, eſt enim verſus Phalaecius) putarem eſſe nomen proprium loci ex collatione ſequentium, uti *βῶλοι Ἀλύβης*, glebae Alybes, id eſt, argenteae, ſic quoque dictum *πλίνθους Ταγχούρου*, vel *Τάγχρου* (ut metro conveniat) *lateres Tanchri.* Vel an legendum *ἀγχαύρου* pro Aurora, ſic ut ſignificet lateres ex Oriente petitos, uti Orientales Aurorae populi dicuntur. Certe talis phraſis in ſcripto *σκοτεινῷ* & *δυσνοήτῳ* facile locum invenire potuit. Si vero *ἀγχουρος* aurum apud Graecos dictum fuerit, uti conjicit *ὁ πάνυ* Salmaſius in *Notis ſuis ad hanc Aram*, nulla difficultas ſupereſt, omneſque aliae conjecturae concidunt: ſolummodo metrum repugnat: niſi quis negare velit hunc verſum eſſe perfecte Phalaecium; cum Poëtae in hujuſmodi *παιγνίοις* non ſoleant ordinariam metrorum rationem ſequi. Vel denique, num legi poſſet *Λαύρου*; *Λαύρος Ἀργύρου μέταλλον, παρὰ Ἀθηναίοις*. Heſychius: ex Thucydide, ut videtur, qui haec habet, *lib.* II. *Μέχρι Λαυρίου ὄρους, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίοις*. Suidas *Λαύρειον, τόπος Ἀττικὸς ποιῶν μέταλλα.*

TAOS

TAOS.

CXLIV. Pavo, Avis Medica. Suidas. Μηδικὸς ὄρνις· ὁ Ταὼς. Non tantum ob ſuperbiae imaginem & faſtum quem praeferre videtur, ſed originem; quum e Media primum advecti ſint Pavones. Vide quae nos de eo *diſſert.* VI. in voce *Taos.* Nam & Indis dixerunt piſces pavones ταὼς dictos, eſſe Photius *in Bibliotheca*, & Philoſtratus *in vita Apollonii*, *lib.* III. *cap.* I. Heſychius hanc vocem, quum pro animali uſurpatur, ſcribendam eſſe Ταῶς obſervat. Graeci ſimiliter in multis aliis vocibus ſpiritum medium notabant, docente Caſaubono ad Athenaeum, *l.* IX. *c.* 12. §. CXLIV. *Taos.*

TAPETE.

CXLV. Et ipſa Perſica vox eſt, quae ad Graecos, deinde Latinos, Hebraeos, Gallos, Anglos, Belgas aliaſque gentes dimanavit, ut jam obſervavit, Vir Graecarum literarum peritiſſimus, Henricus Stephanus in eleganti Libello *de Latinitate falſo ſuſpecta p.* 330. Graeci quidem Τάπης dicunt, δάπης, & τάπις, ut patet ex Heſychio. Τάπης tamen vulgarius eſt. Τάπητες tempore Imperatoris Commodi, quo ſcripſit Julius Pollux, vocabantur ϛρώματα §. CXLV. *Tapete.*

quae ab una parte villoſa erant, quae ab ut
que, ἀμφιτάπητες. Ita & Etymologus noſ
ineditus. Τάπητες καὶ ἀμφιτάπητες διαφέ
Τάπητες μὲν οὖν εἰσιν οἱ ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους μαλ
ἔχοντες, ἀμφιτάπητες δὲ οἱ ἐξ ἀμφοτέρων τ
μέρων. *Tapete* genere neutro dicunt Lat.
& *tapetia*, ut Feſtus habet *de verb. ſign*
Nonius Marcellus ad *h.* v. & Serv. ad hunc ve
ſum Virgilii, *Aeneid.* VII. 277.

Inſtratos oſtro alipedes, pictiſque tapetis.

Dicuntur etiam *Tapetes* ad formam Graecan
& *Tapeta* ut obſervat Iſidorus *Orig. l.* XIX.
25. addens *Sipla*, *Tapeta ex una parte villoſ*
quaſi ſimpla, *Amphitaba* (alii *Amphitapa*, v
Amphitapae; utrumque enim apud Veter
legitur) *ex utraque parte villoſa tapeta.* In ver
Lucilii, quem citat Iſidorus, male legi *amphitab*
monuerunt Eruditi. Confer tamen, quae n
ſupra *pag.* 39. Sed quis non rideat etymologian
quam ibidem Iſidorus huic voci aſſignat? *Ta*
peta dicta quod pedibus primum ſternerentur, qua
tapedia. Fateor tapetia olim a Perſis adhi
bita ut pedibus ſubjicerentur (id me docu
Plutarchus in Artoxerxe) verum rectius cun
Feſto illud Latinum ex Graeco deſumtum eſſ
credimus, & propterea originem illius voci
male in ſermone Latino quaeri. Unde alii τά
πης dici quaſi πάτης dixerunt a Graeco πατεῖ
σθαι quod pedibus calcaretur, vel a ταπεῖσθαι

Eu-

Euſtathius ad *Iliad.* Ω, *pag.* 1479 ἡ πολλὴ ἐτυμολογία ἐκ τοῦ πατεῖσθαι αὐτὰ παράγει .... καὶ ἀρέσκει ἐνταῦθα ἡ ἐκ τοῦ πατεῖν ἐτυμολογία. Κρεῖττον δὲ ἡ ἐκ τοῦ θάλπω εἰπεῖν κατὰ τοὺς παλαιοὺς θάλπης, καὶ μεταθέσει ἰωνικῇ καὶ ἐκβολῇ τοῦ λ, τάπης, ἢ ἐκ τοῦ ταφῶν, ὁ ἐκπλαγείς, τάφης καὶ τάπης ὁ τὸν ὁρῶντα ἐκπλήττων. Quidam & ab Chaldaico דף *tabula*, ut Martinius Martini in *Cadmophoenice* & *Lexico*. Verum ipſi Chaldaei ut & Hebraei Tapetum non ſcribunt per ד ſed ת vel ט, תפית vel טפיטא, & res ipſa una cum nomine Perſice ſuam debet originem. Ex Oriente enim prima tapetia, periſtromata acu picta, texta, conſuta, ut Plautus vocat, aliaque Europae illata eſſe ipſi faſſi ſunt Romani. Hinc *Babylon nomen iis rebus impoſuit*, dicente Plinio in *Hiſt. Nat.* VII. 48. & in iis Indica animalia (Indiæ nomine ſaepe Perſiam intelligebant, quod alibi demonſtravimus) picta eſſe Claudianus, Apulejus, aliique notarunt. Itaque hiſce non immorabor diutius. Hodieque apud Perſas طبه, *Taba*, *tapetum* notat peculiariter tale, quod *brevibus villis* conſtat, & tonſis, unde *tonſiles tapetes* appoſite dicti ſunt a Mattio in Mimiambis, ſcriptore ſaeculi Auguſtaei,

Jam tonſiles tapetes ebrii fuco
Quos concha purpura imbuens venenavit.

Id Graeca terminatione τάπης eſt, β in π, mu-

mutato, quae mutatio tam ordinaria est, & nota, ut hoc non putem fuse mihi esse probandum. Adeoque illud *Amphitaba* Isidori proxime exprimit vocem Persicam, quamvis non ignorem ab aliis inter Latinos & Graecos amphitapa & ἀμφιτάπης scribi consuevisse.

TATURAS.

§. CXLVI. *Taturas.* CXLVI. Phasianus ita appellatur, testibus Artemidoro, Aristophanio, & Pamphilo Alexandrino apud Athenaeum *l.* IX. Δειπνοσ. *c.* XI. sic & Hesychius. Est autem Ταπύρας vox Persica تذور *Tadsour*; quod video jam observasse Cl. Bochartum in Hieroz. *part.* II. & Golium in *Lexico Persico*. At est & *Tatura* تاتورة nomen proprium avis Persicae. Vide Golium in Lexico Arabico.

TIARA.

§. CXLVII *Tiara.* CXLVII. Tegmen capitis apud Persas veteres, Pileus acuminatus, πίλημα πυργωτὸν uti Strabo scribit: de quo fuse Cl. Brissonius *de regno Pers. pag.* 245. Nihil notius, at nil ignotius vocis hujus origine. Hodie enim تاج, *Tazj*, *tiaram* notat. Illustris Scaliger a تار *Târ*, quod apicem rei cujusque & summitatem notat, eam credit ducendam. Ego olim

olim conjeci a تير *Tir*, *ſagitta*, ob figuram tiarae ſagittiformem, ſive acuminatam, & frequentibus nonnunquam apicibus diſtinctam, (omnes enim tiarae in acutum deſinebant) poſſe derivari. Et necdum aliquid mihi ſe offert, quod propius vero exiſtimem. Mirum videri poſſet etiam Phrygas tiara uſos fuiſſe, niſi Armeni a Phrygibus orti dicerentur. Vide Euſtathium in Dionyſ. Περιηγ. & Stephanum. *v.* Ἀρμενία.

T I E R E.

CXLVIII. *Acutum* notat Perſice. Heſychius. Τιήρη, τὸ ὀξύ. Πέρσαι. Videtur eſſe vox تير *Sagitta.* Confer modo dicta ad v. *Tigris.* §. CXLVIII *Tiere.*

T I G R I S.

CXLIX. *Sagitta* Perſice, & nomen maximi fluvii, a celeritate curſus ita dicti. Euſtathius *ad Dionyſii* περιήγ. *v.* 984. Τίγρις καλεῖται ἤγουν ταχὺς ὡς βέλος. Μῆδοι γὰρ Τίγριν καλοῦσι τὸ τόξευμα· οὕτω δὲ καὶ Ἄκις ποταμὸς Σικελικὸς παρὰ Θεοκρίτῳ, διότι, φασίν, ἀκίδι τὸ τάχος τοῦ ῥεύματος ἐκείνου ἔοικε. Simili ratione Mercurium Perſae تير, *Tir*, *ſagittam* vocant, ob velocem motum. Et hunc §. CXLIX. *Tigris.*

ipſum fluvium Tigrim تيرو *arcum* vocant ob curvaturam ſuam. Quam eleganter tum *arcus* tum *ſagittae* notionem in ejuſdem fluminis appellatione conjungunt ratione diverſarum rerum, quae illi conveniunt. Confer, quae nos *Diſſ.* 1. *p.* 44.

TORCIM.

§. CL. *Torcim.* CL. Regem Perſice ſignificat, ſi fides Joanni Antiocheno Malalae in Chron. *pag.* 351. Περσιϛὶ Τορκὶμ βασιλεὺς ἑρμηνεύεται. Quod me ignorare fateor. Nec eſt, quod multum ei fidamus in Perſicis, quum in Latinis tam enormiter peccet, uti in praefatione Editoris videre eſt.

TOURMA.

§. CLI. *Tourma.* CLI. Τȣρμά. Ita menſem Decembrem veteribus Perſis dictum tradidit ex MS. Codice Burtonus in λειψ. Ling. Perſ. Hodieque تير ماه *Tir mah*, id eſt, *menſis Tir* Perſis dicitur, unde Τὶρ μὰ ſcribendum. Τυρμὰ tamen etiam Iſaacius Monachus ſcribit Perſis hunc menſem appellari.

TURIS.

TURIS.

CLII. Vestis genus apud Persas. Hesychius. Τύρις ὁ Περσικὸς χιτών, ἢ ποταμὸς ἐκδιδοὺς εἰς τὸν Βορυσθένη. Sed, quandoquidem & vestium formas & nomina tot saeculorum decursu mutata esse probabile est, non nisi incertis conjecturis est locus. Forte hanc vocem hausit Hesychius ex Polluce, *lib.* VII. *cap.* 13. ubi pro κάπυρις, in quibusdam codicibus Τύρις legebatur. Sed pro κάπυρις illi καὶ τύρις substituerunt. Unde tota haec vox τύρις ficta esse mihi videtur. Quod additur de fluvio hujus nominis qui se in Borysthenem effundat, non capio. Tyras, Τύρας uti Ptolomaeus, Τύρης, ut Herodotus, *Tyra*, ut Plinius scribunt, nomen fluvii est in vicinia Borysthenis, at cujus ostium ab ostio Borysthenis intervallo 15 milliarium Germanicorum abest. In Borysthenem quidem se varii fluvii exonerant numero circiter triginta: at non novi ullum eorum *Turim* vel olim vel hodie appellatum. §. CLII. *Turis.*

TYCTA.

CLIII. Τυκτά. Ita coena quaedam Regis Persarum Persice dicebatur teste Athenaeo Deipno- §. CLIII. *Tycta.*

Deipnoſoph. *lib.* IV. *c.* 6. & Herodoto *lib.* 9. Erat autem, ut ibidem docemur, ea coena in memoriam regiae inaugurationis inſtituta & ſingulis annis eo die (τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐγένετο βασιλεὺς) celebrabatur. Significat autem coenae nomen τυκτὰ idem quod Graece τέλειον. Vulgo illud τέλειον redditur *perfectum* & ſine dubio haec vocis ſignificatio ſimplex eſt & notiſſima. At puto coenam τέλειον hoc loco notare poſſe feſtum *inaugurationis regiae*, quandoquidem in memoriam ejus rei quotannis parabatur & vox τέλειος eum ſenſum pati videtur. Vide aliqua huc facientia in Theſauro Linguae Graecae H. Stephani ad vocem τέλειος & τελέω. Perſice haec vox تخت *Tact*, & uti Perſae ac Malaei pronunciant, maxime alio ſubſtantivo praecedente a quo regitur, *Tacte*, *Thronum Regium* notat, atque ita *Coena Tacte*, δεῖπνον τυκτὰ, erit Coena ἐνθρονισμοῦ, in memoriam collocati in ſolio Regis Perſici. Quod pro *Tacte*, *Tucte* legatur, vel librariis poteſt adſcribi, vel Perſis ipſis qui in pronunciatione vocum frequenter Fatha ut Damma, id eſt, A ut V, vel O pronunciant, uti jam a Cl. Hyde fuit obſervatum, *in Hiſt. relig. Perſar. p.* 263. Sic زردشت *Zerdaſt*, & *Zerduſt*, آدر *Ader* & *Adur*, روشني *Roushni* & *Raſchni* ſonant, & mox τουρμαὶ pro ἱερμαί. Coenam illam propterea Herodotus

dotus & Heraclides Cumanus, citatus Athenaeo *l.* 4. 6. singulari emphasi *Regiam* βασιλήϊον δεῖπνον & δεῖπνον, βασιλέως καλούμενον dictam memorant, non quod a Rege celebraretur, tales enim erant omnes coenae totius anni, sed quod in memoriam creati Regis esset instituta. Ita idem dies ἡμέρα βασιλέως, יום המלך *dies Regis* dicitur Hebraeis, uti Athenaeus eam *Coenam Regis* appellat. *Hos.* 7. 5. יום מלכנו, *diem Regis nostri*, Chaldaeus transfert יומא דמניאו עליהון מלכהון *diem quo constituerunt super se Regem suum*, nec aliter Raschi, Kimchi, & Aben Ezra intellexerunt. Tale festum fuere τὰ γενέσια Herodis *Matth.* 14. 6. quod non pro die natali, sed die Regiae inaugurationis accipiendum esse recte monuit Cl. Heinsius. Ita enim voce γενεσίων eo tempore utebantur, licet studiosi puritatis linguae Graecae γενέθλια non γενέσια dicendum autumarent. Ita Phrynichus, qui sub Commodo vixit, *in* Γενέσια. Lubet ex Codice Misnico, *Avoda Zara*, *cap.* 1. *misn.* 3. hoc firmare, ubi manifesto γενέσια a die natali distinguuntur. אלו אידיהן של ע״א קלנדא וסטרנורא וקרטסים ויום גנוס״א של מלכים ויום הלידה ויום המיתה *Haec sunt festa idololatrarum, Kalendae, Saturnalia, Quadragesimae* (ita vertendum suspicor, quum κρατησιμαχος longius videatur petitum,

titum, licet Judaei hoc malint) *& dies γενεσίων Regum, & dies natalis & dies obitus eorum.* Summo itaque jure Cl. Peringerus גנוסיא vertit, *diem Inaugurationis.* Et profecto illa quae de more Coenae hujus Regiae Herodotus refert conveniunt cum eo, quem in Coena hac Herodiana obſervatum legimus, ſc. Herodem juraſſe ſe filiae daturum quodcunque ab ipſo poſtularet, & datum ei, licet Herode invito, caput Joannis. Ita Herodotus nefas eſſe ſcribit, eo tempore oranti quidpiam denegare (ἀτυχῆσαι τὸν χρήζοντα οὐ σφι δυνατόν ἐστὶ βασιληΐου δείπνου προκειμένου) & Xerxem invitum licet annuiſſe uxori petenti ut ſibi uxor Maſiſtis donaretur. Quis non videt veſtigia hujus ritus Perſici in facto Herodis? Antequam huic vocabulo valedicam lubet emendare ex Herodoto Alexandrum ab Alexandro *lib.* IV. *cap.* 20. *Genial. dier.* ita ſcribentem. *Xerxes vero diem, qua rex dictus fuit* (non natalem ſuum, ut alii eum locum Herodoti interpretantur) *tanquam imperii natalem, ſingulis annis inſignem celebravit, qua diademate ornatus gaudio delibutus coenam proceribus dabat, cui* Titan *dixere nomen.* Reſcribe *Tuctan* pro *Titan.* Scaliger: τύκτα Perſis θρόνος. *Animadv. ad Euſeb. pag.* 260.

XER-

XERXES.

CLIV. Nomen Monarchae illius Persici celeberrimi in Scriptis Graecorum. Quod vulgo Ξέρξης *Xerxes* scribitur, quamvis & in veteribus membranis offenderim *Serxem* & *Xersem*, uti apud Lucanum *l.* II. *v.* 672. §. CLIV. *Xerxes.*

—— *tumidum super aequora Xersem*
Construxisse, vias ——

Et, ut quod verum est, fateamur, vox Persica id patitur: quandoquidem ش Persarum & ש Hebraeorum per *S* saepissime, non *Sch* vel *X*, Graeci reddiderunt. Sic Sampsera a شمشير *Xamsch* vel *Schamschir*. Herodotus scribit *lib.* VI. ξέρξην Persis significare virum Martium, bellatorem, ἀρήιον. Ita quidem est, si ad genium populorum Orientalium paulum attendamus. Persice hoc nomen scribitur شير شاه *Xir Xa*, uti Artaxerxes اردشير شاه *Ardxir xa* vel *Ardshir scha*, ut alii malunt τὸ ش exprimere. شير *Xir* una vox (nam meo judicio Xerxes nomen e duobus vocabulis conflatum est, & aliquando *Xa* vel *Xes* omitti solet, uti quum Agathiae Rex Persarum Ἀρταξήρης dicitur, id est اردشير *Ardeschir*, sine voce شاه, sive *Xa*, quam tamen alii vulgo addiderunt, scribentes *Artaxerxes*, id est, اردشير شاه *Ardeschir xa.*)

notat

notat *Lac* (at hanc significationem rejicio quum plane non conveniat cum ἀρήϊος, nec titulus rege Persarum dignus sit) & *Leonem*. شاه *Xa*, vox altera, *Regem* sonat. Unde puto, *Xirxa*, idem esse quod *Leo Rex*. Atqui *Leo*, dicet aliquis, an idem est cum ἀρήϊος; Ita sane. Amant enim Orientales populi reges bellicosos *Leones* dicere; uti astutos, *vulpes*, timidos *lepores*, &c. Ita Pharisaei *progenies serpentum*, Herodes *vulpes*, & ipse Christus Leo e Juda. Et apud profanos Caligula Silanum *ovem* appellavit. *Dion. l.* 59. Timon Cleanthem *arietem*. *Laert. l.* 7. vulgus, teste Apulejo, *in Metam.* decurionem quendam prae morum acritudine Scorpionem. Q. Fabius Maximus ob morum mansuetudinem dictus est Ovicula teste Plutarcho, in ejus vita. Ita ارسلان id est, *Leo*, dictus etiam fuit Imperator tertius decimus ex Dynastia Selzjukidarum, & alii. Nuperus Rex nobilissimae Insulae Selan appellabatur راج سينغ *Rasja singa*, id est, *Rex Leo*, Singalaeis & Malacis; quod ipsum *Xerxes* exprimit. Et quis nescit apud Graecos & Romanos olim plurimos nomine Leonis, Leontis & Leontidae claruisse? Ex *Xirxa* autem quam facilis sit progressus ad Xerxes, qui libet perspicit, cum pro *a*, *es*, terminationem usitatam Graeci substituerunt, (quod & Ill. Scaliger *lib.* 6. *de emend. temp.*
pag.

ag. 549. odoratus eſt, ſcribens *Artaxerxes* *Tiridates*, &c. Perſice in *a*, non *es* terminari; quod & ſine neceſſitate feciſſe Graecos robabile, quum Herodotus ſcribat Perſas pluima vocabula Perſica in S, ſive Σὰν Dorum, ut Sigma Jonum terminari *lib.* 1. *cap.* 139) : pro *Xir*, *Xer*, mutato I in E. Ipſe Plato n Cratylo teſtatur vetuſtiores Atticos I nunc in H nunc in E mutaſſe, ita ut quae prius ἱμέρα icta ſit, poſterioribus ἑμέρα & ἡμέρα fuerit ronunciata. Atque eaedem Graecae voces nodo per I modo per E vel H leguntur. Sic ριδας Attice vocari τὰς ἐν ἔρανῳ ἴριδας teſtis eſt Heſychius. Ita ὑψιρεφὴς & ὑψηρεφὴς, Ωκίναρος & Ὠκήναρος, κινσὸς & κῆνσος. Adde Graece σκηπίωνα dici, quod Latine *Scipio*, ψήτταν, quod *Pſitta*, &c. Quo & facit Euſtathius ſcribens ει & η fere ejuſdem pronunciationis eſſe, ad *Odyſſ.* λ. Νειλεὺς φωνῆς μὲν κοινωνεῖ τῷ Νηλεῖ, γραφῆς δ' ὄ. Sic Βρετάνια, : Britannia, Ἔδρης pro Idris, Γέων pro Gihon luvio&, in Inſcriptione apud Reineſ. *Epiſt.* 44.

Γορδηανυς Γαλλης Νυνκηυς.

pro

Gordianus Galliae Nuncius.

Jbi pro I ſubſtituitur E vel H. Erit itaque *Xerxes* idem quod *Xirxa*, *Rex Leo*. Quid autem convenientius nomen Regi, quem fortiſſimum eſſe oportebat, quam Leonis? Leo-

nis certe imagine ipsi ad latus adposita conspi-
ciebatur olim in Mausoleo suo Rex antiquissi-
mus Aegyptiorum Osymanduas, qui cum for-
tissimus esset, suarum virtutum encomium fe-
cisse & hoc symbolo animi sui habitum signifi-
casse multis visus est, uti refert Diodorus Si-
culus, *Histor. l.* 1. *c.* 48.

ZARBA.

§. CLV. *Zarba.*

CLV. Psaltriae, sive mulieres μουσουργοὶ, quae in conviviis & consortiis ludentes instrumentis Musicis, alios ad hilaritatem excitabant & barbarae existentes nomine linguae ipsis vernaculae *Zarba* appellabantur. Suidas, & ex eo Phavorinus. Μουσουργοί. Ψαλτρίαι. Αἱ δὲ μουσουργοὶ βάρβαροι ἦσαν γυναῖκες. Ὄνομα αὐταῖς ἐπιχώριον ζάρβα. Vir clarissimus, Josua Barnes, in *Notis ad Euripidem* quibus egregie hunc scriptorem ornavit, *part.* 2. *pag.* 342. in Suida legit Βαρζαί pro ζάρβα. Harum tantum numerum habebat Arbazacius, (natione Armenius) ut nec ipse nec domestici eundem scirent, teste eodem Suida ibidem & in voce Ἀρβαζάκιος. Persis & Arabibus طارب *Taraba* dicitur de eo qui prae laetitia exultat; & اطرب *Atraba, exhilaravit alium*, & ab ea voce مطربة est faemina, quae citharae aut similis instrumenti cantu ad tripudia alios movet. Non du-

dubito quin hinc *Tarba* vel *Zarba* factum ſit. Affines voces ſunt, quibus vulgo iſtiuſmodi Pſaltriae hodie appellantur, زمارة *Zamara*, & زمخارة *Zamchara*.

Z A R E T I S.

CLVI. *Diana* Perſice. Heſychius Ζαρῆτις, ἄρτεμις. Πέρσαι. Arabibus Venus زهرة *Zachrat* dicitur, & Coptis ⲥⲟⲩⲣⲟⲧ. Vulgo tamen Perſae ناهيد ἀναῖτιν Venerem vocant. Vide Lector, an non ἄζαρα ſit idem cum *Zahra*, Veneris nomine Perſico, apud Strabonem *l.* 16. ubi Parthum ſcribit diripuiſſe Templum τῆς Ἀρτέμιδος τὰ Ἀζαρά. An legendum τῆς; Alias ἀζαρᾶ erit אשרה, lucus, ἄλσος, quod nomen etiam datur Templis luco carentibus teſte Strabone *l.* 9. Confer quae nos ſupra *p.* 121. de Diana & Venere Perſica. §. CLVI. *Zaretis.*

Z A R O U A M.

CLVII. Ζαρουάμ. Ita Oromaſdis & Satanae patrem a Perſis appellatum tradit Theodorus Mopsveſtenus in *lib.* de Magia Perſica Photio citatus Cod. 81. Vir Doctiſſimus G. Gaulminus in not. ad Pſellum de Daemonibus *pag.* 110. hanc vocem eſſe Arabicam زراح *Zarahou* (lege زراع) *Satorem*, ἀρχηγὸν πάν- §. CLVII. *Zarouam.*

τῶν existimat. Ego malo vocabulis Persicis Persicas dare origines. Vir de his literis optime meritus & magnum Philologiae Orientalis ornamentum, Thomas Hyde *in lib.* I. *cap.* 2. *de relig. veterum Persarum*, existimat Ζαρȣὰμ natum ex nomine زریوان *Zarivan*, quo Abrahamum Patriarcham intellexerunt veteres Persae, quasi *divitem opum* dicerent.

ZEUS.

§. CLVIII. *Zeus.* CLVIII. Nomen Jovis apud Graecos Ζεὺς esse Persicum زرواس *Zivas* (ita Jovem Persae appellant) monuit in Lexico Persico Cl. Golius.

ZICH.

§. CLIX. *Zich.* CLIX. Nomen maximae dignitatis apud Persas teste Menandro Protectore. Est شیخ *Scheich*, Princeps, Dux, Antistes.

ZOROASTRES.

§. CLX. *Zoroastres.* CLX. Addo & hoc nomen, licet proprium, & cujus significationem Veteres non tradiderunt, ut veram scriptionem ejus exhibeam, quae زرداشت *Zerdascht* est, (ad quod Ζαράδης

ῥάδης proxime accedit, quo nomine eum appellat Theodoretus *sermone 9. ad Graecos*) quamvis & زرادشت *Zaradusht* & زرادهشت *Zaradhust* & adhuc aliis modis scribatur, quos accuratissime lectori suo exhibuit *in Histor. relig. Pers. pag.* 300. harum literarum ingens decus & magno Linguarum Orientalium damno nuper orbi ereptus ac mihi, Thomas Hyde, ad cujus Manes hoc προσφώνημα mihi animus saepe suggerit,

Ergone Te vidi tantum, nec avara Relando
Tempus amicitiae fata dedere Tuae!

Dubium ille se haerere fatetur in etymologia Zoroastris exhibenda, quae certe res est intricatissima. Cl. Bochartus *l.* IV. *Phaleg. c.* I. illud transfert per Astrorum contemplatorem ἀστροθεάτην, ex Hebraeo שור *contemplari*, & *Ester*, *stellá*. At, ut verum fatear, talia μιξοβάρβαρα non amo, & vocis caput in Judaea natum esse, & caudam in Persia, difficulter admitto. Adde quod haec etymologia verae scriptioni hujus vocabuli, quam supra exhibuimus, nulla ratione possit applicari. Cl. Scaligeri opinionem, scribentis Zoroastrem esse זרו־אסתר, & notare ἀστροθύτην, refutavit modo laudatus Cl. Hyde *l. c. p.* 307. Ab hoc Zoroastre multi inter Scriptores Graecos & Romanos arcessunt originem Magorum, qui inter Persas, Parthos, Bactrios, Chorasmios, Arios, Sa-

cas, & Medos multoſque alios, teſte Luciano, late erant diſperſi: quo nomine (مغ *Mog*) hodie deſignantur omnes *igni colae*, id eſt, veteri Perſarum religioni addicti, uti quibuſdam placet, uti aliis vero, illorum ignicolarum *Sacerdotes*. Sed Cl. Hyde in Eximio volumine *de relig. Vet. Perſ. Magos*, مغان, nomen antiquiſſimi ordinis Sacerdotii Perſici fuiſſe ante Zoroaſtrem (quem *pag.* 495. magicae religionis reformatorem vocat) exiſtimat, *pag.* 364. 367. Sic ut proprie Magi *Sacerdotes* fuerint: quamvis etiam, quia plerumque ſcientia rerum naturalium ſe inſtruebant, ut majoris apud vulgus eſſent auctoritatis, *Philoſophi* ſint habiti: unde uti apud alios, ita & apud Clementem Alexandrinum *Stromatum l.* 1. *p.* 223. cum iis junguntur aliarum gentium Philoſophi, Indorum Gymnoſophiſtae & Brachmanes, Chaldaei Aſſyriorum, Samanaei Bactrorum (Σαμαναῖοι Βάκτρων. Erant ſecta quaedam inter gentes Indicas, quae & metempſychoſin credit, & hodieque سمنية *Somania* appellatur) Gallorum Druidae, &c.

IX. DIS-

IX.

DISSERTATIO

DE

PERSICIS

VOCABULIS

TALMUDIS.



IX.

DISSERTATIO
DE
PERSICIS
VOCABULIS
TALMUDIS.



Uum primum linguas Orientales & antiquitates sacras in hac Academia docere aggressus sum, orationem habui pro lingua Persica, ejusque usum non solum in illustratione Sacri Codicis, sed Scriptorum Graecorum & Latinorum, ipsiusque Talmudis, quantum temporis ratio ferebat, indicavi. Proxima dissertatio, ut opinor, pluribus argumen- * *Ratio Instituti.*

tis docuit non frustra a me dictum fuisse, Graecos & Latinos scriptores magnam lucem a sermone Persico accipere, & hujus præsidio multa in iis depravata restitui posse. Nunc ex Talmude excerpta quaedam vocabula ordine Alphabetico producam, quae aut Persica sunt aut luculenter ex lingua Persica illustrantur. Nec tamen religiose adeo Talmudi adhaerebimus, ut non aliquando ad libros circa eadem vel antiquiora tempora conscriptos transiliamus; nec illa, quae Persica esse dicimus, ita intellecta volumus, ac si nulli populo praeter Persas essent usitata, quum saepissime eadem sint Arabica, & illa sit harum linguarum affinitas, ut difficulter in ejusmodi argumento, quale hoc est, evitari illud queat; sic ut plura Arabica hisce irrepserint; nulla tamen, quod sciam, nisi Persis, vel plus vel minus, usitata. Quamvis autem sat magnum vocum numerum haec series exhibeat, cave credas omnia Persica, quae Talmude comprehenduntur, a nobis esse exhausta. Multa enim sunt quae aeque apud Danielem & Ezram ac in Talmude leguntur & consulto a nobis praeterita, ut inter illa Persica, quae ex Daniele & Ezra collegimus, locum inveniant. Plurima quoque supersunt, quae diligentiam aliorum exercere poterunt, quibus ut nos viam faceremus, aliqua saltem a nobis collecta & adnotata exhibuimus. Nec est,

quod

quod quis miretur tot Persica sermoni Judaeorum permixta fuisse, quum illi saepe diuque Persarum imperio subjecti victorum linguas addiscere & potuerint & debuerint: & sermonis Hebraei usum & puritatem amittentes coacti fuerint, ut has & illas res clarius exprimerent, peregrinas voces Graecas, Latinas, Arabicas, atque ita & Persicas (licet ex sermone Hebraeo primum ortas, quam originem lapsus temporum occultavit) adsciscere. Multas ex hisce jam notarunt Persicas esse R. Nathan in Lexico quod ערוך *Aruch* appellavit, & alii inter Judaeos, in glossis ad Talmud, aliosque libros antiquissimos: multas tamen praetermiserunt, de quarum significatione & origine ipsi inter se non conveniunt, uti specimina edocebunt.

אביסנא

Pondus, gravitas. Idem Persis est, وزن וסן, unde haec vox, praeposito א, quod sexcenties absque necessitate fecerunt Chaldaei, & ו in ב, literam ejusdem organi, mutato, videtur esse nata. §. I.

אברוגני

Lingua Persica notat שלוחים *Legatos*, uti videre est in *Aruch*. Scribitur & אברגני & ali- §. II.

aliter : adeo incerta eſt hujus vocis ſcriptio. Perſica lingua facem praeferet Judaeis in caligine oberrantibus. پروانك Parwanak, nuncium Perſis ſignificat. Praepone א, quod ſaepe in vocibus barbaris Chaldaei fecerunt, & videbis verae proximam eſſe ſcriptionem אברונגי. Firmat hanc etymologiam meam, quod & פרונקא pro *nuncio* in Talmude occurrat, quae ipſiſſima vox Perſica eſt. Sic, quum nonnullis in locis eadem vox corrupta legeretur, in aliis integra, duas inde voces Rabbini cuderunt.

אברורין

§. III. *Pondera*. Legitur in *Gemara*, *Bava Bathra*, *fol.* 24. qui locus laudatur ab R. Nathane in Lexico, quod *Aruch* appellavit. Si Perſicum ſit, ut quidam volunt, videtur convenire cum notiſſima voce بار *Bâr*, quae *onus* quodvis & *pondus* notat.

אברושך

§. IV. Edulii genus quod ex farina, melle & oleo conſtat, & quo veſci dicuntur Perſae. Vide loca e Talmude citata in Aruch ad hanc vocem, & vocabulum חביץ. Perſice ابراز *Abraz* notat illa quae cibo immiſceri ſolent, vel ſpeciatim *aromata*, ut & *olera*. Vox affinis ابر *Eber*,

ber, *conditum* ſignificat. An haec aliquid ad ocabulum אברושך conferant, Tu, Lector, rbitraberis. Vide & ſupra ad vocem Ἀβυρτάκη, *pag.* 104.

אברזא

§. V. *Pannum*, *corium* & operculum ex iis paratum aliquando notat in Talmude. Videtur eſſe Perſicum برسه *Bertſa*, praepoſito א. Hoc nomine *pannum* deſignant Perſae. Confer Graecum βύρσα.

אברנים

§. VI. Carnes *crudae*, *non coctae vel aſſatae.* In Gem. Peſachim *fol.* 41. היכי דמי נא כדאמרי פרסאי אברנים *Cui ſimile eſt* נא? (quod *Exod.* 12. 9. legitur, & *crudum* transfertur) *ei quod Perſae appellant* אברנים. Atqui Perſae carnem *non coctam* ſuo ſermone dicunt نه بريان *Na borjan*, i. e. non aſſatum, vel coctum, crudum. Ni fallor, ſcribere voluerunt, aut ſcripſerunt Gemariſtae נאברנים, unius literae Nun adjectione; quod optimum ſenſum parit, & melius illuſtrat τὸ נא Biblicum, ſi Nun praeponas. Sc. quid eſt נא? *Non* coctum; quod Perſae نه بريان *Na borjan* dicunt. Quorſum enim niſi ob literarum convenientiam quandam lingua

gua Persica potius usi fuissent, ut *non coctum* significarent, quod aliis linguis notioribus & ipsa Hebraea fieri poterat? Caeterum τὸ א Biblicum videtur esse Arabicum نى *caro cruda*, quod a Cl. Bocharto & Spencero jam est observatum.

אגמא

§. VII. In Talmude invenio eo sensu, ut *Achaemeniam*, i.e. Persiam, عجم, notare videatur. Verba haec sunt in *Gemara Sanhedrin*, *cap*. 3. גופו מבבל וראשו מארץ ישראל ואבריו משאר ארצות עגביותיו א״ר אחא מאקרא דאגמא *Corpus* (Adami sc.) *petitum fuit e Babylonia, caput e terra Israelitica, reliqua ex ceteris terris. Pudenda vero ejus, ait R. Acha, sunt ex Akra* אגמא *Agmae*, i.e. ut conjicio, urbe dicta *Acra Achaemeniorum*, אגמא enim, عجم, *Persas* notat, ab eadem voce dictos a Latinis *Achaemenios*, a Graecis Ἀχαιμενίδας. Fuit autem ἄκρα quaedam urbs in Persia ultra Tigrim sita. R. Salomon in Glossa dicit אקרא דאגמא, quod & עקרא dicitur, locum profundum esse in Babylone; quod ex lingua Arabica hausit, in qua عقر *fundum* rei notat.

ורירא

אהורירא

Praefectus stabulo. Videtur legendum per ח, אחורירא: nam اخور אחור notat *stabulum* Persice, unde addita terminatione haec vox nata est. Vide infra vocem אקורפיטא, ubi scribitur אקור. §. VIII.

אווא

Anser. Vox Arabica est اوز, אוז, quae & وز וז, abjecto Elif pronunciatur: sed & Persae ea utuntur. §. IX.

אול

Initium. Est & haec vox Arabica اول, אול, sed & Persis frequentissime in usu, eodem sensu: unde quidam nomen Dei, אל, ducunt. §. X.

אונכרי

Persis sunt עושי מלאכת הנשיא, *qui Principis opus faciunt*, teste Nathane in *Aruch.* כר كر *Car* terminatio Persica est, fateor; عون *Aun* Arabibus & Persis *auxilium* notat; & اوان אואן Persis *mandatum*, *jurisdictio.* §. XI.

אזמורד

Smaragdus. Vulgo ג addunt, scribuntque §. XII.

que זמרנר, quod ad Graecam, Latinamque pronuntiationem magis accedit: Sed Perſica vox زمرن זמורד etiam ſine נ ſcribitur, unde praepoſito א fit אזמורד.

אטונס

§. XIII. Nomen piſcis mundi in *Cholin cap.* 3. in fine *Gemarae* memorati *fol.* 66. & *cap.* 2. *Gem. Aboda zara fol.* 40. ubi & אקונס & אפונס piſcium nomina occurrunt. Forte haec tria nonniſi unum piſcem notant *Thynnum*, unde אטונס. Raſchi ait eſſe Perſicum, at ego hoc velo ſaepe ignorantiam ſuam tegere Interpretes arbitror, ea, quae non intelligunt, Perſica eſſe pronunciantes, ne nihil dicant. تن *Ton* Perſis *Thynnus* eſt, at אטונס affinius eſt Graeco Θύννος.

איטורנגא

§. XIV. In *Gem. Cetuvot cap.* 5. occurrit, nec adeo certum eſt quid ſignificet. Nomen dignitatis eſſe videtur. Raſchi explicat per Gallicum *Senechal*.

איננר

§. XV. Explicatur in Aruch per מעט *parum*. Non dubito quin duae ultimae literae tranſponendae ſint, & legendum אינרג. Perſis enim hoc ipſum

ipſum انذك אנדג, & inſerto Jod, uti matre lectionis, אינדג *parum*, *paulum* ſignificat.

אכונגר

Significat הממונה על שלחן המלך *praepoſitum menſae Regiae*, ששולחן בלשון פרסי אכון והמלך גר *nam menſa Perſice* Acoun *appellatur*, *& Rex* Gar. Ita ſcribit R. Nathan in Lexico *Aruch*. Legitur ea vox in Talmudico Tractatu Moed Katon, ut ibidem notatur. Menſa Perſice خوان *Chouân*, unde א praepoſito factum אכון, uti ex نون אתון ex دار אתר, &c. factum credimus. كر *Gar* additum huic & aliis nominibus *munus* vel negotium eo pertinens notat, uti vox non multum abſimilis خوالبكر *Coquus*, *praefector*, *inſtructor*, ita خنبا *Muſica* خنباكر *Muſicus*, سوزن *acus* سوزنكر *qui acus conficit*, &c. Fallitur itaque R. Nathan, qui גר *Regem* interpretatur. Et male a quibuſdam ea vox, per ב, ſcribitur אבונגר. §. XVI.

אכספתיאס.

Piſcis nomen, quod in *Cholin* & alibi legitur. Videtur eſſe vox Graeca ξίφιας, quae & ξίφος & σκίφος, uti notatum eſt ab Caſaubono *ad Athenaeum l.* III. *c.* 8. qui ab ξί- §XVII.

ΦΘ (& hoc convenit cum Persico & Arabic سيف *ensis*) ita dictus, quo Ovidius *in Halieuticis* alludit, quae primus ex MSto edidi Aldus, at quorum defectum in multis supple vit Columna, in *Commentar. ad Ennium p.* 153.

Ac durus Xiphias, ictu non mitior ensis.

Inserto ח, quod in & Mithra, dactylus, ..., نقل, &c. factum est. Piscis quiden Persicus, at non hoc ejus nomen, sed شمشير ماهي est, quasi *gladium piscem* dicas. Itali *pesce spada* appellant, Malaei ... فارغ *Aya Parang*, id est, piscem sive hajam (inde enim Belgicum *een Haay*) gladium, & دالغكر *Balingkor.* Frequens ille est in sinu Persico. Ξ Graecorum reddiderunt Talmudici, ut poterant, per litteras אכס Confer quae nos ad vocem Achasveros scribemus.

אמרכל

§. XVIII. Ita appellatur, qui curam clavium habebat, cubicularius. Nomen dignitatis satis notae ex Talmude. Videtur esse Persicum امير كليد *Emir calid, praefectus clavi.* Ultima litera tollitur, uti alias saepe fit, & prima a voce אמר nonnunquam ablata est, quae cum امير idem sonat. Confer quae de voce *Chartummim* observabimus, ubi etiam talis apocope.

אספרון

אספרון

Albus. Ita explicat Baal Aruch, & oppo- §. XIX.
nitur τῷ מורוך, *nigro.* Arabibus & Persis
ea vox hoc sensu in usu est אספרו اصفر,
quae *flavum* aliquando notat, (unde nostrum
Saffraan pro Croco) aliquando *pallidum*,
& (quod in Arabica lingua non infrequens
esse pluribus exemplis docuit, ingens quondam
lumen Angliae & ornamentum, Ed. Pocockius
in Notis Miscell. ad Portam Mosis,
capite secundo) oppositum ejus, *nigrum.*

אפונדא

Scribitur & פונדא, exponiturque recte §. XX.
per אזור cingulum. Est Persicum بند בנד
cingulum. א praeponi & ו pro aliis vocalibus
inseri a Talmudicis, vel haec una Dissertatio
abunde demonstrat. Nec forte alio pertinet
פנתא, obstragulum, superior calcei pars,
quae pedes vincit, & soleam cum iis conjungit:
quae etiam, Aleph praeposito, אפנתא
scribitur, uti & vox quae ab hisce duabus non
multum recedit אפון, quod *cicer*, *pisum*, interpretantur,
& Arabica بن בון est, quo
nomine illae baccae toto Oriente celebres veniunt,
quae ciceris formam habent, & nobis
Coffyboonen appellantur, e quibus tostis & con-

tuſis potus قهوه *Cahve* , ſive *Caffe* paratu
quem adeo depereunt populi orientales,
inter eos vulgare proverbium ſit, unum p
culum Caffe , & unam fiſtulam Tabaci e
integrum convivium. Conjungunt enim ha
duo: & quo pretio Caffe apud ipſos ſit ſi
uſu Tabaci, ex hoc proverbio Perſico intellig
وه بى طنباقو طعام بي نمكست
Caffe ſine Tabaco eſt uti cibus ſine ſale. V
rum a Tabaci uſu religioſiores abſtinent, h
dicto Mohammedis permoti, quod literaru
Orientalium magno promotori, Henrico S
kio, debeo, qui ſe illud Liburni a Mohamm
de quodam Ibn Saleh, juvene Arabe, aud
viſſe ad me (dum in Italia erat) perſcrip
ال رسول الله صلي الله علبه وسلم
ي اخر الزمان يكون اناس يقولون
هم مسلمون ولبس هم مسلمون وهم
شربون حشيشا يقال له طباق
Dixit Legatus Dei ſ.q.ſ.p. &c. Erunt אחרית
הימים, *in diebus ultimis, homines qui ſe di*
cent Muſulmannos (vere fideles) nec tamen e
runt Muſulmanni, & illi bibent herbam, cu
nomen erit Tabacum.

אקורפיטא

אקורפיטא

Praesepe, locus ubi jumentis pabulum datur. §. XXI.
Idem Persis اخور, unde אקור.

אצוא

Muscus arborum, sive lanugo, uti palma- §.XXII.
rum. Persice idem اشنه אצנה (quod expli-
catur in Lexicis orientalibus per Arabicum
شيبة العجوز & Turcicum صو واب
(يوسكي) unde videmus נ esse mutatum in
ו, proclivi errore, & scribendum אצנא.

אשמדי

Asmodaeus. Ἀσμοδαῖος, τὸ πονηρὸν Δαι- §.XXIII.
μόνιον, *Tobiae c*. 3. *v*. 8. Nomen spiritus ma-
li. Alii jam observarunt ab Persico ازمودن
tentare derivatam esse hanc vocem, sic ut
Tentatorem indicet.

אתרוג

Malum citreum. Persicum est اترج *Otrozj*, §. XXIV.
quod jam in Lexico suo Arabico Cl. Go-
lius observavit.

באני & בנא

Ager, *rus*, &c. Videtur esse Persicum باغ §. XXV.

באג quod hortos & loca amoena vineis al-
ve arboribus consita significat.

בארג

§. XXVI. *Optimum & laudatissimum* notat, atque h
sensu de *vino* dicitur in *Gem. Avoda Zara*
2. *fol.* 30. Baal Aruch ait esse Persicum. F
cte. بارج *Bârs, laudatum, praestans* Persice

בוריא

§. XXVII. Ita in Talmude & Aruch scribitur, e
plicaturque per מחצלת של קנים *flore*
ex arundinibus confectam. Atqui eadem Pers
بوريا *Bouria* dicitur, unde Arabes hauseru
suum باري & بوري. Quare & in T
mude & alibi pro בוריא legendum est בוריא

בוסתנא

§. XXVIII. *Hortus*. Nihil certius quam hanc esse ips
sissimam vocem Persicam بستان *Bostan*, *ho*
tus.

בורגן

§. XXIX. *Tentorium*, locus ubi res quaedam repo
nuntur. Est Persicum بارخانه *Barchana*
quod eandem significationem habet. Affin
est & vox בארגאה, quae & ipsa tentoriu
notat.

ורגר

בורגר

Agricola, איש הארמה in Aruch. Persi- §.XXX.
cum esse suadet terminatio גר, Persis کر, qui *agricolam* ברזגר برزكر dicunt. בור pro בר uti in voce בורגן, quam vide & בוקלסא ex *baculus*.

בואי

Vide infra ad vocem שבור. §.XXXI.

בילר

Varie transfertur a Judaeis. Est Persicum §.XXXII.
בלור بلور *crystallus*, vel, ut alii, *beryllus*, per metathesin L & R.

בסתרקי

Supellex linea & lanea, maxime quae ad §.XXXIII.
vestitum & lectos pertinet. Ita explicat Cl. Buxtorfius. Persis بستر *Pister*, notat *lectum*, *stratum*.

ברקא

Laudatum, משבח interprete R. Nat- §.XXXIV.
han in *Aruch*. Utitur eo שבור Sapor Rex Persarum *cap.* XI. *Gem. Sanhedrin* אמריתון משיח על חמרא אתי אשדר ליה אנא סוסיא

סוסיא ברקא דאית לי *Ajitis Messiam venturum insidentem Asino; est autem mihi equus praestans, quem mittam.* Ita interpretor. Vide quae mox ad vocem הזר monebo. Vel eadem vox est cum praecedente بارج *Bars, praestans,* vel فرج *Ferch, generosus, nobilis.* Ultimam tamen praeferrem: quamvis prior melius exprimat τὸ משבח Rabbi Nathanis.

גואלקא

§.XXXV. Baal Aruch exponit per שק, *Saccum.* Est Persicum جوالق גואלק quod saccum notat, & quidem majorem, in quo frumentum & similia conduntur.

גון

§.XXXVI. *Color.* Persice كون גון, quamvis hic Vav sit quiescens.

גונדרי

§.XXXVII. *Terra rupibus & petris abundans, saxosa.* Persice idem sonat كندروش גנדרוש: unde natam esse hanc vocem suspicor.

גושקרא

§.XXXVIII *Panis furfuraceus.* Est indubie vox Persica خشكار *Choskar,* quae idem significat.

גסטרא

גסטרא

Praefectus. Idem Persice كستر اكي, juxta quam vocem scribi debuisset גסטראך. §. XXXIX.

דביר

Liber Persis, uti Talmudistae testantur in init. *Gem. Cap.* 2. Avoda Zara. אמר רבא כמאן קארו פרסאי לספרא דביר *Dixit Rabba: Quomodo Persae appellant librum? Debir.* Hinc putant Urbem Debir *Jud.* 1. 11. appellati קריאת ספר, quia ספר & דביר idem sonant. Vel innuunt vocem Persicam دفتر, *Defter*, pro quo legerunt دبير *Defir*: punctis diacriticis male collocatis infra vocem, quae supra poni debebant (*Defter* enim significat *Librum*, & speciatim, librum rationum, & διφθέραν, *membranam cui inscribitur*, de qua confer quae Cl. Mabillonius habet, *de re diplomatica pag.* 33.) vel ambiguitate vocis ספרא decepti, quae pro diversitate punctorum quibus insignitur, aut *scriptorem* aut *librum* notat, vocem Persicam دبير *Debir*, *Scriba* (qua Interpres Pentateuchi Persicus pro Hebraeo סופר *scriba* utitur, addito ي, quod & abesse potest دبير ي) innuunt. Recte itaque dicere possunt, דביר دبير idem esse quod ספרא *Scriba*, §. XL.

 non

non quod ספרא, *liber*. Et a *libro* tamen Urbi *Keriath Sepher* nomen est. Chaldaeus interpres reddit קריאת ספר per קריאת ארכ Urbem Ἀρχείων, uti ego existimo; id est, *Archivorum*, ubi sc. acta publica aut multa vetustatis monumenta descripta asservarentur; quod ipsum de hac Urbe Judaei tradunt. Quod enim Cl. Buxtorfius in Lexico קריאת ארכי transfert per *civitatem Principum*, minus cum nomine Hebraeo קריאת ספר, & traditionibus Judaeorum convenit. Cl. Schikardus ארכי ab Arabico & Persico تاریخ *Taarich*, *Chronicon*, *Annales*, derivat in Prooem. ad *Taarich Regum Persiae pag.* 21. At mihi magis arridet deductio ejus vocabuli e Graeco ἀρχεῖον, quod est, interprete Suida, χαρτοφυλάκιον, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται, unde Latinum *Archium*, quo Vopiscus in *Taciti vita* utitut.

דואר

§. XLI. Ipsa terminatio suspicionem injicit vocis Persicae. Judaei explicant per *praefectum cursorum* vel tabellariorum. Persis داور דאור *praefectus* quivis, *gubernator*.

דוכן

§. XLII. Et דוכנא, *suggestum*, locus elevatus. Per-

Persice & Arabice idem دكان *Doccân.*

דורא

Est Persicum در דור *margarita.* Legitur & eadem vox, sed דר *Dar* scripta, in descriptione palatii Regis Persarum, *Esther.* 1. 6. §. XLIII.

דורדא

Faeces, amurca. Persice idem درد דורד. §. XLIV.

דלב

Platanus. Ita & Persae دلب & دلبر *platanum* vocant, quae frequentissima arbor est in Persia. §. XLV.

דרבן

Janitor. Nihil certius quam vocem hanc esse ipsissimam Persicam دربان דרבאן, quae eandem significationem habet. §. XLVI.

דרכון

Nummus Persicus. Ita est. Vox formata videtur ex Δαρεικὸν Graecorum. Appellabantur vulgo Δαρεικοὶ στατῆρες, quod ab Dario primum cusi essent. Vide Scriptores rei nummariae Graecae. §. XLVII.

דרצונא

§. XLVIII. *Cinnamomum.* Persae idem vocant دارصين vel distinctis vocibus دار صيني דאר צ'יני. دار notat omne quod oblongum & ligneum est. Aliquando vocem صين praeponunt, Cinnamomum appellantes صيندرج. صين nihil aliud innuit, quam *Sinam*, regionem: ita ut دار صيني, דאר צ'יני & צינדרג idem sit ac dicas, odoratos & oblongos cortices Sinenses.

דשתנא

§. XLIX. Hoc nomine mulierem menstruatam Persae appellant. In Gemara, *Avoda Zara*, *cap.* 2. אמ׳ רב אשי כמאן קרו פרסאי, (quos dixerat paulo ante Rabba appellare ספרא *Debir*) לנרה דשתנא *Dixit R. Ase: quomodo vocant Persae faeminam menstruatam? Distana.* Alii scribunt דיסתנא. Vulgo derivant ex Graeco δύστηνος: At est vocabulum pure Persicum ديستانا *Distana*, i. e. *mulier menstruata.*

הזר

§. L. *Mille* notat Persice. Ita Baal Aruch citat verba Gemarae ex *cap.* XI. *Sanhedrin fol.* 100. ubi Regem Persarum Saporem ita alloquitur Samuel אית לך כאר הזר גונא, id est, uti ego transfero, *Estne Tibi asinus mille qualitatum?*

tum? Nam plane haec Persica sunt כאר خر *Char*, *Asinus*, هزار *Hazâr*, mille & چون *Sjoun*, qualitas, virtus, &c. Et quid convenientius quam Persice Samuelem loqui ad Saporem Regem Persarum? Petit ergo Samuel, quum Rex dixisset sibi esse סוס'א ברקא *equum eximium* (nam & hoc בארג Persicum بارج *Barsj* est, *laudatum*, vide vocem ברקא) mitti potius obviam Messiae asinum, sed praestantem, & multis bonis qualitatibus instructum, quia *Zach*. 9. 9. Messias insidens asino describitur. Judaei Interpretes hic caecutiunt. R. Nathan ait יש מקום שקורין לחמור כאר *esse locum*, *in quo asinum appellant* כאר. Alii subodorati sunt voces has esse Persicas omnes excepta גונא, qua *colorem* notant Rabbini. Sed ego malo hoc גונא quoque e Persia arcessere. Vix enim videtur adeo insanum hujus Samuelis votum fuisse ut peteret asinum mille colorum. Quorsum hoc? & quomodo sperari poterat? At quod *eximium* petat asinum, ratio suadet, quum Messiae deberet inservire. Atque ita illud סוס'א ברקא non debet verti per equum balii coloris, vel fulgentis. Nam minus id eo loco convenit: quare Cl. Coccejus id *balium equum* potius vertendum censuit, quod id *celerem* quoque significet; notatque incertam ejus vocis scriptionem, sic ut ברקא & בהרג quoque scribatur.

batur, At Judaei voces hasce non intellectas mire corruperunt ut aliquem inde sensum elicerent. Quare locus Talmudis a nobis citatus longe aliter legitur in editionibus hodiernis, quam in *Aruch*. Ego autem vel ob solam hanc rationem, quod multa nobis incorrupta & intemerata loca Talmudis reservaverit, magni faciendum id Lexicon autumo, quod Thesaurum Antiquitatum Talmudicarum vere dixeris. Ut fidem dictis meis faciam, en tibi lector, ea verba uti hodie in Talmude leguntur אית לך בר חיור גווני, quae ex mente Rabbinorum ita vertenda sunt, uti ea vertit Cl. Coccejus, *in Sanhedrin*, *p.* 128. *Estne tibi equus centuplici colore varius?* Eodem modo & Genebrardus *in Collect. de Christo*, *pag.* 76. Nam בר, *filium*, *pullum*, pro equi pullo accipiendum docent & חיור *centum* significare Persice. Hodie صد *Zad* centum Persis notat; nec puto unquam חיור Persicum fuisse, sed ex הזר *mille*, quae vera, ut vidimus, scriptio est, ab Judaeis linguae Persicae ignaris detortum, uti & בר ex כאר, *asinus*.

הינדבי

§. LI. Intybus. Herbae genus. Baal Aruch vernacule, id est, Italice, appellari scribit סינצוני, Ara-

Arabice הנריבא. Ita eſt. Perſae & Arabes הנדב هندب pronunciant: nos quoque *Endivie*. Vox *Intybi* etiam inde formata eſt.

המין

Cingulum, *Zona*. Ipſiſſima vox هميان *Hemjân*, eodem ſenſu Perſis uſitata. §. LII.

זהרורי

Fundorum poſſeſſores notat, & legitur in *Bava Bathra fol.* 55. Perſicum eſſe ſcribit Baal Aruch. Ita ſe res habet. صحرا *Zahra*, *agrum* ſignificat & ور *war*, *poſſeſſorem*. §. LIII.

זונא

Quidam per ζιζάνια, ſive *lolium*, alibi ſpeciem tritici degenerem, nonnulli *viciam*, &c. interpretantur. Perſis זואן زوان eſt herba, quae inter triticum naſcitur & grana nigra habet. Eodem plane modo deſcribitur זונא in *Aruch*, unde clarum eſt vocem eandem eſſe. Ita ejus auctor R. Nathan, in voce זנין. בלשון ישמעאל זואן והן זרעונים שחורים נמצאים בין החטים *ſermone Iſmaelitico appellantur illa* زوان: *ſunt autem grana nigra quae inveniuntur inter triticum*. §. LIV.

זירקתא

§. LV. *Lorica.* Videtur esse Persicum زرہ. Ultimam literam ه ab aliis gentibus saepe in K mutari, etiam notavit Cl. Hyde, *de relig. vet. Pers.* 373.

זנגבילא

§. LVI. *Zingiber* Persice ita appellari existimant nonnulli & vere, quamvis & Arabes eo vocabulo utantur, زنجبيل *Zansjabil* ii scribunt ג per ج expresso. Graeci Ζιγγίβερ & Ζινζίβερ. Vide Simeonem Sethi *de virtut. alim. pag.* 33. Ita quoque appellant Judaei istud ligni *genus*, quo Salomon usus est in exstructione Templi Hierosolymitani. Sacer Codex vocat ea ligna אלמגים, & אלגמים. Quae voces quid significent, nullus certo dixerit. Ingeniosa est, me judice, suspicio Viri Celeberrimi Edmundi Castelli, qui id lignum Sandalum fuisse, cujus hodieque idem usus apud Indos est, opinatur. Haec ejus Viri verba sunt, in Oratione Cantabrigiae habita, quum praelectiones suas in secundum librum Canonis Avicennae auspicaretur, *pag.* 26. אלגמים *sive ut alias* אלמגים *arborum quodnam genus sit, lis est apud Hebraeos non exigua; aliis est Cedrus, aliis Brasilium, in plerisque Bibliis retinetur vox originaria, quae ut nunquam fallit,*

nec

iec quidquam omnino significat. Multiplex fuit
ujus ligni in sacris usus, unde facilius de
الماهية *(quod primum in omni re quærendum*
ræmittit semper princeps noster) & certius pos-
umus pronunciare. Proficuus fuit, 1° Ad Tem-
la construenda, 2° Ad fulcra in gradibus a-
cendendis supponenda, 3° Ad conficienda in-
rumenta musica. Jam ad ultimum præsertim
quin & secundum) materies ineptissima fuit
am Cedrus, quam Brasilium, propter densam,
ompactam ac glutinosam eorum naturam. Ex
ntiquioribus tum Syris, tum Arabibus, com-
erio intelligi hic evidenter satis الصندل San-
lalum, *de quo vide* Avic. *I. iitii.* 583. tit. *Ar-*
or est apud Indos in hunc usque diem admodum
elebris ad Usus supradictos omnes. Quid si ita-
ue dicamus vocem זנגבילא esse corruptam
זנדילא, *Sandalum* (صندل Arabibus &
Persis) & vestigium antiquae traditionis, San-
lalum a Salomone in exstructione Templi ad-
ibitum, superesse in eo, quod זנגבילא scribant
esse ligna, quae ad illos usus Salomon adhibuit?
Ceterum legitur & Ζιζίβερι apud Alexan-
drum Trallianum *l.* 1. quamvis Jacobus Gou-
ilus in Castigationibus ad hunc scriptorem il-
am vocem natam putet ex male intellecto scri-
ionis compendio ζζ, quod σμύρνη legi debe-
at, & ab imperitis in ζιζίβερι detortum est. Ita
lle, & est mihi is auctor cum codice MSto col-

latus, ubi pro eo quod nunc ζίγγιβερι legitur, aut ζζ aut σμύρνη ſcriptum eſt. Loca Talmudica, in quibus ea vox legitur, vide in Aruch.

זנדוקא

§. LVII. Id Lexicographus, in *Aruch*, transfert per שומר בית האסורים praefectum carceris, atque eo ſenſu vult legi in *Gem. Taanith*. Locus eſt in *Cap*. III. ubi colloquium Rabbi Berucae & Eliae narratur, quod & in *En Iſrael* legitur *pag* 258 & explicatur ea vox in Gloſſa per שומר בית האסורים של מלך *praefectum carceri Regio*. Nullus dubito quin ſit detorta ex Perſico زندان זנדן *carcer* & adjectione aliqua بان, vel ſimili, quae praefecturam notat. Quamvis enim Perſicam eſſe non ſcribant interpretes, magna tamen literarum convenientia id ſuadet, ut & illud quod mox eodem in loco Talmudico ſequatur vox דיסתנא, quae itidem Perſica eſt, quamque ſuo loco explicamus. Niſi contrarium ſenſus flagitaret, videretur *Zandouka* idem eſſe cum Zindikaeo, quod nomen eſt haereſeos vel ſectae. Cl. Hottingerus *in Hiſtor. Orient. p*. 255 & 579 fuſe conatur oſtendere Zindikaeos non alios eſſe quam *Sadducaeos*, ex quo nomine (inſerto N) fecerint Orientales *Zindikaeos*. At profecto, quod unquam Sadducaei imperaverint

verint in Asia non liquet, & Zindikaei nulli alii sunt, quam Zoroastris asseclae, quales inter Persas & Arabes olim & hodie multi, qui *Zindikaei* appellantur a Libro زندە *Zenda*, quem in magno pretio habent & Zoroastri attribuunt. Dubitare de hac re nos non sinit usus Malaeorum, qui suo sermone زنديق *Zendik* Zorodasti placitis addictum appellant, & ipsi hoc a libro زندە *Zenda* ductum fatentur, ut & Lexica Orientalia quae مغ, id est, Magum Zoroastris asseclam reddunt per زنديق *Zendik*. At non nego Arabes in versione N. Testamenti Sadducaeos transtulisse Zindikaeos, forte quod hi ipsis notiores, vel quod Sadducaeos & Zindikaeos in eadem impietate convenire judicabant. Sic Sadducaeos etiam Cuthaeos nominant Judaei, sic Karaeos Sadducaeos, &c. ὡσεὶ κόνις. Mirum itaque Virum in his literis versatissimum Th. Hyde transtulisse nomen *Zindik* per *Sadducaeum* Pag. 29. *de relig. Pers.* & aegre tulisse nomen *Zindik* Magis tribui, quum hoc nomen non sit e calumnia natum, nec significet *negatorem resurrectionis*, ut Vir magnus autumat, sed verissime iis competat, nec ipsi id refugiant?

זרניך

§. LVIII. Scriptor Lexici *Aruch*, lingua vernacula, explicat אורו פימינטו, *Auri pigmentum*. Est vox Persica زرنيخ *Zernich*, quod idem significat. Notavit de illa Vir Eximius, Edmundus Castellus, in oratione Cantabrigiae habita, quum Praelectiones suas in secundum librum Canonis Avicennae auspicaretur, quaeque Londini, *anno* 1667, est edita, commendari ab Avicenna, si vulgatos codices & Interpretes sequamur, hoc ipsum زرنيخ quod tamen venenum est lethale & praesentaneum. At monet legendum ورنيخ Latine *Vernix*, errore admodum proclivi, ز pro و; salva protinus fore omnia & convenientia cum iis, quae Dioscorides aliique habent. Similiter درونج *Doronicum* verti observat, quod omnibus notum venenum est, quum transferri debeat per *Mechini*, speciem Gingiberis, quae Bengalensibus *Adrach* dicitur. Et ex hisce aliisque speciminibus, quae ibi profert, *adeo necessariam esse linguam Arabicam* colligit, *quod ad artem medicam, ut propter ejus inscitiam haud raro vitae jacturam perpessi sint aegroti*, atque *utinam*, inquit, *non aliquoties etiam sani*!

חברים

חברים

Perſae ita appellant Sacerdotes, פרסיים קורין לכומרין חברין, ſcribit R. Nathan in *Aruch* : ubi plura loca e Talmude citata videri queunt, quae nobis exſcribere non vacat. Alii ajunt חברים eſſe gentem Perſarum, aut Perſis vicinam. Aliquando Talmudiſtae & חורין ſcribunt. Sed minus accurata ſunt haec omnia. חבר eſt Perſicum گبر *Gebr*, quod notat, hominem antiquae Perſarum religioni & doctrinae Zorodaſti addictum, pyrolatram. Illi hodie exiguo numero ſuperſunt, quum Imperator Perſarum religionem Mohammedicam ubique propaget; ſunt tamen. Proverbium eſt apud Perſas, ab moribus horum חברים ortum, گبر يزدي *Infidelis Jezdenſis.* يزد *Jezd*, urbs eſt Parthiae, ſive regionis quae Iraca Perſarum dici ſolet, quae quod a multis retro ſaeculis a *Gebris*, id eſt, ignis cultoribus fuerit inhabitata, & quidem ſuperſtitionis avitae tenaciſſimis, locum dedit proverbio, quod pervicacem hominem & nullis machinis ab errore ſuo removendum deſignat. Viget ibi adhuc vetus Perſarum πυρολατρεία in medio Mohammediſmo, & habent illic ſua πυρεῖα Jezdenſes etiamnum, linguaque loquuntur, quam §. LIX.

vix alii Persae intelligant. Omnem mover lapidem Mohammedani ut illos ad sacra su traducant, at frustra. Tam pertinaciter eorur animis inhaeret avita superstitio. Vox گبر *Geber*, quam transtulimus per *infidelem*, no tabat antea solum πυρολάτρας, nunc گبر *Geber*, Persis, & گور *Gaur* (Galli scri bunt *Giaures*) vocatur Turcis omnis qui Mo hammedanus non est, etiam Christianus. Un de videmus falli Cl. Colomesium in *observa tionibus Sacris*, *p.* 57. scribentem: *Γειώραι sun peregrini a Chaldaeo* גיורא. *Hinc, puto fluxit vox Turcica*, Giaures, *qua Christiano contemptum appellant Mohammedani. Gallice dicas*, Etrangers.

חורמן

§ LX. *Basiliscus*. Convenit cum Persico حرمن & حرمانا *Harman*, & *Targumico* ערמונא, quod eodem sensu legitur in *Targum Hieros. ad Gen.* 49. 17. ח enim ע literae ejusdem organi facile sunt mutabiles. An vero hoc & praecedens vocabulum a Persis acceperint Chaldaei certo affirmare non ausim; quare omittere potuissem.

חיור

§. LXI. *Centum* Persice. Ita quidam. Sed חיור vox est depravata ex הזר *mille* ab imperitis linguae Persicae, uti in voce הזר jam ostendimus.

חצב

הצב

In Miſna *Avoda Zara*, *cap.* I. ita legitur דקל טב וחצב ונקליבם; *dactylum eximiam*, & *Chazab*, & *Naclibam*. Intelligi hic tres palmarum vel dactylorum ſpecies fere omnes conſentiunt, at originem vocum non oſtendunt. Pro Naclibam, legi debere Nicolaos primus obſervavit Cl. Buxtorfius in Lex. Talmudico ad hanc vocem. Eſt autem Nicolaos ſpecies palmae ita dictae a Nicolao quodam Damaſceno, qui aequalis fuit Imperatoris Auguſti, cujus vitam deſcripſit Suidas, in voce Νικόλαος (ubi & placentarum meminit ita ab eodem appellatarum, de quibus vide & Caſaubonum in Animad. in Athenaeum *l.* XIV. 18. quamvis Cl. Thomaſinus eas ab אכל derivet in *Gloſſario Univerſali Hebraico pag.* 53. De illa Athenaeus *lib.* XIV. Plinius *lib.* XIII. Alexander Tralliauus *lib.* V. & alii locuti ſunt. Unum ſubjungemus teſtimonium ſcriptoris anonymi, qui *Geographiam orbis terrarum*, Ἐξήγησιν ὅλου τοῦ κόσμου, edidit ſub imperio Conſtantii & Conſtantis, quemque Vir Eruditiſſimus, nec minus de univerſa re literaria quam Juris prudentia meritus *Jacobus Gothofredus* notis & verſione Latina illuſtratum Genevae *anno* 1628. evulgavit. Ita § LXII.

ille de Scythopoli, Laodicea, Biblo, Tyro & Beryto: Πᾶσαι δὲ αἱ προειρημέναι πόλεις ἔνδοξοι καὶ καρποφόροι ἐν σίτῳ καὶ ἐλαίῳ ἔχουσι, καὶ σὺν πᾶσι ἀγαθοῖς Νικόλαον φοινικίδιον ἐν Παλαιστίνης χώρᾳ, τόπῳ, ὃς οὕτω καλεῖται Ἱεριχοῦς. *Omnes autem hae urbes, de quibus locutus sum, celebres sunt, & abunde frumentum, vinum & oleum proferunt; & praeterea habent cum aliis bonis palmulam Nicolaon, in regione Palaestinae, eo loco, qui appellatur Jericho.* Arabes pro Nicolao انقلا *Inkila* dicunt. In Glossis Isidori: *Nicolaus, dactylus.* At quid Chazab חצב esset & unde derivandum, non videtur modo laudatus Buxtorfius assecutus. Modo enim per *hederam* transfert, & modo palmae speciem esse conjicit, sed hac ratione tantum inductus quod inter duas palmae species haec medio loco ponatur. Ita etiam Eruditissimus Auctor Lexici Polyglotti, Edmundus Castellus. R. Nathan in Aruch scribit esse קנה שעושין ממנה הסוכר והוא מתוק *cannam e qua conficiunt* Sucar, *& hoc dulce est.* Melius scripsisset R. Nathan, paucis mutatis, *palmam esse unde faciunt siceram, quae dulcis est.* Nam خصبة *Chizba*, in plur. خصاب *Chazab* notat *palmam proventu onustam*, quae est haec ipsissima vox חצב. Ex palmis autem fiebat Sicera. Hieronymus *in Epist. ad Nepotian.* Sicera *Hebraeo sermone*

omnis

omnis potio nuncupata, quae inebriare potest, sive ...... aut quum Palmarum fructus *exprimuntur in liquorem.* Chrysosthom. ad v. Cap. Esaiae Σικερα δὲ ἐνταῦθα φησὶ τῶν φοινίκων τὸν ὄπον, &c. Et de sicera loquens, de vino hoc palmeo, magis erat necessarium (quam de sac-charo) addere hanc dulcem esse. Eadem enim phrasi utitur Athenaeus *lib.* XIV. *c.* 22. Ἦν δὲ τοῦτο πότον ἡδύ, *Erat autem* (vinum id palmeum, sicera) *potu dulce.* Quae hausit ex Xenophont. *l.* 2. Ἀναβάσ. Nec aliud vinum intelligo, quod *Actor.* 2. *v* 13. γλεῦκος appellatur, ubi Apostolos hoc dulci vino repletos esse criminabantur Judaei. Nam γλεῦκος per *mustum* non bene transferri Viri Eruditissimi Beza, Pricaeus jam viderunt, maluntque simpliciter per id *vinum dulce* intelligere. Quod ego de *vino hoc palmeo*, (οἴνῳ σπαθίτῃ Alexandri Tralliani *l.* III. *p.* 52.) quo totus oriens utebatur, teste Plinio *l.* XIV. 16. accipio: nam & hoc *dulce* a Xenophonte dictum audivimus & idem addit esse capiti noxium, κεφαλαλγές. Ita & Plinius *lib.* XXIII. *c.* I. Adeoque quum hic potus cerebrum turbet, speciosior est haec Judaeorum calumnia, Apostolos ex tali vino ebrios tam miranda effutire. Erant in Palaestina palmae praestantissimae (de quibus Vir summus, Ezechiel Spanhemius, accuratissime egit *Dissertat.* 4. *de usu*

Numiſm.) & tanta quidem copia ut vix Poëtae mentionem faciant ejus regionis, quin & palmarum meminerint. Statius *Sylv. l.* v. *ſ.* 2.

An Solymum cinerem, palmetaque capta ſubibis
Non ſibi felices ſylvas ponentis Idumes?

Virgilius *l.* III. *Georg.*

Primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas.

Lucanus *l.* III.

—— *Arbuſto palmarum dives Idume.*

Unde & in nummis veterum Hebraeorum palmam cernere eſt.

חרדל

§. LXIII. *Sinapi* Chaldaeis, qui hoc a Perſis videntur hauſiſſe, quibus خردل *Chardel* ſinapi eſt.

טורייסקי

§. LXIV. Feſtum eſt idololatrarum, cujus in *Cap.* I. *Gem.* Avoda Zara fit mentio. Quidam volunt eſſe Perſarum. Ego exiſtimo, quandoquidem celeberrimum & antiquiſſimum Perſarum feſtum eſt نوروز *Neuruz*, id eſt, primus anni dies, legiſſe Judaeos uno puncto addito توروز, *Touruz*, unde טורים & טוריסקי factum eſt. Quod voces Perſicae ex punctis vel additis vel neglectis ſaepe depravatae legantur, alibi

alibi a me pluribus exemplis demonſtratum eſt. Si cui tamen hoc durius videatur, librariis hanc corruptelam imputet. Profecto graviorum illi peccatorum rei ſunt. Confirmat me in hac conjectura vox ſequens מוהנקרי, quae feſtum *Mihrsjân* notat (uti poſtea videbimus) & ſemper cum hoc Neuruz ſolet conjungi tanquam par celeberrimorum feſtorum. Baal Aruch in genere feſtum eſſe של גוים *Gentium* ſcribit. Junguntur ibi quatuor feſta מוהרקני ומירון, טורייסקי, מסרדי de quibus vide. Confer dicenda ad vocem מוהרקני.

טריינא

Auctor Lexici Aruch explicat per צנה, pro quo recte צנא ſubſtituit in Lexico Talmudico ad hanc vocem Buxtorfius, ſic ut notet *Corbem*. Lingua Perſica non ſinit nos dubitare de interpretationis hujus veritate: nam تريان *Tirjân*, eſt Perſice corbis e viminibus contextus. §. LXV.

טצהר

ג׳שנים *triennium* notat Interprete Baal Aruch. Sed Raſchi id *quadriennium* Perſis eſſe ſcribit. چهار *Tsjehâr* quatuor ſonat Perſice. §. LXVI.

טרכונא

§. LXVII. *Palatium Regis.* ترکاه, טרכא, Persice aula Regia. ترکون טרכון, Locus eminentior ad sedendum.

יוהרין

§. LXVIII. *Gemmae, margaritae.* Vox Persica جوهر *Zjeuhar*, & گوهر *Geuhar*, gemmam notat Persis, a quibus illa transiit ad Arabes. Eadem vox est, quae & גיהר scribitur in *Targum Cantici Canticorum*, *cap.* 5. *v.* 14. ubi, quae nomina insculpta sint 12 gemmis in pectorali Aharonis, recenset, זבולון גליף על גיהר *Zebulon* erat *sculptum super* גיהר. Baal Aruch explicat per יהלום, quod vulgo redditur *Adamas*.

יסמין

§. LXIX. *Sesamum* vertitur, at Persicum يسمين *Jasmin* est frutex qui flores albi & flavi odoris profert & ab odore commendatus. Vidit hoc Benjamin Mussaphia, *in notis ad Aruch.* Nos & Galli *Jasmin* dicimus. Conjiciuntur illi flores in olim Sesaminum uti ex Dioscoride Cl. Buxtorfius in Lexico Talmudico notavit: at aliud Jasminum, aliud Sesamum est. O-

leum

leum Jaſmini ζαμπακέλαιον appellat Simeon Sethi ϖεὶ τροφ. δυναμ. in voce Γέρανος. Rectius ζαμσακέλαιον, nam Arabice سمسق *Samſac* eſt *Jaſminum*, unde π interpoſito (quod poſt M frequens uti *Dampna*, *Sompnus*, &c. in MStis ſerioris aevi) Latinum *Sampſuchum*.

כאר

Aſinus Perſice. Locum Talmudicum vide ſupra in voce הזר. Convenit cum Perſico خر *Char*. §. LXX.

וכנגי

Exponitur in Aruch כלים שבורים *vaſa fracta*, & opponitur uti res nullius uſus *hydriis* חצבים, quae aptae ſunt, ut aqua iis petatur. Eſt vox Perſica. كهنه (quod Chaldaei vix aliter quam כנגא pronunciare queunt) dicitur omne quod vetuſtate lacerum & detritum eſt, ineptumque ad uſum. §.LXXII.

כובריתא

Sulphur. Eſt Perſicum كوبريت *Coubrit*. Videntur Chaldaei a Perſis hanc vocem hauſiſſe: nam ſi ab Hebraeis accepiſſent, quidni גפריתא ſcripſiſſent? Nunc cum plane ſcriptionem Perſicam imitentur, videtur a Perſis hoc vocabulum arceſſendum. §. LXXI.

כוי

§.LXXIII. Animal ex טיש וצביה *hirco & capra* natum, juxta Baal Aruch. Dubito an non ex Persico کوهی *Couhi*, *montanus*, ea vox nata sit. Nam بز کوهی *Baz Couhi capream montanam* notat, خر & کو *Asinus montanus*, *onager*. Alii viderint·

כוסבר

§. LXXIV. Esse כולייאנדרו *Coriandrum* lingua vernacula, at in lingua Ismaelitica ita appellari, tradit Baal Aruch. Nota in Aruch scribi *Koliandro*, quamvis vulgo κοριάνδρον vel κοριάνον per P, & Latine *Coriandrum*, appelletur. Scholiastes Aristophanis & Simeon Sethi περὶ τροφ. δυναμ. *pag.* 57. eodem modo per Λ scribunt κολιάνδρον. کزبرة *Casbareh* ipsissima vox est, quae illam & significatione & sono exprimit. Invenitur & כסבר & כוסברתא. In *Gem. Avoda Zara c.* 1. lepida narratur historia, de R. Juda. Imperator Antoninus miserat ei herbam גרגירא *Gargira* (ut indicaret ipsi Giram filiam suam scortatam esse, quasi diceret נגרר לב גירא, *cor Girae tractum est* ad scortatorem, quid cum ea mihi agendum est?) Remisit Caesari R. Juda כוס ברתא (id est *coriandrum*, de quo agi-

agimus, quod poterat intelligi, כוס ברתא, שחוט והרוג הבת *occide & macta filiam*, interprete glossa, vel כסה על ברתא *protege filiam & parce ei*. Antoninus itaque dubitabat quo sensu hoc deberet intelligere) Imperator iterum misit R. Judae porrum כרתי (quasi diceret, an me jubes כרות *occidere filiam meam*?) R. Juda (ut ostenderet se velle Imperatorem parcere filiae suae) remisit ei lactucam חסא: (quae & ipsa vox Persica & Arabica est خس חס) חסא autem *parcere* est. Haec quae a me ope glossae ita explicita sunt his paucis verbis in Gemara leguntur, הויא ליה ברתא ושמה גירא וקא עברא איסורא שדר ליה גרגירא שדר ליה כוסברתא שדר ליה כרתי שדר ליה חסא quae ad verbum ita sonant. *Erat ei* (sc. Antonino) *filia cui nomen Gira, quae scortata erat. Misit illi* (R. Judae Antoninus) *Gargira. Misit ei* (Antonino R. Juda) *Cousbarta. Misit ei* (Antoninus) *porrum. Misit ei* (R. Juda) *lactucam*.

כילה

Thalamus, torus nuptialis. Ita & Persae §. LXXV.
جلوه eum appellant, unde כילוה & כילה. Si tamen a כלה derivare velis, non vehementer repugnabo.

כמהין

כמהין

§.LXXVI. *Fungi.* Appellatur fungus in lingua Iſmaelitica, id eſt, Arabica, uti & Perſica, כמאה teſte R. Nathane *in Aruch.* Ita eſt. كما *Cama, fungus* iis eſt. Addit ibidem פטריות, *id eſt, boletos* ſermone Iſmaelitico appellari פקאע. פקע فقع id Arabibus ſignificat: & vox ipſa פטריות convenit cum Arabico فطر פטר, *fungus,*

כסיתא

§.LXXVII Corallium קורלו in lingua vernacula notare ſcribit R. Nathan. Perſae Corallium پسند, *Poſtad*, vocant, unde Arabes بسد *Boſd* flexerunt, & Talmudiſtae בסיתא. Ita enim ſcribendum eſſe per ב opinor, quod nunc כסיתא legitur.

כספתיאס

§.LXXVIII Piſcis quidam Perſicus. Eſt Graecum ξίφιας, uti Benjamin Muſtaphia *in Notis ad Aruch* obſervavit.

כרפס

§.LXXIX. Exponitur a R. Nathane in Aruch בלשון לעז אפי״ו ובלשון ישמעאל כרפס vulgari lingua

ua idem quod apium & lingua Ismaelitica
.כרפ. Ita est, كرفس, *apium.* In ipso
almude, e quo locum produxit R. Nathan, Rab-
Chanina exposuit כרפס per פיטרוסליינון
etroselinum. Persica tamen pronunciatio,
arfes, magis accedit ad Talmudicum
כרפ *Karfes*, quam Arabica *Kerofs*, vel
erafs: quare a Persis hanc vocem accepisse
udaeos existimo.

כרצא

Vermis, & quidem speciatim ille, qui in- §. LXXX.
stina vexat, lumbricus. Suspicor esse Persi-
um كرنده *mordens*, *pungens.* Nec enim
ud Hebraeos aut Chaldaeos radix כרץ, vel
iud, praeter hoc, ejus derviatum extat. Con-
ngitur saepe cum مار *serpens.*

לואי

Legitur & לבא *butyrum.* Persis لبوه §. LXXXI.
לב est *coagulum lactis.* Hinc videtur aeque
לב ac לואי scribi posse.

לפריא

Cacabus, *olla.* Legitur & לאפיסיא. Cl. §. LXXXII
uxtorfius in Lexico Talmudico utramque vo-
em mendosam esse suspicatur: *prius legerim*,

ſcribit, לפס׳א *alterum* אלפסיא, ut, ſcilicet, a לפס & hanc & illam deducat. Sed ego utramque vocem recte ita ſcribi exiſtimo, quia Perſae cacabum & لويد *Lawid* & لويز *Lawiz* promiſcue appellant. A priore pronunciatione eſt לפר׳א per ר, a poſteriore לאפּ׳ס׳א per ס. ו mobile in פ mutari ſexcenties notiſſimum eſt.

מוהרקני

§. LXXXIII Feſtum Perſarum, quod *Cap.* 1. *Gem. Avoda Zara* legitur. Si quid judico, eſt idem quod Perſae vocant مهر جان *Mihrsjân*, i. e. *feſtum Mithrae.* Recte itaque hoc ordine ea feſta recenſentur, ut טור״סקי, quod eſt *Neuruz* uti vidimus, & terra ſinum aperiente celebratur, praecedat, & ſequatur מוהרקני id eſt *Mihrsjân*, quod die decimo ſexto menſis *Mihr* terra ſinum claudente agitur. Suſpicionem hanc firmat, quod *Neuruz* & *Mihrsjân* ſint duo celeberrima feſta Perſarum, & antiquiſſima, quaeque in ſcriptis Perſarum ordinario ſolent conjungi quum de feſtis agitur.

מורזמא

§. LXXXIV. פירוש בלשון פרסי הוא שכל דבר שהוא ארוך ואדום נקרא מורזמא

Haec ejus vocabuli ſignificatio apud Perſas eſt, quod

uod omne illud quod erectum & rubrum est ap-ellent Mourzema, scribit Baal Aruch. Puto nnuere eum مرجسام *Mirsjam*, quod notat nimal *erecto collo incedens*, & *origine* Ara-icum est.

מסרדי

Et hoc festum esse Persarum creditur, quod §. LXXXV.
n *Gem. Avoda Zara*, *cap.* I. memoratur. ודפרסאי מאי מוטרדי וטוריסקי מוהרנ ומוהר *Persarum autem (festa) quaenam sunt? Respondetur* מוטרדי, alii legunt מסרדי. &c. cilicet effusio aquae in festo Celeberrimo نوروز sive ראש השנה appellatur hoc no-nine. Syri מושרדי scribunt.

מרדין

Vox qua Persae utuntur ut indicent aliquem §. LXXXVI.
esse occidendum. In Bava Kama Persae le-guntur olim non fuisse adsueti effusioni san-guinis, at postea desciviſse ab hoc more, & clamare soliti מרדין מרדין, quod Interpre-tes volunt esse, *occide*, *occide*. Credo voce مردن, מרדן, *morden*, quae Persis notat *mori*, olim usos eos fuisse in praeliis, quasi dixissent, *moriendum*, *moriendum vobis est*. Vox ميراندن, *Miranden*, *occidere*, longius a מרדין recedit.

מרזבני

§. LXXXVII *Duces, domini.* Legitur *Cap.* 1. *Megillae* Haec vox si ulla, purissime Persica est. مرزبان *Marzeban* notat proprie *praefectum* provinciae vel *regioni, in finibus imperii* sitae.

נאנא

§. LXXXVIII Persica vox; at de cujus significatione non constat. Quidam *Canem*, alii *Patrem* eo denotari volunt. Lubet ipsum textum Talmudicum citare qui extat *cap.* 8. *Sota*, ubi disputatur quare Goliath appelletur א'ש בינים *vir mediorum*, 1 *Sam.* 17. 4. & post aliorum sententias, haec sequuntur verba ר'יוחנן אמר בר מאה פפי וחד נני (ita leguntur haec verba in Aruch, in voce נני, vulgo נאנא', at ego Aruch sequor, quod multo rectius exotica Talmudis exhibet, quam hodiernae Talmudis editiones, in quo tamen & נאנא invenitur in voce בן) quod Cl. Buxtorfius in Lexico Talmudico ita vertit: *Filius centum* (virorum) *erat Pape, sed unus erat ejus pater. Scilicet*, addit idem, *mater ejus una nocte complures viros scortatores admiserat, sed ex uno tantum conceperat, qui istius Pape erat pater.* Ego ut verum fateor, labi hic Virum Erudi-

tissi-

ſſimum & de re Orientali optime meritum uto, nec ipſum locum Talmudicum ab eo nſpectum eſſe, ſed tantum citatum, *fol.* 42. ti in *Aruch*, quod paſſim ſequitur, invene-at. Nam alias vidiſſet, פפי *Pape* non eſſe omen proprium. Id ſenſus non patitur hujus oci, in quo de Goliatho diſputatur, & quid ſi-nificet איש בינים; quod per verba mox pro-ta a R. Jonathane explicatur. Duos invenio abbinos nomine פפי *Pape*, inter Amoraeos אמוראים, a R. Zacutho *in Sepher Juchaſin* nemoratos, unum cujus uxor filia erat R. I-aaci, fabri ferrarii; alterum, praeceptorem af Aſſe; neutrum, de quo aliquid ſimile ex almude, in quo erat verſatiſſimus, vel aliis ntiquis monumentis, tradit R. Zacuthus. Quae Judaei ad explicationem hujus loci conferunt oppido pauca ſunt, & ſibi nonnunquam con-traria. In *Aruch*, ad vocem בן, per נאנא *Canis* dicitur innui. At Gloſſae Talmudicae affir-mant נאנאי *patrem Perſice* ſignificare; in quo manifeſto falluntur. Dicamus ergo, quod res eſt & explicemus hunc textum linguae Perſi-cae praeſidio. ننه נני *Nane*, *matrem*, بابا פפא (Malaei بافا *Bapa* ſcribunt) *Pa-trem* notat; & ſenſus verborum concidet cum Judaeorum interpretatione, licet in vo-cum etymologia aberrent, eritque, *Filius cen-tum Patrum, at unius matris.* חד fateor fac-

 mi-

minini generis non est, quod oportebat: v
rum quis nescit, generis enallagen Rabbi
esse usitatissimam, & quum נגי non intel
gerent, nec scirent cujus generis esset, f
cile generis faeminini notam potuisse abs
beri?

נבגא

§. XC. Explicatur per ramum, virgultum, virgu
lam. Baal Aruch per נצר & חוטר exponit
quod idem est. Persica vox est نوبك, fa
mentum, ramus a vite amputatus. و excidit
plene enim scribendum fuisset נובגא.

ניאב

§ XCI. Nonnunquam & ניאוב. Exponitur vul-
go per חמת & כוס. Est ipsa vox Persica
نياب *Niab*, *vas*.

נרדשיר

§. XCII. Species lusus, qui ita a voce Persica,
نردشير *Nerdeschir*, appellatur. Falluntur
Judaei, qui putant esse ludum Scacchicum,
quum sit ludus κυβείας vel ἀστραγάλων, vulgo
a sono *Tictac* dictus, uti pluribus ostendit Vir
incomparabilis Thomas Hyde in singulari li-
bello

ello *de Ludis Orientalium*, *pag.* 4. qui illum
Ierdiludium appellat.

סינר

Cingulum, *zona*. Convenit cum ζωνάριον §. XCIII.
: זונרא, sed quum Persae زنار *Zennar*
iquando pronuncient, hinc aptius סינר per
od ab hac voce deduci putem.

ערבלא

Scribitur & ארבלא. Cribrum. Vox apud §. XCIV.
ersas & Arabes in usu eodem sensu, غربيل
ערבי ab illis, his ערבאל غربال pro-
unciatur. Hinc patet meliorem esse scriptio-
em ערבלא quam ארבלא.

פסריות

Non quidem in Talmude, quod sciam, sed §. XCV.
ntiquissimo libro Tanchuma sive Jelamme-
enu haec vox legitur, ubi dicuntur lapides
uisse Jacobo Patriarchae פסריות. Sensus sua-
let id transferre per cervicalia. Persica vox
وسادة *Visada* est *cervical*, quae sine dubio
eadem est, ו in פ literam ejusdem organi mu-
ato. In *Bereschit Rabba Sect.* 68. *pag.* 398.
ubi de eadem re sermo est, dicitur רבי ברכיה
בשם רבי לוי אמר אותן האבנים שנת

 יעקב

יעקב אבינו תחת ראשו ועשה תחתיו כמטה וכפירנס *R. Berachia nomine R. Levi ait, lapides illos quos capiti ſuo ſuppoſuit Jacob pater noſter evaſiſſe inſtar lecti &* פירנס. Exponitur per נוצה & כסת, *pulvinum.* Haec quoque vox barbara eſt.

פפוסיא

§. XCVI. In Midraſch Schemuel legitur, & a Poſtello transfertur per *calceos. Dubito*, ſcribit Eruditiſſimus Buxtorfius in Lexico Talmudico, *pag.* 1781, *an recte.* Ego non dubito, quia پاپوش כאפוס Perſice *calceum* notat. Vide, lector, an non & in פפוס vel פפוש debeat mutari illud פשוש, quod idem ſonat, & פטיש aliquando ſcribitur. Ita fere ſuſpicarer.

פרונקא

§. XCVII. *Nuncius, Legatus.* Eſt ipſiſſimum Perſicum پروانک *Parwanak.*

פרניאן

§. XCVIII Serici ſpecies. Eſt Perſicum پرنیان פרניאן quo ſericum molli is appellant.

פרסישמנג

Ita Auctor Lexici Aruch explicatque per §. XCIX.
הדיין הגדול *summum Judicem*. Alii scribunt
פורסי שמנג inserto ו & distincta voce in duas.
Invenitur *cap.* 3. Gemarae Gittin. Vulgo habetur pro Persica: quod si sit, suspicor eandem esse cum Βαρσαμανάται, *Viri potentes*, quod nomen erat dignitatis inter Persas. Vide supra *pag.* 146.

פרצטק

Nuncius sive Legatus. Ita scribit Baal Aruch. §. C.
Alii פרוסתיק & פריסתק. Est indubie vox Persica si ulla. فرستة פרשטה est *Nuncius*, in plurali فرستكان, פרשטכאן. Sub פ & ר legi debet Chirek. Vox affinis est פרסתק, quae per *rete* vulgo transfertur, *cap. ult. Gemara Cholin*. Persice فرشتك notat *hirundinem*.

פת

Idolum. Persice est بت *Bot*, quod idolum notat, & omne quod adoratur. Nos in eadem voce B in P (uti Hebraei בת in פת) mutavimus, dicentes *Pagode*, id est, Templum in quo idolum collocatum est, ex بتكده *Botkada*. Est ea vox usitatissima in §. CI.

colo-

coloniis noſtris quas in India Orientali habemus. Conjunxerunt vocem פת cum כומרים, quo nomine Sacerdotes idololatricos appellant, & ordinario פתכמרים ſcribunt, uti & in Aruch invenitur. At Benjamin Muſſafia in ſcholiis ſuis obſervat יש מפרשים פת של כומרים וחולקים המלה לשתים *eſſe qui exponant* פַּת ד״ כומרים *& vocem in duo dividant.* Vocabulum פתכרין nil aliud eſt, quam פתכומרים, & ſunt codices, ubi pro illa haec vox legitur.

פתילה

§. CII. *Ellychnium.* Ipſa vox Perſica پتيله *Petila.*

קפא

§. CIII. *Trabs* Perſice & Graece, ſi Judaeis credimus, At non puto ex Perſia vel Graecia hanc vocem arceſſendam. Arabibus قفة קפה notat omne quod oblongum eſt, uti trabem, palum, &c.

קרמן

§. CIV. Eſt regio ſub imperii Perſarum, vulgo Carmania; non vero nomen loci in Babylonia, uti quidam volunt. Adeoque lectus Carmanicus

manicus in Aruch recte explicatur per מטה של פרסיים *lectum Persicum.*

קשבא

§. CV. Genus dactyli, quod in Persia provenit, & a Persis ita appellatur. In Talmude קשבא scribitur, e quo duo loca notavit R. Nathan in Lexico, quod Aruch appellavit, & observat esse מין דקל והוא דקלא פרסאה *speciem esse dactyli & quidem Persicae.* Hodieque apud Persas كشبه *Caschba*, species dactyli est, sed cujus descriptionem accuratiorem dare nequeo.

רונגר

§. CVI. Invenitur haec vox in *Cap.* 8. *Jevamot*, *& cap.* 8. *Bava bathra.* notatque idem quod operarium mercede conductum ad diem, si fides R. Nathani *in Aruch*, qui Persicum esse scribit, nam רון explicat per יום diem, & גר per שכיר. Forte scribendum רנגבר رنجبر quae vox Persis idem illud significat, quod auctor libri Aruch vult, (licet גר & רון male explicuerit,) operarium nempe, qui lucri & mercedis gratia operam suam alicui locat. Quanquam potius dici posset ad defendendum Nathanem רוז روز (quod male in רון vel ipsius vel exscriptorum vitio mutatum

tatum ſit) Perſis *diem* notari & گار נר ſuffixum voci *actorem*, *operarium*, unde nata ſit vox روزگار ſcribenda itaque רוזגר. Lector eligat.

ריסתקא.

§. CVII. *Forum*. Auctor Lexici Aruch R. Nathan ita explicat per שוק. Eſt vox Perſica رشتاق *Roſtac*, quae & ipſa forum ſignificat, uti & affinis رسته *Reſta*. Alii per *plateam*, minus recte explicant. Pro platea utuntur vulgo Talmudici voce אסרט quae eſt Arabica سراط סראט praepoſito א, quam corrupte ita ſcribi putat Cl. Buxtorfius in Lexico, & melius eſſe אסטרט, ut conveniat cum Latino, *via ſtrata*.

שבזיז

§. CVIII. Alii legunt שבזין, quod praeferrem. Notat, ut Judaei ſcribunt, *Sapphirum*. Perſice سبز *Sabz* vulgo Sapphirus dicitur. Gemma, ut plurimum caerulei coloris; at vox Perſica notat colorem viridem qualis recentium herbarum eſt.

שבלוליתא

§. CIX. Herbae ſpecies, *fœnum Graecum*. Perſis vulgo شمبليط שמבלית.

שיבוטא

Nomen piſcis, quem nonnulli thynnum, alii borbotam, quidam coliam Hiſpanicum, alii denique piſcem ab his omnibus diverſum, fuiſſe ſcribunt. Ita micant in tenebris, dum Perſas & Arabes non conſulunt. شبوط שבוט eſt illis piſcis, Siluri ſpecies, Polonis *Sum*, quem Vir in his literis ſummus, Jacobus Golius, in Lexico Arabico deſcribit *tenui cauda, lato ventre, parvo capite, laevem contactu, qui ab Euphrate Halebum* (Aleppo) *portari ſolet.* Manſit, ſcilicet, hic piſcis ſolus in Babylonia, quum aliae aves & piſces, Judaeos in exilio ſecuti e regione Cananaea, cum iis redirent, uti narrant Talmudici in Gemara Hieroſolymitana codicis Taanith, *c.*4. quorum haec verba ſunt: אמר רבי חנינה בריה דרבי אבהו שבע מאות מיני דגים טהורים ושמונה מאות מיני חגבים טהורים ולעוף אין מספר כולהם גלו עם ישראל לבבל וכשחזרו כולהם חזרו עמהן חוץ מן הרג הנקרא שיבוטא ודגים היאך גלו רבי הונה בר יוסף אמר דרך התהום גלו ודרך התהום חזרו.. *Rabbi Chanina filius Abahu dixit ſeptingentas ſpecies piſcium mundorum* (quibus veſci licet) *& octingentas ſpecies locuſtarum mundarum* (o duram noſtris auribus hyperbolen) *& innumeras aves migraſ-* §. CX.

ſe

ſe cum Iſraelitis, quando captivi in Babyloniam fuere ducti, & rediiſſe omnes cum iis quando revertebantur in Palaeſtinam, excepto unico piſce, cui nomen eſt שבוטא. *Verum, dicet aliquis, qua via migrarunt cum iis piſces? Reſpondet Rabbi Hona filius Joſephi, per meatus ſubterraneos iverunt, & redierunt.*

שיחלא

§. CXI. Talmudici in Gemara Chagiga *cap.* 2. ſcribunt de Rabbi Meir ר׳מאיר אכל תחלא ושדא שיחלא לברא *R. Meir comedit dactylos & exteriora projecit foras.* Ita verto nam شكلة *Schikala* (quod idem mihi eſſe perſuadeo cum שחלא) notat Perſis proprie *ſegmentum aliquod, uti pomorum,* a شكلبدن, *findere*, licet & de aliis rebus uſurpetur. Adeoque ſenſus erit, ſegmenta omnia, in quae pomum diſſecatur, quum nucleus eximendus eſt, ſivepartes quaſvis rejeciſſe R. Meir, excepta medulla. Simili phraſi in *Buſtan* Scheich Sadi dicitur

بخور بسته مغز و بينداز پوست

Comede amygdali medullam, & abjice corticem.

In *En Iſrael*, *pag.* 339. legitur idem paulo aliter ר׳ מ׳ אשכח תמר אכל תיחלא *R. Meir invenit palmam, comedit dactylum,* &c.

Et

Et mox utrobique ר׳ מ׳ רמון מצא תוכו אכל קליפתו זרק *R. Meir malogranatum invenit, medullam ejus comedit, corticem abjecit.* תחלא idem eſt quod Arabicum دقل *dactylus*: quare & R. Nathan, *in Aruch* תוחלא vertit per תמרה *palmam*. Vide illum in voce אצפא.

שכור

Legitur in Gem. Sanhedrin *c.* XI. יומא חד נפק לשכר בזאי *die quodam exivit* לשכור &c. Quod vertunt, *venatum* ad capiendam praedam. Non male. Sed veram vocum originem neſciunt; ex traditione tantum πατροπαραδότῳ rem retinuerunt. Perſicum eſt شكردن, *Schikarden*, *venari*, *praedari*, quod eſt שכור, nam دن *Den* terminatio infinitivi apud Perſas eſt. §. CXII.

שפטא

Stultus. Eſt ipſiſſima vox Perſica شفته *Schifta*, quae idem ſignificat, a verbo شفتن *dementem*, *inſanum eſſe*. §. CXIII.

תג

Corona. In Targum ſaepe occurrit, quod vide in Lexico Talmudico Buxtorfii, & in §. CXIV.

Tal-

Talmude. vide Aruch. Vox est origine Persica تاج *Tazj*, *tiara*, qua & Arabes & Malaei utuntur, at qui Persis eam debent. Fallitur Benjamin Mussafia, scribens lingua Romana תג coronam notare.

תכא

§. CXVI. *Mensa*. Lingua Graeca *solium* significat, scribit Mussafia. Falleris, o bone! mensam notat Persice تخته *Tochte*. Vox affinis تخت *Tocht*, solium significat. Majus otium nacti plura, Deo volente, colligemus.

INDEX

INDEX LEMMATUM IN DISSERTATIONE DE SAMARITANIS.

X *Re-*

Con-

IN

DISSERTATIONE VIII.

DE RELIQUIIS VETERIS LINGUAE PERSICAE.

Gan-

LEMMATUM

IN

DISSERTATIONE IX.

DE PERSICIS VOCABULIS TALMUDIS.

INDEX

Locorum Sacri Codicis.

GENESIS.

EXOD.

LEV.

LEVITIC.

NUMER.

DEUTERON.

JOSUA.

NE-

I N D E X

R E R U M.

A.

Pal-

B.

Bar-

Tiara.

Dc-

Magi.

E.

Epi-

F.

G.

H.

I.

Jo-

K.

L.

M.

M.

ab-

N.

O.

Paard,

P.

abo-

Raga,

R.

S.

Saces,

סרבל

V.

X.


Z.

FINIS.

ERRA-

ERRRATA graviora & nonnulla, quae addenda ſunt ſuis locis, haec obſervavimus. *Pag.* 31. *lin.* 17. lege *ratione nixi, noſtri pronunciant.* pag. 45. lin. 17. & 18. lege *cum ipſo non voluiſſent adſcendere Hieroſolymas.* pag. 48. lin. 13. dele *legunt.* pag. 57. lin. 22. *idolorum cultu.* pag. 116. lin. 16. *ungulus a* κίνδυλος. pag. 136. lin. 2. poſt οὕτως, adde, *ut ipſi cum Epiphanio, quem deſcripſiſſe videtur, magis conveniat, & ne bis idem ſonus recurrat, licet Graecum magis ante conſonam ſit* οὕτω.) p. 141. lin. 2. *fuero.* pag. 156. lin. 18. *Niphaten.* pag. 158. lin. 23. *ominis cauſa.* pag. 168. lin. 5. poſt, *formatum. Quod exiſtimamus ex Biblico & Talmudico* חרס *pro Sole, &c.* pag. 169. lin. 3. *Perſicam,* خور *exprimit.* & l. 5. *nam &* خر *Chor, ſive Chur, ſolem notat ſine Waw, & Damma, &c.* & lin. 10. *dictus, ut vulgo creditur.* pag. 171. l. 21. *Et ſimiliter Clemens Alexandrinus* in Paedagogo. lib. II. pag. 116. *Indiae fluvium Choaſpen facit:* Χόασπις ποταμὸς οὕτω λεγόμενος τῆς Ἰνδικῆς οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐις πόσιν. pag. 191. lin. 8. *Oſtanes praeceptor, vel, ut alii volunt, ſucceſſor.* ibid. lin. 17. *fuerunt, vel potius ſacerdotem ignicolarum.* p. 225. lin. 1. *offerendi perduret.* ibid. lin. 17. poſt, *expertes. Confer, unde haec petita videntur, Auguſtinum de civitate Dei lib.* x. *c.* 11. pag. 227. lin. 7. *In nomine Domini.* pag. 313. lin. 26. *coincidet.* De reliquis poſtea ubi per otium licuerit. Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.

HADRIANI RELANDI
DISSERTATIONUM
MISCELLANEARUM
PARS TERTIA,
ET ULTIMA.



TRAJECTI AD RHENUM.

Ex Officina GULIELMI BROEDELET,
Bibliopolae. CIↃIↃCCVIII.

VIRO ILLUSTRI

GISBERTO CUPERO

CIVITATIS DAVENTRIENSIS
CUM MAXIME CONSULI
OLIM CONSESSUI ILLUSTRIUM
ET PRAEPOTENTIUM
BELGII ORDINUM
NUPER
QUOQUE QUATUORVIRIS
CUM SUMMA POTESTATE
MODERANDI REM BELLICAM
AD CASTRA DELEGATIS
ADSCRIPTO

HADRIANUS RELANDUS.



On ſine ſumma voluptate omnes Belgae anni proxime elapſi recordamur, quo Te unum e Quatuorviris, qui ſumma cum auctoritate rem bellicam moderabantur, conſpeximus. Quippe caeſo

in campis Ramilliensibus & fugato Gallorum exercitu, singuli dies, quibus illa aestas effluxit, novam triumphi materiem afferebant; donec Brabantia & Flandria, regiones maximae & munitissimis arcibus urbibusque firmatae (quae olim, quando cum tribus Philippis pro libertate dimicuimus, per annos octoginta belli theatrum fuerant) victricibus copiis nostris cesserunt. Ego interea, dum Tibi & aliis jura nostra bellica curae sunt, Mohammedanorum castra lustrare institui, & in rationem belli, quod fere semper cervicibus Christianorum impendet, inquirere. Haec autem, cum nonnullis aliis quae meditationi meae temporibus subsicivis argumentum praebuerunt, Tibi sacrare in animum induxi, ut publicum aliquod extaret testimonium observantiae illius, qua nomen Cuperianum reve-

revereor, toto orbe, ubi literae Graecae & Latinae tam insigni luce a Te perfusae in honore sunt, cęlebratissimum. Non indignaberis, scio, Te ex amoenis Latii & Graeciae campis in Orientem ad tempus rapi, & pro eloquentia Attica vel Romana voces, quae aures Tuas non adeo permulcebunt, Tibi offerri. Haec enim utilitatem quoque suam habere nosti, quum origines variarum gentium & historiae inde lucem accipiant; linguasque & mores populorum, qui licet a nobis immenso locorum intervallo disjuncti sint eundem tamen orbem incolunt, non esse injucundum cognoscere. Non cuivis datum est ad summa eniti; nec in eodem stadio decurrere omnes queunt: sed vel major minorve vis ingenii, vel animi voluptas, vel muneris ratio, alios huc, alios illuc ad diversos labores propellit. Haec

autem Tua est singularis humanitas, Amplissime Cupere, quae praeter alias animi Tui dotes Tibi amorem orbis eruditi conciliavit, quod incitare omnes illos & hortari soleas ex quibus fructum aliquem res literaria percipere potest; & licet forte in illarum Musarum cultu, quae Tibi maxime in deliciis sunt, omne suum tempus non collocent, benigne tamen de ipsorum conatibus judices. Persona, quam sustineo, praecipuas curas meas Orienti vendicat: Tibi tamen ingrata non fuisse, quae inde a me petita sunt & typis descripta, ex sermone Tuo & literis saepe numero intellexi: quare nec hoc exiguum specimen Tibi displiciturum confido. Vale, Amplissime Cupere, & me amore Tuo prosequere. Trajecti ad Rhenum. a. d. XXVI Decembris. CIϽIϽCCVII.

SERIES

SERIES

DISSERTATIONUM,

QUAE

PARTE TERTIA

CONTINENTUR.

X.

DE JURE MILITARI MOHAMMEDANORUM CONTRA CHRISTIANOS BELLUM GERENTIUM.

XI.

DE LINGUIS INSULARUM QUARUNDAM ORIENTALIUM.

XII.

DE LINGUIS AMERICANIS.

XIII.

DE GEMMIS ARABICIS.

X. DIS-

X.

DISSERTATIO
DE
JURE MILITARI
MOHAMMEDANORUM
CONTRA CHRISTIANOS BELLUM
GERENTIUM.



X.

DISSERTATIO
DE
JURE MILITARI
MOHAMMEDANORUM
CONTRA CHRISTIANOS BELLUM GERENTIUM.

I. Constitui hac dissertatione explicare jura belli, quae sibi observanda esse ducunt Mohammedani, quando cum Christianis & aliis religionis suae hostibus iis res est. Quo quidem argumento animus meus eo magis delectatur, quod hactenus vel parum vel nihil ea de re Europae Christianae scripto traditum sit, & tamen nec inutile nec ingratum fore lectori arbitrer. Praeterquam enim quod has Constitutiones Juris Mo- §. I. Ratio instituti.

Mohammedici cum Jure Romano, aut aliarum gentium conferre, non ſine voluptate, liceat; implicantur Chriſtiani Europaei ſaepiſſime bello Turcico, quod vix diu evitari poteſt, quum veram pacem cum iis nunquam ineant Turcae, ſed inducias modo ad certum tempus concedant, quas tantum abeſt pacis nomen mereri, ut praeparatio potius ad bellum futurum appellandae ſint. Et nos Batavi, licet interjectum ſpatioſum imperium Germanicum nos longius a vicinia tam potentis & irreconciliabilis hoſtis removeat, cogimur tamen ad defendendas colonias noſtras, earumque jura, cum Indis nonnunquam, & Perſis, Mohammedicae religioni addictis, militari manu decertare. Nec parum me incitavit, quod non ita pridem in codicem manu exaratum inciderim, qui ordine tam concinno praecipua quae ad hanc materiam illuſtrandam faciebant, maxime juxta mentem Juriſconſultorum Indorum & Perſarum ex quampluribus ſcriptoribus collecta, complectebatur, ut non potuerim diutius ea premere & orbi literato hanc partem Juris Mohammedici negare.

§. II. Bellum contra Chriſtianos quid, & quando gerendum.

II. Eſt itaque hoc Bellum, quod Arabes جهاد appellant, juxta definitionem Mohammedanorum, Certamen cum hominibus a fide Mohammedica alienis, vel immorigeris,

geris, initum religionis causa; vel جهاد في سبيل الله باموالهم وانفسهم sive Consecratio sui & bonorum suorum, ad debellationem impiorum atque rebellium, & Mohammedismi confirmationem aut promotionem. Quae ut melius percipiantur, scire conducit, Mohammedem, quum se primo Prophetam a Deo missum jactaret anno aetatis quadragesimo, bellum non praecepisse, sed dissuasisse, sic ut ipse fugere quam resistere hostibus maluerit, monens patienter ferre injurias inimicorum. Postea vero opibus & viribus auctus, a Deo sibi revelatum finxit, licere sibi & suis se defendere contra impios; & tandem magis firmatus, etiam aggredi bello hostes suos omni tempore fas esse pronuntiavit, exceptis quatuor mensibus anni, duobus primis & postremis, qui propterea حرم sacri appellantur, Surat. IX. 5. 36. Denique & iis ipsis mensibus, quos exceperat, bellum gerere permisit contra illas gentes, quae sanctitatem illorum mensium non agnoscerent, quales nos Christiani, & alii, sumus a religione Mohammedica alieni.

§. III. Commendatio ejus belli.

III. Ad commendationem belli contra infideles (liceat mihi hac voce illos designare qui Mohammedicam religionem non amplectuntur) multa leguntur tum in Alcorano tum in حديث sive *traditionibus* de dictis & factis Mo-

Mohammedis, & duodecim Antiſtitum ſive ſucceſſorum Mohammedis, quos Perſae, iique ſoli, magno honore proſequuntur & امام *Imamos* vocant, id eſt, Antiſtites ſive Principes. Nihil in orbe praeſtantius eſſe dicunt, quam ad iſtiuſmodi bellum ſe accingere, & qui in eo occiduntur استشهادا في سبيل الله *in ſemita Dei* uti Martyres occumbere; gladium eſſe clavem coeli & inferni; nil Deo gratius accidere minima gutta ſanguinis pro religione effuſa, & finium ſuorum defenſionem, vel per unius noctis ſpatium, praeſtare jejunio bimeſtri. Huc & illud dictum Mohammedis ſpectat من اغبرت قدماه في سبيل الله حرم الله عليه النار *Deum non concedere igni infernali poteſtatem in eùm, cujus pedes in ſemita Dei* (i. e. ejuſmodi bellis religionis cauſa ſuſceptis) *pulvere conſperſi ſunt.* Et Alcorani *Surat.* II.v.149. ولا تقولوا لمن يقتل في سبيل الله اموات بل احيا. *Et ne dicatis illos qui in bello pro religione occiduntur mortuos eſſe: vere enim vivunt.* Et omnia illa quae leguntur *Surat.* x. & paſſim per totum Coranum. Huc quoque faciunt ea quae leguntur apud Busbequium, in *Epiſt.* I. *Legat. Turcicae. Habent hoc in opinione Turcae, ut nullorum animas majore compendio in coelum evolare credant, quam virorum fortium qui in bello ceciderunt, pro quo-*

rum

rum etiam incolumitate virgines quotidie ad Deum preces & vota faciunt. Et in Jure Canonico viciſſim (ne ſors Chriſtianorum hac parte iniquior ſit ſorte Turcarum) Nicolaus, ad exercitum Francorum ſcribens, milites occiſos in bello contra infideles coeleſtibus adjungit. *c. omnium.* 23. *quaeſt.* 5. *Omnium veſtrum noſſe volumus charitatem, quoniam quiſquis, quod non optantes dicimus, in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi coeleſtia minime negabuntur.* Et Leo IV. *c. omni.* 23. *quaeſt.* 8. *Omni timore ac terrore depoſito contra inimicos ſanctae fidei & adverſarios omnium religionum agere utiliter ſtudete. Novit enim Omnipotens, ſi quilibet veſtrum morietur, quod pro veritate fidei & ſalvatione patriae ac defenſione Chriſtianorum mortuus eſt, & ideo ab eo praemium coeleſte conſequetur.*

§. IV. De perſonis ad bellum contra Chriſtianos aliosque infideles, qui eos aggrediuntur, obligatis.

IV. Si contingat infideles irruere in terras Mohammedanorum, vel exercitum in fines eorum inducere, tenetur unuſquiſque omni ope eos repellere. Quod ſi res patiatur ut praeparatio ad bellum & collectio exercitus fieri poſſit, nullus Mohammedanus ab hoc officio immunis eſt, ſive dives ſive pauper, ſive liber ſive ſervus ſit, ne faeminae quidem, modo vim reſiſtendi habeant, etiamſi nec domini ſervis permiſerint, nec mariti uxoribus, nec creditores debitoribus, nec parentes liberis,

nec ipſe *Imam* juſſerit. Eſt autem إمام *Imam* proprie *Antiſtes*, vel *Princeps*, atque ita etiam nos per totam hanc diſſertationem voce Principis utemur, ut idem innuatur, quem Mohammedani إمام vocant: & per eum intelligitur Ille qui ſumma cum auctoritate toti populo praeeſt tam in rebus ſacris quam civilibus, uti Imperator Turcarum, Perſarum, &c. Apud Mohammedanos enim illae dignitates in unam perſonam collatae ſunt, quare dicere ſolent Prophetam ſuum (Mohammedem) imitatum fuiſſe Moſen, qui & in rebus civilibus Iſraelitis praeerat, & ſimul rationem cultus Divini praeſcripſit, non Jeſum, qui regnum ſuum non eſſe hujus mundi confeſſus eſt. Quod ſi res non patiatur iſtiuſmodi praeparationem ad bellum, & infidelis unus vel plures aggrediantur Mohammedanum, ſi hic ſe certo occidendum ſciat ubi captus fuerit, tenetur ſe omnibus viribus defendere, nec refert liber an ſervus, vir an faemina, ſanus an aeger, coecus aut mancus fuerit: ſed infantes, ſtulti & furioſi non tenentur. Verum ſi certo non ſciat ſe interficiendum fore, licet ſe hoſti tradere. Mulier autem ſi ſciat ſe vim paſſuram, ubi in manus hoſtiles pervenerit, tenetur ſe defendere etiam ad mortem uſque, quia vitam ei conſervare per damnum pudicitiae non licet. Quicunque minus ſpatio ſexdecim miliarium

(quae

(quae 12000 passus complectuntur)abest ab urbe, vel loco, ubi bellum geritur, idem praestare officium, quod civis ejus urbis vel incola regionis, tenetur. Etiam ille qui 16 milliaribus abest, tenetur se eo conferre quam citissime, ut hostem repellat: quod si ipsi incolae illius loci sufficiant, aut aliunde sat multae copiae confluxerint, non est necesse ut eo se conferat. Si infideles in locis desertis vel montibus castrametentur, procul a locis munitis in finibus Mohammedanorum, modo illa loca vel montes ad Mohammedanos pertineant, censetur idem esse ac si in ipsis finibus castra metarentur. Si hostis unum vel plures Mohammedanos vivos ceperit, & aliquis spem habeat, se captivos illos liberare posse ex manu inimicorum, si festinet, ad id tenetur: quod si captivi jam longe sint deducti in terras hostiles, nec spes sit eos recuperandi, non tenetur.

V. Quum Mohammedani ipsi bellum aliis inferunt propagandae religionis ergo, non tenetur unusquisque, uti in bello defensionis causa suscepto se illi immiscere: sed sufficit tot numero esse ut hostem superare possint: nisi forte Princeps hunc vel illum id singulatim jusserit, aut quis voto se obligaverit, aut in ipso illo loco sit, ubi exercitus uterque proxime se invicem castrametatur, aut confligit, maxime si Moham-

§. V. De personis ad bellum iis inferendum obligatis.

hammedani hoſtibus ſuis impares ſint. Iſtiuſmodi copiarum eductio ſingulis annis ad minimum ſemel fieri debet, niſi validae rationes contrarium ſuadeant, uti defectus copiarum, annonae, pabuli, &c. aut quum hoſtes viribus ſuperiores ſunt. Ita fere uti apud veteres Athenienſes bis quotannis adverſus Megarenſes exercitum educere debebant Strategi, & in agros eorum irrumpere: ſic enim jurabant Δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβάλλειν, uti Plutarchus *in Pericle* tradit. Dum interim ad hoc bellum proficiſcitur Princeps (vel quiſpiam alius, quem ſuo loco ſubſtituit, hoc enim perinde eſt) arces in finibus ſitas idoneo apparatu & copiis inſtruere tenetur, foſſis & vallis munire, & ſingulis regionibus praefectum ſive امير dare, ut rei militari praeſit, nec res publica aliquid detrimenti capiat.

§. VI. De iis, qui militare poſſunt, vel non.

VI. Primo requiritur, ut quis militare poſſit, ſexus maſculinus; faeminae enim & Hermaphroditi non militant: Princeps tamen mulieribus permittere poteſt, ut caſtra ſequantur, & aquae afferendae, aegris curandis, aliiſque uſibus inſerviant.

Secundo, debet attigiſſe annos pubertatis.

Tertio, mentis eſſe compos.

Quarto, liber. Servus enim non tenetur militare, cujuſcunque conditionis ſervus ſit, id eſt,

eſt, ſive I. Servus, cui herus libertatem non promiſit, ſive II. مدبر cui libertas poſt mortem Domini promiſſa eſt, ſive III. مكاتب cui poſt certum redemtionis pretium oblatum libertas addicta eſt, licet maximam illius pretii partem jam ſolverit, ſive IV. partim ſervus, partim liber ſit. Ex quocunque ſervorum genere fuerit, etiamſi Dominus ejus eum juſſerit militare, non tenetur: ſed licitum eſt Domino in bellum proficiſcenti ſervum ſecum ducere, ut ei inſerviat: ſervus tamen non tenetur cum periculo vitae ſuae Dominum defendere. Perſae Imamis ſuis ſive Principibus permittunt, ut conſentientibus Dominis ſervos in bellum ducant.

Quinto. Non debet eſſe ſenex.

Sexto. Nec rei bellicae imperitus.

Septimo. Nec coecus, nec mancus, ita ſc. ut nec pedibus incedere nec equo vehi poſſit. Surat. XLVIII. v. 17.

Octavo, nec aeger, aut mutilus, vel impotens manu. Odontalgia & leves febriculae nec pro morbis habentur, nec aliquem excuſant. Quod ſi quis ob cauſas haſce bello intereſſe nequeat & facultates habeat, ut alium eo conducere poſſit, quidam volunt id fieri debere, alii Doctores ſecus opinantur.

Nono. Debet ſibi proſpicere poſſe de armis aliiſque neceſſariis in bello, & familiae

ſuae

ſuae quam domi reliquit, de victu & amictu.

Decimo. Debet ſibi poſſe proſpicere de jumento; quod ſi non poſſit, non tenetur ad bellum, ſive ab hoſte multum vel parum abſit: ſed alii exiſtimant hanc conſtitutionem de acquirendo jumento tantum habere locum, quum diſtantia eſt 8 milliarium, non alias. Quod ſi quis hominem de ſuo alit, ita ut illud, quod in alium erogat, ſufficiat ſuſtentationi familiae ejus, & de jumento ipſi proſpicit, tenetur ille, qui ita alitur, ad bellum proficiſci.

Undecimo. Non licet militanti obſtrictum eſſe aere alieno, ſi tempus praeſtitutum ſolutioni praeterlapſum ſit & creditor ſolutionem petat, ipſe autem ſolvere poſſit. Nec enim licet ei ad bellum proficiſci, antequam creditori, aut repraeſentata pecunia, aut dato pignore, aut alio modo, ſatis fecerit. At ſi Princeps illum, invito creditore, juſſerit ad bellum proficiſci, nihil juris creditori supereſt, ſed non ſolet iſtiuſmodi debitor periculis nimium exponi, aut in certam mortem mitti, ne quid creditor habeat quod conqueratur. Si vero tempus debitum ſolutionis nondum venerit, aut venerit quidem, ſed debitor par ſolvendo non ſit, diſputatur in utramque partem an creditor debitorem a profectione in bellum retinere poſſit.

Duodecimo. Requiritur in liberis conſen-

ſenſus parentum, niſi etiam his invitis id Princeps juſſerit.

Hiſce conditionibus ſi ſatis factum ſit, tenetur unus quiſque ad bellum proficiſci, vel alium conductum ſuo loco ſubſtituere, niſi Princeps ipſum illum nominatim ire juſſerit.

Quod ſi in morbum incidat, etiamſi uterque exercitus in conflictu ſit, redire illi domum licet: verum ſi alia de cauſa reditum meditetur, ut ſi Dominus ſervum antea miſſum revocet domum, licet, ſi necdum confligant exercitus; ſi confligant, nequaquam.

VII. Tria hominum genera ſunt adverſus quos bellum a Mohammedanis ſuſcipi debet, quorum primum eſt illorum qui defecerunt a fide Mohammedica & rebelles Principi facti ſunt, quos quidem tam diu oppugnare aequum eſt donec aut ad obedientiam redeant, aut in praelio intereant. Si illi, qui in praelio manus conſeruerunt, in fugam verſi diſpergantur, & praeter illos, qui ad bellum miſſi ſunt, alii ſuperſint, quicunque vel in praelio, vel fuga deprehendi poſſunt, occidendi ſunt. Si vero praeter illos, nulli alii ſuperſint, non eſt quod illos perſequantur Mohammedani & occidant: ſufficit victoriam reportaſſe, & vires Mohammedanorum iis pares eſſe. Horum Apoſtatarum faeminas ſive ſervos, illorum ſcilicet, qui praelio non interfuerunt, aut

§. VII. De iis adverſus quos bellum hoc ſacrum geritur.

aut bona eorum, vel mobilia vel immobilia, non licet Mohammedanis ſibi ut propria vindicare: at de iis qui praelio interfuerunt, & eorum bonis, diſſenſus eſt inter Doctores. Alterum hominum genus, quos bello aggrediuntur Mohammedani, conſtituunt Harbii, ſive illi, qui in ſua religione tolerari nequeunt, & in duas ſpecies dividuntur, 1. In illos qui دون الله *praeter Deum*, Solem, Lunam, aut idola, colunt, 2. In illos qui nullum Numen colunt, id eſt, Atheos. Utrique, quamdiu Princeps aliquis inter Mohammedanos ſupereſt, oppugnari debent donec religionem Mohammedicam amplectantur, nec requies iis concedenda eſt, aut acceptandum جزية, *Sjesje*, i. e. pretium pro obtinenda conſcientiae libertate. Quod ſi Harbi aliquis ad tempus habitaverit in terris Mohammedanorum, ita ut eos latuerit ipſum Harbi fuiſſe, non quidem tributum debet, quod ab eo accipere non licet, ſed domino aedium pretium pro earum uſu; & licet eum interficere, vel ad ſervitutem cogere, aut abigere. Tertium genus eſt eorum, qui Librum aliquem pro Divino habitum, uti normam religionis ſuae, venerantur, & اهل الكتاب *populus libri* phraſi Alcoranica, dicuntur, uti Judaei, qui Legem Moſis habent, Chriſtiani, qui Euan-

ge-

gelium sequuntur, & inter Persas illi apud quos liber زند Zend in maximo pretio est. Hos bello vexare tam diu tenentur Mohammedani donec vel religioni Mohammedicae nomen dent, vel pretio libertatem sibi mercentur.

VIII. Hae tres sectae, Judaei, Christiani, & qui inter Persas Magorum institutis addicti sunt κατ' ἐξοχὴν *populi Libri* dicuntur. Verum inter ipsos Mohammedanos & Arabes, non defuerunt, qui Libro alicui, quem finxerant, haeresin suam superstruxerunt, uti ipse Mohammed Alcorano. Inter illos praecipuus fuit, vivente ipso Mohammede, Moseilema quidam qui Librum a se conscriptum Alcorano opposuit, & tot homines in partes suas traxerat in Arabia, ut palmam Mohammedi dubiam facere posse videretur: & quamvis de eo saepe triumphaverint Mohammedani secta tamen ejus usque ad tempora Omaris perduravit. Fragmentum ex ipsius Pseudo-Alcorano habet Abulfarajus *in Histor. Dynast. pag.* 164. & plura alibi extant in libris MSS.tis. Secta quoque Carmathiorum, orta circa annum Christi 890, quae ipsa Mohammedanismi fundamenta sollicitabat, vini usum concedens, & non 5, sed 50, preces quotidie peragendas, & duorum modo dierum Jejunium quotannis celebrandum, aliaque Alcorano contraria,

§. VIII. De tribus sectis, quae libros Divinos sibi esse dicunt.

traria,

traria, praecipiens, Librum aliquem, ſimilem Alcorano, ſibi eſſe jactabat, e quo fragmentum aliquod (in quo notiſſima formula Mohammedis بسم الله الرحمن الرحيم *in nomine Dei ſumme miſericordis*, & alia ad imitationem ſtyli Alcoranici) producit idem Abulfarajus p. 275. Et miratus equidem fui, non extitiſſe plures in Arabia, & regionibus vicinis, qui iſtiuſmodi Libros confinxerint Alcorano ſimiles, ut vanitatem ejus oſtenderent: maxime quum ipſe Mohammed eos provocaverit Capite ſecundo v. 21. & alibi: ſi dubitarent de divina autoritate Alcorani, proferrent vel unum verſiculum ei ſimilem. Quod Mohammedani omnes putant ἀδύνατον. Sed quum potentia Mohammedanorum majora indies incrementa caperet, multi calamum ſuum gladio opponere non ſuſtinuerunt, rati difficile eſſe ſcribere contra illos qui poſſunt proſcribere: quod nunquam tutum fuit.

§. IX. De Chriſtianis eorumque Juribus in terris Mohammedanorum.

IX. Ut autem heic loci notemus, quomodo Chriſtiano (atque ita etiam Judaeo, & Perſae, Magorum aſſeclae, non aliis) liceat habitare in terris Mohammedanorum, obſervandum eſt ſolum Principem vel vicarium poſſe hanc licentiam ei dare, ut in terris Mohammedanorum habitet, cum uxore ſua & liberis impuberibus (qui tamen puberes facti pro ſe ſolvere tenentur, vel e finibus Mohammedanorum

rum

rum migrare) verum tamen ea lege, ut his conditionibus pareat.

1. Ut quotannis جزية sive *tributum* pro se solvat, quod variat pro lubitu Principis, at nunquam minus esse debet pretio & دينار i. e. *Dinar*, nummi aurei, qui 72 grana hordeacea pondere aequat. Licet tamen plus petere a Christiano, quam *Dinar*: verum si praefracte recuset plus dare uno *Dinar*, tenentur Mohammedani ei sive diviti sive pauperi concedere securam in terris suis habitationem. At monent Jurisconsulti Mohammedici, non debere hoc innotescere Christianis, se unico *Dinar* persolvere posse omne tributum debitum per annum, quia nunquam plus darent, & nunc saepe Mohammedani ab iis tres *Dinar* & plus extorquent. Et quamvis post initum contractum de dandis annuo spatio tribus Dinar didicerit Christianus se non potuisse cogi ultra quam ad persolvendum unum Dinar, tenetur tamen pacto stare.

2. Ne Templa, aedesve sacras, aut coenobia exstruat in iis urbibus aut locis, quae Mohammedani ipsi condiderunt, uti Bagdadi, Cufae, Bazrae, &c.

3. Ne domos suas extollat ad eandem vel majorem altitudinem quam habent aedes vicinorum iis Mohammedanorum.

4. Ne equo vehatur: mulo vel asino insi-

dere licet, ea lege ne insideat cruribus divaricatis, ut plerumque fieri solet a maribus, sed ut faeminae. Haec Lex lata est a Chalifa Motawakkel, anno 239. aerae Mohammedicae.

5. Ut in magno hominum confluxu obviis Mohammedanis, quantum potest, cedat & viam faciat.

6. Ut vestes gerat a Mohammedanis distinctas, vel شعار *Schiaar*, *panniculum*, vesti circa humeros adsuat, Christianus quidem cinericium, Judaeus flavum, & Persa nigrum, vel rubrum. Praeterea cingulo coriaceo (Arab. زنار *Zonnar*) & capitis tegumento distincto utatur. Faeminae autem loro vel panniculo, extrinsecus conspicuo, distinguantur, & soleis, calceisve diversicoloribus, ita ut unus niger, alter albus, ruberve sit. Quae constitutio fuit Chalifae Motawakkel Billah, ben Motassem Billah, anno Hizrae 235, quum Baktischuae, medico suo, sed Christiano, iratus esset: quod alii negant, quum usque ad 244 annum in gratia fuerit.

7. Ut in balneis, ubi & Mohammedani adsunt, distinctionis causa torques ferreos, stanneos vel aereos, non alios, gerat.

8. Ut sibi caveat ab enormibus peccatis, uti vini & suillae usu, concubitu cum matre aut filia, adulterio, furto, &c.

9. Ne Mohammedanos ad suam religionem

nem ſeducere tentet, feſta ſua publice celebret, Vetus aut Novum Teſtamentum clara voce legat, aut cantet, vel campanas pulſet.

10. Ne de Deo aut Mohammede cum contemptu loquatur.

11. Ne novi aliquid moliatur contra rem publicam.

12. Ne abſque licentia in Templum Mohammedicum ingrediatur.

13. Ne in حرام ſive ditionem Meccae veniat. Haec regio ſe extendit ab urbe Mecca verſus Medinam tribus milliaribus, quorum ſingula 4000 paſſuum ſunt, verſus Iracam ſeptem milliaribus, Zigranam verſus novem, verſus Altaif ſeptem, & verſus Zjoddam, portum ſinus Arabici, decem milliaribus. Sacram hanc regionem nulli infideli, id eſt, qui Mohammedanus non eſt, intrare licet, quamcunque cauſam fingat vel mercaturam faciendam vel deſiderium videndae Meccae, vel ſi quid aliud. Tam ſollicite hoc obſervant Mohammedani, ut ſi Legatus ipſe Regis, vel Reipublicae, infidelium Meccam proficiſci paret, Princeps ei, ſi in hac regione ſit, aliquem mittere obviam debeat, qui cauſam adventus roget, & ab introitu hujus dioeceſeos arceat: quod ſi Legatus cum nuncio Principis agere non velit, & iter ſuum continuet, tenetur ipſe Princeps ei obviam proficiſci.

13. Ne in حجاز *Hizjaas* commoretur. Eſt ea regio Arabiae, cujus praecipuae Urbes ſunt Mecca, Medina, & Jemama. Licet Chriſtiano eam intrare (adeoque tam ſancta non habetur ac territorium Meccanum, quod ne intrare quidem licet) & per eam iter facere ſed non illic habitare aut commorari.

§. X. De quinque generibus rerum ad hoc bellum ſpectantium.

X. Quinque ſunt, quae in gerendo bello bene diſtinguenda ſunt.

Primo, illa, quae ex genere واجب, i. e. plane neceſſaria, ſunt, quaeque ſine peccato omitti non poſſunt.

Secundo, quae حرام ſunt, i. e. prohibita plane, quae ſine peccato committi nequeunt.

Tertio, quae ſunt سنة, i. e. quae non ſunt plane neceſſaria, ſi quis tamen ea praeſtet bona ſunt & laudem merentur, praecepta ſc. Sunnae, ſive ſtatuta legis ore propagatae.

Quarto, quae ſunt مكروه, i. e. quae non ſunt omni modo prohibita: ſi quis tamen ea negligat, bene facit.

Quinto, مباح, i. e. licita, ita ut qui ea facit, eo non obligetur, nec mercedem conſequatur.

§. XI. De rebus omnino neceſſariis.

XI. Res omnino in hoc bello neceſſariae hae ſunt.

1. Ut antequam Mohammedani infideles oppugnent, eos convertere ſtudeant ad Moham-

hammedanismum, & confessionem Unius Dei, ac veritatis doctrinae Mohammedicae. Quod si Mohammedanus infidelem aliquem occidat, antequam vel Principis, vel vicarii ejus, nomine admonitus sit religionem Mohammedicam amplecti, peccat; at non tenetur ad poenam, aut pretium redemtionis. Istiusmodi admonitio necessaria est, si hostes nostri fando nunquam audiverunt de Mohammede, ejusque religione, at si illorum notitiam habent, non plane est necessaria.

2. Ut ad jussum Principis ad bellum proficiscantur, etiamsi illos duello certare juberet.

3. Ut hostes illos, qui propiores sunt, prius aggrediantur, quam remotiores, nisi Princeps cum illis inducias fecerit, aut hi magis illis metuendi sint. Quidam hoc pro constitutione *Sunnae*, سنة, i. e. re bona, sed non plane necessaria, habent.

4. Ut a bello abstineant, quamdiu se hostibus impares vident.

§. XII. De rebus omnino prohibitis.

XII. Res in bello prohibitae hae sunt.

1. Bellum gerere non licet quatuor hisce mensibus *Surat*. IX. 2. رجب , ذي القعدة ذي الحجة & محرم qui proinde حرم sive *sacri* appellantur. Verum hoc tantum observandum est, quum bellum geritur contra illos, qui sanctitatem horum mensium agnoscunt, quales sunt Persae, Turcae, Indi & Ta-

Tatari Mohammedani: ſed adverſus Chriſtianos, Judaeos, & Gentes, etiam hiſce menſiſibus, licite bellum geritur.

2. Non licet alicui duello certare cum uno ex inimicis ſine conſenſu Principis. Hoc tamen alii cenſent ex genere مكروه eſſe, i. e. bonum, ſi quis negligat, at non omnino neceſſarium.

3. Cedere aut fugere in praelio non licet, niſi hoſtium copiae plus duplo exceſſerint copias Mohammedanorum, quamvis praeviderent ſe impares futuros. Licet tamen fugere, aut fugam ſimulare, ut ſtratagemate aliquo hoſtem decipiant, vel in campum ſibi magis opportunum alliciant, vel ut ventum faventem nanciſcantur, aut ad loca aquis irrigua, vel collem aliquem montemve, deveniant, eo ſcopo, ut majori ſucceſſu ſe defendere aut hoſtem aggredi poſſint, vel ut ſe jungant aliis copiis, qualeſcunque eae ſint, magnae aut exiguae, propinquae vel remotae. Si vero duo infideles Mohammedanum aggrediantur, licet ei fugere; & ſi ipſe eos aggrediatur, & illi pugnam declinent, reverti licet, quia fugae interdictio non unum aliquem hominem, ſed totam multitudinem, reſpicit.

4. Faeminas infidelium, & infantes, & ſtultos, & hermaphroditos, etiamſi iis opem ferant, interficere, vetitum eſt; quod tamen alii

licitum

licitum putant, si hostibus opitulentur, vel alio modo victoria obtineri nequeat.

5. Senes, & homines, vel corpore vel animo imbecilles, qui nec viribus nec consilio prodesse queunt, occidere non licet: at servi infidelium, si & ipsi pugnent, occidendi sunt.

6. Legatos infidelium, sive majores sive minores, occidere vetitum est.

7. Nasum & aures hostibus praecidere non licet.

8. Nec de praeda aliquid celare.

9. Nec hostes inopinantes aggredi, vel interficere, postquam Princeps iis vitam concessit.

10. Nec, post factas inducias, eos oppugnare. *Surat.* IX. 4.

11. Nec flumina aut aquas veneno inficere, si aliis modis hostes superari possint. Nonnulli tamen hoc مكروه esse censent, id est, bonum quidem si negligatur, non tamen tale, ut quispiam ad id obligetur. Alii denique putant hoc solum illicitum esse, si credant in hostium regionibus Mohammedanos versari.

§. XIII. De iis, quae per Traditiones jubentur.

XIII. Quae juxta *Sunnam* requiruntur, haec sunt.

1. Ut omnibus ad praelium paratis ante conflictum preces ad Deum fundantur, quibus

olim Mohammed usus fuisse fertur, quarum exemplum hoc est. *O Deus, qui Librum, Tuum (Alcoranum) coelitus demisisti, & rationes operum humanorum exigis, qui nubes coelestes ad motum cies, in fugam conjice copias hostiles, o Tu, o Tu, qui exhilaras anxios & exaudis preces miserorum! O! qui tollis maximas sollicitudines, tolle meas curas. Tu enim es qui statum meum & sociorum meorum nosti, & Tu mihi & huic populo Tuo contra hostem meum sufficis.*

2. Ut Princeps a suis promissum exigat, se non cessuros in praelio, & per exploratores sollicite in conditionem hostium inquirat.

3. Ut die Jovis cum exercitu rite disposito & in agmina & cohortes diviso proficiscatur, dato signo, quo se noctu ab hostibus queant distinguere. Cur autem, dicet aliquis, die Jovis potius quam alio? Quia (ut puto) dies Jovis Arabice يوم الخميس dicitur, quasi *feria quinta*, & ipsa illa vox خميس *exercitum* notat, quod apud eos in quinque partes, primam, mediam, ultimam, & duo cornua, dividi soleat, unde ipsum illud nomen *diei quinti* tacite animum convertit ad notionem *diei* educendi *exercitus*. Ita apud Athenienses lege cautum erat, ne ante septimum diem mensis exercitus educeretur. Hesychius ἀπείρητο Ἀθήνησι στρατείαν ἐξάγειν πρὸ τῆς τοῦ μηνὸς

ἑβδο-

ἑβδόμης. Apud Lacedaemonios, ne ante plenilunium, teste Suida, in Ἱππίας.

4. Ut suos ad constantiam & fortitudinem voce excitet.

5. Ut consilia ineat cum viris prudentibus, & rei bellicae peritis.

6. Ut lentis passibus cum exercitu procedat, nisi res aliter postulet.

7. Ut, si fieri possit, castra metetur in iis locis, ubi copia aquae & pabuli haberi potest.

8. Ut, si oneri ferendo jumentum impar sit, illud sublevet, & partem oneris in aliud transferat.

9. Ut, si optio detur, non confligat ante meridiem, sed post preces pomeridianas. Eo enim tempore portae coeli apertae esse creduntur, e quibus victoria & misericordia descendunt. Praeterea, quum vespera & nox ii tempori propiores sint, minor copia sanguinis humani effundetur, & si Mohammedani fugere velint, melius sibi tum consulent.

XIV. Quae autem omittere bonum est, licet non sint omni modo prohibita, haec sunt. §. XIV. De iis quae praestat omittere, licet non sint omnino prohibita.

1. Patrem infidelem sua manu interficere.

2. Hostem noctu aggredi sine necessitate.

3. Pugnare ante meridiem.

4. Nervos sive suffragines pedum jumentis suis succidere, nisi prosit; etiamsi illa exercitum sequi non possent: praestat illa interficere.

cere. Sed jumentis hostium nervos succidere licet.

5. Hostem captum in carcere detinere, donec fame moriatur. Narratur Mohammed neminem hoc mortis genere affecisse, excepto uno Akba filio Abi Mojed.

6. Arces & aedes diruere, aquas immittere vallis ex luto vel argilla exstructis, machinas ignivomas in hostem conjicere, domos exurere, & arbores praecipue dactyliferas evertere, si alio modo hostis superari possit.

7. Sine consensu Principis inter duos exercitus medium se interponere, & ibi pugnare.

8. Jumenta hostilia post peractum praelium occidere: at in ipso praelio licet.

§. XV. De iis quae licita sunt, verum & omitti queunt.

XV. Denique, ea quae licita sunt ἁπλῶς, verum & omitti possunt, haec sunt.

1. Principi licet ex armamentario publico vel aere suo arma militibus dare.

2. Iidem licet ad bellum conducere infideles, qui sub tutela ejus, certo pretio persoluto, degunt.

3. Licet omnia tentare, per quae victoria speratur, uti urbes & domos excidere, ignem in castra aut aedes hostium injicere, arbores solo evellere, aquas veneno inficere, aut eas solo hostili immittere, ut submergantur, nulla habita ratione faeminarum, infantium, mercatorum, aut captivorum Mohammedanorum, qui inter hostes versantur.

XVI.

XVI. Addamus hiſce Conſtitutiones quaſdam militares de variis rebus quae in bello ſe offerunt, eo ordine quo illas Mohammedani Scriptores recenſent. Si contingat hoſtes in prima acie collocare Mohammedanos quoſdam, his parcendum eſt, quantum fieri poteſt. Si vero quiſpiam ſciens iſtiuſmodi Mohammedanum interfecerit, reus eſt mortis; ſi inſcius, tenetur ad pretium redemtionis. Et ſi res dilationem pugnae non patiatur, evitandi quidem ſunt illi Mohammedani, ſed ubi omni adhibita cautela nihilominus occiduntur, nec ad mortem, nec pretium redemtionis, tenetur, qui illos interfecit. Copias auxiliarias adſciſcere licet ex infidelibus, modo ne tanto ſint numero, ut a Mohammedanis deficientes pares iis aut ſuperiores eſſe poſſent. Quicunque vires hoſtium & victorias nimis extollit, & Mohammedanorum extenuat, animoſque militum labefactat, e caſtris removendus eſt. Nullus explorator hoſtilis in caſtra recipiatur: & quamvis ille pro Mohammedanis pugnet, privatur portione militantibus debita, & praeda ex bonis infidelis occiſi. Mohammedanus qui infidelem captum occidit ſine conſenſu Principis poenam meretur, non tamen mortis reus eſt, aut pretium redemtionis perſolvere cogitur. Si mulier, aut infans, ab infidelibus captivitati addictus, a Mohammedano occidatur,

§. XVI. De Legibus nonnullis militaribus.

cidatur, tenetur pretium redemtionis persolvere & illum, cujus fuit, alere, sive tenetur Domino ad interesse. Si infidelis puber & captivus religionem Mohammedicam amplectatur, non licet eum interficere, sed Princeps eum pro servo habere potest. Si aliquis nomen Mohammedi det, antequam praelio superatus sit & captus, non occiditur, & bonorum suorum dominus manet. Liberi quoque ejus a servitute immunes sunt, at non uxor, si ea capta sit, tum ante tum post concubitum. In gemino enim hoc casu matrimonium irritum fit & solvitur. Si uxor & maritus, vel alteruter capiantur, dissolvitur matrimonium; at si uterque servituti addicatur, ratum manet.

§. XVII. De securitate, quam Mohammedanus Christiano in bello concedere potest.

XVII. Privati inter Mohammedanos possunt securitatem vitae concedere privatis inter infideles, ita tamen ut ille qui concedit, puber sit, mentis compos, & non coactus id faciat. Haec concessio his verbis plerumque fit اجرتك, vel امنتك, vel انت في ذمة الاسلام, id est, *securitatem tibi concedo. Tu es sub protectione Islamismi.* Quod sive Arabico ea vel Persico sermone efferantur, idem est, uti & si quis verbis synonymis utatur e. g. *Non est quod timeas, jubeo te securum esse:* vel etiam si quis aliquid scripserit & constet illum eo animo scripsisse, ut securitatem alii concedat. Ceterum nil refert sit ne idem cui

secu-

ſecuritas conceditur,liber an ſervus, etiamſi Dominus ejus infidelis eſſet, vel vir vel faemina, vel ſenex, vel inſipiens, aut ineptus ad bonorum ſuorum adminiſtrationem. Quod ſi impuber vel ſtultus ſecuritatem conceſſerit infideli (quae conceſſio illegitima eſt) & infidelis tutum ſe exiſtimans in terras Mohammedanorum venerit, reduci debet ad iſtiuſmodi loca ubi liber eſt. Si infidelis aliquis, ex genere Harbiorum(qui illi ſint,vide ſupra §.VII.)in terras Mohammedanorum venerit, putaveritque ſe tutum eſſe quod voces nonnullas audiverit quibus ei ſecuritas promiſſa videbatur, occidendus non eſt, ſed ad ea loca remittendus, in quibus liber eſt. Mohammedanus unus poteſt ſecuritatem iſtiuſmodi concedere decem aliis, vel ut nonnulli volunt, centum, quando hi in anguſtiis conſtituti eam deſiderant. Sed toti regioni vel urbi aut pago majori privatus aliquis concedere ſecuritatem non poteſt. Hoc ſoli Principi convenit. Formulam ſi quis deſideret iſtiusmodi libelli ſecuritatis, ex Elmacino peti poteſt exemplum, quod capta urbe Hieroſolymitana Omar fil. Alchattabi, incolis ejus ſcripſit, anno Hizrae 60, concedens ſecuritatem iis & liberis & uxoribus & facultatibus & Templis eorum. Talis libellus امان appellatur. Atque ita ſolus Princeps ſecuritatem vitae concedere poteſt infidelibus,

quan-

quando jam capti ſunt, & in manus Mohammedanorum pervenerunt. Perinde eſt in quo loco conceſſio ſecuritatis fiat, an in ipſo loco praelii, vel in fuga, vel arce quadam; modo ille, cui ea conceditur, non ſit in poteſtate Mohammedanorum. Servi Mohammedani qui in poteſtate infidelium ſunt, modo eo non cogantur, poſſunt hanc ſecuritatem concedere infidelibus, quemadmodum & qui mercaturae faciendae gratia in terris infidelium verſantur, uti & ii qui ab infidelibus pretio conducti ſunt, modo illa conceſſio fiat in terris infidelium. Ubi ſemel quis infidelem de vita ſua ſecurum eſſe juſſerit, tenetur praeſtare quod promiſit, niſi conditiones addiderit quae Legi Divinae (i. e. Alcorano) ſunt contrariae. Si infidelis aliquis mercaturae faciendae gratia in terras Mohammedanorum venerit, non antea liber eſt, quam haec ſecuritas ei conceſſa fuerit: eamque non licet ei concedere ultra ſpatium quatuor menſium; ſi quis ultra conceſſerit, irritum eſt. Nec requiritur ut ex hac conceſſione multum emolumenti ad Mohammedanos redundet, ſufficit eam non eſſe damnoſam: adeoque exploratoribus nulla omnino ſecuritas concedi debet. Quod ſi Mohammedanus in terris infidelium ſit, ubi religionem ſuam exercere non poteſt, tenetur eas relinquere quamprimum fieri poteſt, niſi

ſpes

ſpes ſit de convertendis incolis ad Mohammedaniſmum. Si Harbi dicat, ſibi a Mohammedano aliquo conceſſam eſſe ſecuritatem & Mohammedanus neget, fides huic habetur, etiam non interpoſito juramento. Quod ſi, poſtquam infidelis dixerit ſibi conceſſam eſſe ſecuritatem, Mohammedanus ſtatim moriatur, nec conſtet de rei veritate, remittitur ad illa loca in quibus liber eſt, & ſi poſtea capiatur, occidere eum licet. Si *Harbi* quidam obtinuerit licentiam habitandi in terris Mohammedanorum, etiam bona ejus libera ſunt, poteſtque illa donare, vendere, & alio modo dominium ſuum in alios transferre: ſic ut poſt mortem ejus bona ad haeredem tranſeant. Quod ſi haeredem non relinquat, Princeps bona defuncti ſibi vendicat. Si vero idem in terras hoſtium revertatur, ut illic habitet, bona, quae in terris Mohammedanorum relinquit, his in praedam cedunt, & inprimis Principi, niſi Mohammedanum haeredem habeat, qui in bona defuncti ſuccedat. Et ſi in terra hoſtili a Mohammedanis capiatur licet eum interficere, aut ut ſervo uti, & bona ejus cedunt in praedam uti ante dictum fuit. Si Mohammedanus ab infidelibus captus ea conditione reſtituatur libertati ut in terris infidelium maneat, nec eſſe ut adverſi quidquam timeat, non tamen licet ei illic manere, ſed re-

redire debet ad ſuos, quamvis nihil ex bonis infidelium ſibi capere liceat. Quod ſi abſque ulla conditione libertati reſtituatur, licitum ei eſt infidelem perſequi & interficere. Si autem liber evadat ea conditione ut poſtea certam pecuniae ſummam perſolvat, non tenetur eam perſolvere. Si infidelis religionem Mohammedicam amplectatur, & dotem poſſideat, quam reddere uxori deberet, nec uxor nec haeredes ejus jus habent eam petendi. Verum ſi illa diem obeat, antequam maritus religioni Mohammedicae nomen det, vel illa ante ipſum Mohammedicis ſacris initietur & moriatur, haeredes ejus, ſi ſint Mohammedani, jus habent eam dotem poſtulandi.

§. XVIII. De captivis.

XVIII. Captivi duum generum ſunt, vel mares vel faeminae. Faeminae ſtatim ac capiuntur ſervae fiunt, quamvis in ipſo conflictu exercituum captae non fuerint. Eodem modo ſe res habet cum impuberibus. Puberes autem viri omnes in ipſo praelio debent occidi, niſi Mohammedaniſmum ſint amplexi. Circa hos autem captivos optio datur Principi an decollare ipſos velit, an vero manibus pedibuſque truncare, atque ita, ſanguine emiſſo, neci dare. At ſi poſt praelium in manus Mohammedanorum incidant, non occiduntur, aut ſi capti ſtatim Mohammedaniſmum amplectantur, ita tamen ut a placito Principis de-

dependeat illos libertati restituere, aut gratis, aut constituto pretio, vel cum aliis captivis apud hostes permutare, aut servituti addicere. Si Harbi quidam in terris infidelium Mohammedanus fiat, vitae suae & bonis mobilibus consulit, sed immobilia veluti agri & fundi cedunt Mohammedanis. At infantes & partus uxoris gravidae, quae capta est, liberi censentur, ita tamen ut uxor ipsa serva maneat.

§. XIX. De praeda & spolio.

XIX. Nomine *Praedae*, quae Arabice غنيمة dicitur, intelligimus omne illud quod in praelio vel persecutione hostium aut vi aut jure victoriae in manus Mohammedanorum pervenit. Dividitur ea in tres species. I. Mobilia, uti aurum, argentum, aes, merces, &c. II. Immobilia, ut agros & fundos. III. Personas captivas, viros, mulieres & infantes. Sub prima specie continetur etiam illud quod Arabes سلب *Spolium* appellant, & totum cedit illi qui infidelem occidit, nec dividitur, uti praeda dividi solet. Spolii nomine censentur vestes, diademata, ocreae, calcei, torques, armillae, marsupium, annuli, pecunia (quamvis nonnulli velint tria ultima non pertinere ad illum qui eum occidit, nisi Princeps ita jusserit) arma, veluti hasta, gladius, galea, &c. equus inimici cum armatura & ornatu suo, ut & equus qui an-

te illum manu ducitur; non autem equus qui pone eum ſequitur, aut ſarcina veſtimentis aut pecunia onuſta, etiamſi equo impoſita ſit, aut ſervus ejus: haec enim omnia dividuntur inter plures, & praedae nomine veniunt.

§. XX. De iis ad quos jus ſpolii pertinet.

XX. Ad conſequendum hoc ſpolium quinque requiruntur.

1. Ut ille qui hoſtem occidit ſit Mohammedanus, nec alium Mohammedanum impediverit aut praevenerit in occidendo illo inimico. Adeoque Chriſtiani & Judaei a jure ſpolii plane excluduntur, ut & illi qui voce alios impediunt, id eſt, qui hoſtium vires nimis extollunt, & Mohammedanos timidos reddunt. Jus hujus ſpolii pertinet etiam ad infantes, ſtultos, ſervos, mulieres & mercatores.

2. Ut ille qui occiditur, ſit puber, mentis compos, liber, & ſexus maſculini. Adeoque ſi infans, ſtultus, mulier, aut ſervus, non pugnent & a Mohammedano interficiantur, non habet hic jus ſpolii: at ſi pugnent, omnino habet.

3. Ut infidelem aut occidat, aut imparem defenſioni reddat, uti quum capitur, vel oculi ei eruuntur, vel vulneribus conficitur, vel manu aut pede mutilatur. Quod ſi plures concurrant ad interficiendum vel vulnerandum hoſtem, ſpolia inter ſe dividunt.

At

At ſi unus hoſtem defenſioni ineptum reddat, & alter eum interficiat, priori ſpolium competit. Si vero unus eum vulneret, non tamen ita quin ſe defendere poſſit, & alter eum occidat, ſpolium ad poſteriorem pertinet.

4. Ut in ipſo actu praelii fiat. Quare ſi in perſequendo Mohammedanus infidelem occidat, jus ſpolii non habet.

5. Ut cum periculo conjunctum ſit. Adeoque ſi aliquis poſt vallum latens ictu ſclopeti vel bombardae alium feriat, vel captivum, aut aegrum, vel dormientem aut edendo bibendoque occupatum, interficiat, nihil de ſpoliis lucratur. Non requiritur, ut infidelis quum occiditur, pectus Mohammedano obverſum habeat: poteſt enim infidelis fugiens occidi, & jus ſpolii ad Mohammedanum pertinere. Nec illud requiritur, ut diu inter ſe certaverint: poteſt enim dum Mohammedanus & infidelis inter ſe pugnant, alius e Mohammedanis accurrere, & infidelem occidere, atque ita ſibi ſpolia vindicare. Praeterea ſive in duello occidatur, ſive in medio hoſtium, perinde eſt. Nonnulli putant jus ſpolii non pertinere ad illum qui alium interfecit, niſi Principis conſenſu, ſed communis opinio eſt, etiam inſcio Principe, ſpolii jus illi competere.

XXI. Bona mobilia dividuntur in illa, §. XXI. De

bonis mobilibus, quae in praedam cedunt.

quae Mohammedano possidere licet, & in ea quae non licet. Illa quae prioris generis sunt *praeda* appellantur & pertinent ad illos qui pro religione pugnarunt, ubi quinta pars deducta fuerit, & nonnulla alia de quibus mox accuratius agetur: ea tamen lege ut nulli liceat dominium illarum rerum sibi vindicare, antequam rite divisae fuerint: quod tamen alii nolunt extendi ad hordeum & similia, quae ni cito consumantur, & cedant ad usum, perduntur. Licet quoque alimento uti, velut carne, adipe, fructibus, melle, syrupo uvarum, &c. excepto saccharo. Licet etiam animal esui idoneum mactare: sed pellis ad eum locum deferenda est, ubi praeda dividitur, nisi forte pellis ipsa idoneum alimentum sit. Quod si ex illius animalis pelle praeparata sibi pileum aut soleas, aut ligamenta coriacea fecerit, tenetur illa eo deferre ubi praeda dividitur, nec quicquam petere licet pro mercede opificis qui illa confecit, verum e contrario tantum solvere tenetur, quod huic pelli hoc modo dissectae & aptatae decessisse pretii judicatur. Praeter haec nulli licet aliqua re ex praeda uti vel frui: quod si equo e. g. utatur eique insideat, tenetur pretium quasi conductionis solvere: si aliquid perdiderit, debet restituere. Vestibus autem, si quis indigeat, uti licet, at consentiente Principe.

Ar-

Armis quoque, si in praelio iis opus habeat at ea conditione, ut finito praelio ad locum praedae dividendae destinatum deferat. Bona illa mobilia, quae Mohammedano possidere non licet, pro praeda non habentur, uti quorum usus Lege vetitus est, vinum, porci, &c. Porcos servare non licet, sed si vinum sinat degenerare in acetum, est حلال sive *licitum*. Post victoriam uti non decet aedes infidelium diruere, aut arbores exscindere, sed id licet antequam devictus hostis sit, si hac ratione facilius superari possit, ita non licet jumenta occidere, exceptis equis bellicis, si eo modo victoria potiri possimus. Si Mohammedani nanciscantur Euangelium Christianorum, vel Libros Mosis, non licet ea volumina servare, nisi paginae eorum nigro colore prius obducantur, aut si membranacea sint, laventur donec literae atramento scriptae evanuerint: nulla autem ratione licet ea comburere, quia nomina Dei iis inscripta sunt. Illos autem libros servare licet, e quibus utilitas aliqua ad Mohammedanos redundare potest, quales libri Medici, Mathematici, Historici, Philologici, & Poëtici. Quaecunque porro Mohammedanus infideli abstulit pro praeda censentur, uti & illa quae inveniuntur. Si autem illa bona pertinere possent ad Mohammedanos aliquos in terris infidelium habitantes,

vel in caſtris eorum degentes, integro anni ſpatio, antequam diſtribui poſſint, publice conſtare debet, illa bona inventa eſſe in tali loco: quod ſi anno exacto nullus Mohammedanorum ſe dominum eorum profiteatur, in praedam cedunt. Illa, quae Harbi aliquis in regione Mohammedanorum perdidit, Mohammedanis cedunt. Similiter ſe res habet quum mulier in terras Mohammedanorum venit. At ſi mas puber in illas terras venerit, praeda cenſetur. Infantes, mulieres, & partus earum ſi gravidae ſint, pertinent ad eos qui pugnarunt, ita ut quinta pars iis cedat, qui in eam jus habent.

§. XXII. De bonis immobilibus.

XXII. Omnia bona immobilia pertinent ad victores, poſtquam quinta pars deducta eſt. Eſt autem in arbitrio Principis ſitum, an ipſe quintam ex iis ſibi ſervare velit, an vero quintam ex fructibus & proventibus eorum recipere. Quinta ubi deducta eſt, cedit Principi, vel vicario ejus, qui reditus illius convertere debet in uſum publicum, ſc. ut fines praeſidiis idoneis firmentur, pontes ſtruantur, magiſtratuum, judicum, praeconum qui populum e turribus ad ſacra quotidie convocant, aliorumque ſalaria ſolvantur, &c. Nec enim iſtiuſmodi agros vendere, donare, aut in uſum privatum vertere, licitum eſt. Quum autem agri, quos

vi

vi occuparunt Mohammedani, inculti & deſerti ſunt, aut ſine bello in poteſtatem eorum veniunt, ſoli Principi cedunt, & nil militibus in illos juris eſt. Quemadmodum & ad Principem pertinet ager, quem ſine conſenſu Principis milites occuparunt. Nulli licet abſque conſenſu Principis hos incultos agros colere, ſi Princeps aliquis vivat: quod ſi ſine conſenſu eos colat, pretium conductionis ſolvat oportet. Si vero nullus Princeps ſit, ille qui hos agros conſerit aut colit, dominus eorum evadit. Si ager aliquis, vel regio, interventu pacti cujuſdam, ad Mohammedanos devolvatur, manet idem, qui ante, ejus dominus, modo conditionibus praeſcriptis ſatis faciat, & illum vendit & donat, ut lubet, ſi nimirum expreſſe hoc infideles ſtipulati fuerint. Si vero ſtipulati ſint agrum illum vel regionem Mohammedanis ceſſuram in proprietatem ea lege ut ſibi in illa vivere liceat, tributo quodam *Sjesje*, (جزية) quotannis perſolvendo, cenſetur illa regio, quaſi vi eſſet occupata & ad Mohammedanos portio culta & habitata univerſim pertinet, ſed illa portio quae inculta & deſerta eſt ſoli cedit Principi. Nonnunquam etiam ex agris, quos acquiſiverunt Mohammedani, certa pecuniae ſumma, quotannis ſolvenda, exigitur, aut certa portio proventuum quae خراج *Charaz* dicitur. Ita

a جريب id eſt, agro, qui longitudinem & latitudinem habet ſexaginta cubitorum (quiſque cubitus octo palmos complectitur) & hordeo conſitus eſt, exigunt duas درهم *Dirhem* argenti, quarum unaquaeque quinquaginta granorum hordeaceorum pondus habet. Ager idem qui tritico conſitus eſt, dat 4 درهم *Dirhem.* Ejuſdem ſpatii ager arboribus (quaecunque fuerint exceptis olivis & dactyliferis) vel arundine ſaccharifera conſitus, 6 *Dirhem.* Si olivis, 12, vel juxta alios, 10 *Dirhem.* Ea ratione ex agris quibuſdam circa Euphratem ſitis, سواد عراق appellatis, & vi occupatis cenſus jam longo ab hinc tempore colligitur. Si ille qui ejuſmodi خراج ſive cenſum perſolvit, Mohammedicam religionem amplectatur, immunis fit ab eo cenſu, & dominus ejus terrae evadit, nec aliud praeter decimas proventuum elargitur. Qui deſertos agros colit, dominus ejus evadit: at ſi agri iſti certum & notum dominum habeant, eoſque colat alter, pretium conductionis ſolvere tenetur. Si Mohammedanus ab Harbi quodam domum conduxerit, & illa regio a Mohammedanis occupetur & iis cedat in poſſeſſionem, manet illo in domo quam inhabitat, licet proprietas domus ad Mohammedanos tranſierit.

XXIII. Princeps eſt vel ejus vicarius, qui praedam dividit, poſtquam ſpolia illi ceſſerunt, qui in ea jus habet. Porro ex praeda, antequam dividatur, ſolvi debet naulum & merces bajulorum, illorumque qui curam habuerunt jumentorum, & reliquae praedae. Dein ex ea ſolvitur نفل, i. e. extraordinaria praemia iis deſtinata, qui ſingularia ſuae fortitudinis ſpecimina in praelio, vel ſuperando vallo arcis aut alibi ediderunt, vel in locis periculoſis excubias egerunt, vel primi murum conſcenderunt, aut faciles aditus ad expugnandam arcem detexerunt. Obſervandum tamen eſt haec praemia non ſemper ex tota praeda, militibus univerſis deſtinata, perſolvi, ſed ex parte quinta, de qua ante diximus, quae in uſus publicos a Principe convertitur, vel etiam ex publico aerario. Tum ex praeda nonnulla juxta placitum Principis donantur mulieribus, infantibus, ſervis & infidelibus, ſiquidem conſentiente Principe in bellum profecti fuerint; id appellatur رضخ. Quae tamen licet apud Perſas ita fiant, Indi Mohammedani non ex praeda ante ſed poſt diviſionem in 5 partes putant debere perſolvi. In hac remuneratione habeatur ratio operae, quam plus vel minus praeſtiterunt. Ita, qui pugnavit, praefertur illi qui non pugnavit, eques pediti, mulier quae aegrotis curandis

§. XXIII. De diviſione praedae, ejuſque modo.

praeest illi quae mansiones militum curat. His omnibus deductis, reliqua Praeda dividitur in quinque partes aequales, quarum una Principi datur ut in publicos Mohammedanismi usus convertatur, aliae quatuor cedunt victoribus; quo nomine intelliguntur omnes qui praelio interfuerunt ea animi intentione ut pugnarent, quamvis non pugnaverint. Quum praeda in quinque partes aequales divisa est, quinque schedulas ex charta conficiunt, quarum uni inscribunt لله i. e. *Deo*, vel *in usum publicum*, & quatuor aliis للغانمين i. e. *Victoribus*, easque globulis quibusdam, ex luto hunc in finem paratis, includunt, qui quum arefacti fuerint & inter se commixti tolluntur, singuli pro singulis portionibus, atque ita una cedit in communes usus.

§. XXIV. De Subdivisione partis quintae in alias quinque partes, earumque usu.

XXIV. Qui sectam Schafaeorum sequuntur, putant partem illam quintam praedae, quam usibus publicis sacram esse diximus, esse dividendam in quinque partes sibi aequales, quas variis usibus destinant juxta dictum Alcorani, *Surat.* VIII. *v.* 42. انما غنمتم من شي فان لله خمسه وللرسوله ولذي القربي والمساكين وابن السبيل *ex praeda quintam partem sacram esse* 1. *Deo* & 2. *Prophetae ejus*, & *affinibus ejus*, & 3. *Orphanis* & 4. *Pauperibus* & 5. *Peregrinantibus.*

nantibus. Quae repetuntur *Surat.* LIX. *v.* 7. Proprie illi intelliguntur per بني سبيل qui ad domum ſuam patriamve reverti nequeunt, niſi pecunia iis detur. Et مسكين, quod per pauperem tranſtuli, ille Arabibus dicitur, qui in extrema paupertate conſtitutus eſt, qui ne hilum quidem poſſidet, at فقير, quod etiam per *pauperem* vulgo redditur, notat illum qui tantum lucrari poteſt, quantum ſoli alimento ſufficit. Ille autem pauper, qui obaeratus eſt, aut pecunias ſuae fidei commiſſas reddere non valet, الغارم appellatur.

Prima inſerviet condendis arcibus, tutandis finibus, conficiendis pontibus, exſtruendis Templis, Xenodochiis, ducendis canalibus, & ſimilibus rebus, quae ad communem rei Mohammedicae ſalutem ſpectant. Praeterea hinc ſolventur Principibus, Judicibus, Doctoribus publicis, & Viris eruditis, honoraria, aut quocunque nomine illa veniunt quae ad illos alendos & ornandos donantur: uti & ſalaria praeconum, qui populum quotidie ad ſacra vocant, & eorum qui conciones habent, uti & ludi magiſtrorum. Hinc quoque proſpicitur Praefectis aerario & iis qui judicibus aliiſve perſonis publicis ab actis & ſecretis ſunt.

Altera pars diſtribuenda eſt affinibus & cognatis Prophetae Mohammedis, ſcilicet poſteris *Caſimi*, قاسم, abavi, Mohammedis, &

juxta

juxta Schafaeos posteris quoque المطلب qui frater fuit hujus Casimi, tam divitibus quam pauperibus, pueris quam adultis, viris & faeminis, ita tamen ut viri duas portiones accipiant, faeminae unam.

Tertia pars orphanis cedit & pupillis.

Quarta pauperibus, quorum bona non sufficiunt sibi & suis alendis per annum, nec opificio aut alio modo victum sibi parare possunt.

Quinta pars datur peregrinis, qui procul a patria egeni sunt, etiamsi in ipsa patria satis bonorum possideant. Reliquae quatuor partes, uti & quinta a Mohammede ipso, dum viveret, fuere distributae: at post mortem ejus quatuor illae quintae partes iis cesserunt, qui hoc bellum gerunt, & quinta pars, uti & bona a Mohammede relicta cesserunt communi usui Mohammedanorum.

§. XXV. De jure familiae Mohammedicae in praedam.

XXV. Bonum est, licet non plane necessarium, Principem indicem scriptum conficere eorum, qui hinc aluntur, & unicuique tribui praeficere عريف i. e. virum qui novit qui qualesque sint, & convocare illos possit, ac summam destinatam distribuere. Itidem bonum est, licet non omnino necessarium, ut tum in illo Indice scripto, tum in ipsa distributione aliis praeferatur tribus قريش *Koreisjitarum*, e qua Mohammed ortum cepit: quam tribum constituunt posteri نضر *Nadr*,

(al.

(al. نظر) filii *Kinana* كنانه filii خزيمه *Chozeima*, filii مدركه *Modrika*, filii الياس *Aljaas*, filii مضر *Modhar*, filii بزار *Bezaar*, (alii نزار legunt vel etiam نزار) filii معد *Maad*, filii *Adnaan*, عدنان, qui a Patriarcha Iſmaele nonus fuit. In hac autem tribu praeferantur illi, qui conſanguineitate proxime huic Prophetae Mohammedi juncti ſunt. Erat autem ipſe filius عبد الله *Abdallae*, filii عبد المطلب *Abdolmotaleb*, fiiii هاشم *Hazjim*, filii عبد المناف *Abdolmenaaf*, filii كلاب *Kilaab*, filii مره *Morra*, filii كعب *Kaab*, filii لوي *Loweia*, filii غالب *Galeb*, filii فهر *Fihr*, filii مالك *Malik*, filii نضر *Nadhr*, cujus modo meminimus. Inter illos autem praeferantur poſteri هاشم *Hazjim* & *Motalleb*, & hos ſequantur poſteri عبد الشمس *Abdolſchems* fratris germani هاشم *Hazjim*, & dein poſteri نوفل *Naufel*, qui & ipſe frater fuit *Kazjim*, ſed uterinus. Dein ſequantur poſteri عبد العزي *Abdolozzae* & عبد الدار *Abdoldaar*, filiorum قصي *Kozae*, ita tamen ut poſteri Abdolozzae praecedant, quia خديجه *Chadizja*, uxor Mohammedis Prophetae, filia fuit *Chorweiledi*, filii *Azed*, filii *Abdolozzae*, cujus mox meminimus. Tum perveniat ordo ad poſteros زهر *Zehr*, filii كلاب *Kilaab* fra-

fratris *Kozae* mox memorati, dein posteros تيم *Teim* & مخزوم *Magzoum*, ita tamen ut posteri *Teim* praecedant, quia Abubecro & Aischae uxori Mohammedis propius consanguineitate juncti sunt. Post hos veniant posteri جمع *Zjomah* & سهم *Sehm* filiorum قصي *Kasis*, filii *Kaab*, cujus meminimus, posteri عدي *Adi*, fratris *Kasis*, posteri عامر *Amir* filii لوي *Loweya*, & posteri حرث *Haris*, filii فهر *Fihr*. Ita quidem *Schafaei* statuunt: at Persae hoc privilegium solis posteris عبد المطلب *Abdolmotaleb* concedunt. Post Koreishitas proximus locus assignatur انصار i. e. illis qui Mohammedi auxilium & suppetias tulerunt contra hostes, eorumque posteris, dein reliquis Arabibus, denique omnibus aliis. Huic Indici inserere non licet coecos, stultos, mulieres, servos, infideles, rei bellicae imperitos, aut ad bellum ineptos.

§. XXVI. Aliae nonnullae de hac parte praedae Constitutiones.

XXVI. Si miles aliquis morbo aut insania laboret & spes sit recuperandae pristinae valetudinis partem suam ex ante dicta portione quotannis percipiet: at si spes omnis decollaverit, nomen ejus in hoc Indice delebitur, verum aletur ipse, & post mortem uxor ejus, donec innupta manserit, & liberi usque ad pubertatem, non ultra. Quod si de quatuor illis quintis partibus, ad alimen-

alimenta ſupra memoratorum hominum deſtinatis, aliquid ſuperſit, hoc reſiduum inter eoſdem diſtribuetur pro uniuſcujuſque indigentia: quamvis etiam pars illius converti ad uſus publicos & arma poſſit. Non licet Principi aliquid horum diu indiviſum ſervare ne forte interea Mohammedanis id infortunio aliquo eripiatur, ſed omne, quantum eſt, dividi debet. At in iſtiuſmodi calamitate unuſquiſque tenetur vim hoſtilem repellere. Si ſtatutum tempus hujus diſtributionis praeterlapſum ſit, & inveniantur bona, quae dividi poſſunt, licet ei, qui ſe in ea jus habere putat, illa poſcere. Si nulla bona ſint, poſcere non licet: at aerarium tamen publicum ei debet. Si quiſpiam eorum, quibus haec deſtinata ſunt, poſt annum integrum ab eo tempore quo haec bona ſimul collecta ſunt moriatur, portio ejus tranſit ad haeredes: ſi nondum elapſo anno poſt collectionem ad plures abierit, haeredes partem adipiſcuntur habita ratione temporis, quo vixit poſt horum bonorum collectionem. Si autem ante collectionem moriatur, haeredes nil juris habent. Haec omnia non tangunt niſi bona mobilia: at immobilia ut fundi, agri, aedes, fiunt وقف & convertuntur ad uſus pios, & reditus eorum eo modo quo dictum fuit ſemel in anno diſtribuuntur: vel aliis venduntur & reditus annuus ejus ſummae eodem modo dividitur.

XXVII.

§. XXVII. De quatuor reliquis partibus praedae.

XXVII. Quatuor reliquae partes dividuntur inter victores, quo nomine comprehenduntur omnes illi qui bello interfuerunt ea intentione ut pro religione pugnarent, quamvis ipsi non pugnaverint: requiritur tamen ut ante praedae acquisitionem adfuerint: si enim postea advenerint, nulla pars praedae illis debetur. Qui finito praelio moritur, quamvis omnis praeda collecta non sit, jus habet in praedam & illud ad haeredes suos transmittit: at si in ipso conflictu moriatur, nihil habent haeredes quod petant. Jurisconsulti tamen Persarum censent liberos ipsos non excludi a jure praedae, etiamsi post collectionem praedae, sed tamen ante ejus distributionem, nati fuerint: & juxta eosdem etiam iis portio praedae cedit, qui opem laturi Mohammedanis advenerunt, etiam post collectionem praedae, modo ante distributionem venerint. Sed juxta Shafaeorum decreta pueris haec praedae portio non competit, non magis quam mulieribus, servis, & infidelibus, qui omnes minori dono, رزق dicto, contenti esse debent. Sunt tamen Doctores, qui putent servos, si consentientibus Dominis in bellum profecti fuerint, hac quoque praedae parte frui debere. Non desunt, qui putent servum, si equo Domini sui in praelio usus fuerit, aliquid Domino suo pro usu equi offerre debere, & portionem aliquam,

quam, ſed minorem illa, quam Domino dedit, ſervo dandam eſſe. Mercatores, opifices, ſutores, ſartores, lixae & alii qui caſtra ſequuntur, ſi ipſi quoque pugnaverint, partem praedae nanciſcuntur: atque ita etiam illi, qui curam jumentorum habent, qui praeter mercedem ſtatutam jus ad hanc praedae partem acquirunt, ſi pugnaverint. Si Princeps turmam quadringentorum virorum, aut minorem, ſuſcipere expeditionem juſſerit dum ipſe in ſuo territorio manet, & haec praedam conſequatur, nec Princeps ipſe, nec totus exercitus in eam jus habent. Si autem Princeps ejuſmodi turmam miſerit, dum ipſe in terra hoſtili profectus eſt ad bellum, & ipſe & univerſus exercitus ejus jus in praedam conſequuntur. Si Princeps ipſe domi manens duas ejuſmodi turmas ad diverſa loca terrarum hoſtilium miſerit, una jus non habet in praedam alterius. Quatuor autem quintae partes praedae inter victores ita dividuntur, ut, quum pedites unam portionem accipiunt, equites duas conſequantur: ſed qui ſectae Schafaeorum addicti ſunt pediti unam, equiti tres portiones, adſignant: & qui duos equos habet, juxta inſtituta Perſarum, tres portiones, nec plures unquam accipit licet quinquaginta equos habuerit. Portionem ejuſmodi equitis conſequuntur illi,

 qui

qui equum licet ab alio conductum secum in bellum duxerunt, & inter equites conscripti sunt, licet forte in praelio equo usi non sint, vel illo uti non possint, uti si ex navi bellica contra hostes pugnent. Qui camelo, mulo, vel elephante, vehuntur non accipiunt nisi portionem unam veluti pedites. Solius equi haec est praerogativa, quod qui illi insident, duplam portionem adipiscantur. Quia tamen aequum est, ut pro ratione fructus qui ex illis animalis capitur, praemium rectori eorum tribuatur, nonnulli Doctores putant رزق i. e. munus aliquid extraordinarium iis dari debere qui illos in bellum duxerunt. Bonum est, at non plane necessarium distributionem praedae fieri in terra hostili, & absque mora vel dilatione. Princeps ex praeda sibi reservare potest, quod lubet, e. g. servas formosas, cimelia aliamve supellectilem pretiosam quae ad Reges vel Principes pertinuerunt.

§. XXVIII. De Pace vel Induciis.

XXVIII. Pendet ab arbitrio Principis inducias cum infidelibus ad certum tempus, non autem perpetuam pacem (quod omnino est prohibitum) inire, si consultum rei Mohammedicae judicaverit, aut Mohammedani impares sint superandis aut repellendis inimicis, nec eos ad amplectendum Mohammedanismum, vel solvendum tributum

tum cogere possint. Verum si spes sit illos ad haec duo vel alterutrum cogendi, licet solummodo inducias facere ad spatium quatuor mensium, quod tamen alii ad annum, nonnulli ad decennium extendunt, & alii quo usque Principi visum fuerit. Si contractus pacis vel induciarum (quas pacem appellant, uti revera pacis nomen merentur initae sc. ad tempus) ineatur adjectis conditionibus illicitis, habetur pro nullo, uti si stipulati fuerint Mohammedani sibi non licere bona sua vel captivos repetere, vel Christianos in terris Mohammedanorum habitantes vel habitaturos minus دينار *Dinar* pro tributo soluturos, vel licere iis (sc. Christianis in terris Mohammedanorum) vino vel porcina uti, aut in regione Arabiae حجاز manere, vel intrare in territorium Meccae. Unde quum Imperatores Turcarum (uti Sultan Ahmed, filius Mohammedis, in tabulis pacis initae cum Henrico IV, Rege Galliarum anno 1604) concedunt mercatoribus Christianis iter facere & mercaturam exercere per omnia loca Imperii sui, hoc tamen Meccae territorium tacite excipitur. Quamvis etiam dici posset proprie Meccam, cui praeest شريف *Scherif* quidam, ejus Imperio non subesse: agit enim omnia iste Scherif pro lubitu, & in titulis suis Imperator Turcarum, se non Dominum vocat Meccae & Medinae, sed il-

 larum

larum *urbium Protectorem* حامي الحصر مين.
Quidam e Doctoribus permittunt ut aliquid donetur ad obtinendam pacem, si aliter obtineri non possit: sed communis opinio est nihil dandum esse: at licere captivos Mohammedanos, si minus benigne hostes cum iis agant, pretio redimere; & si Mohammedani tam arcte undique ab hostibus circumsepti sint, ut effugium nullum supersit, pro illorum libertate pretium promittere. Princeps pacem vel inducias ad certum tempus faciat, aut ut sibi liceat pacem frangere ubi id licitum esse crediderit: verum ea conditio non est concedenda infidelibus. Non licet Principi ulla ratione pacem semel cum infidelibus initam vel inducias frangere & hostili modo cum iis agere, nisi manifesto peccent contra conditiones pactas, vel Mohammedanis se opponant hostiliter, eos occidendo, bona eorum diripiendo aut Mohammedem calumniando. Si vero aliqui modo ex infidelibus hostiliter agendo pacis conditiones irritas reddiderint, & socii eorum eos nec prohibeant nec puniant, censentur omnes fractae pacis rei esse: quod si socii eorum mittant nuncium ad Mohammedanos, doceantque sua culpa non accidisse, quod aliqui e suis peccaverint, pax integra manet. Pacem facere vel inducias soli Principi vel quem ille sibi vicarium substituere volue-

luerit, convenit: & ſervare tenetur & ipſe & ſucceſſor ejus conditiones pacis, ac perſonas & bona infidelium defendere aliaque confaederati Principis officia praeſtare, quae non pugnant cum Lege divina, ſive Alcorano. Si Princeps clare praevideat infideles bellum moliri (modo ne inanis ſit & male fundata ſuſpicio) licet & ipſi pacem irritam pronunciare & infideles ipſos aggredi.

Atque ita quidem habes, lector, Conſtitutiones praecipuas Mohammedanorum de jure belli contra Chriſtianos aliaſque gentes, quae Mohammediſmum non amplectuntur, gerendi, deſumtas a me ex illo Codice MS. to potiſſimum, cujus ante memini, ſervato eodem fere ordine, quantum fieri potuit: quibus pauca de meo inſerta invenies, facile ab aliis diſtinguenda, quae ad illuſtrationem hujus argumenti neceſſaria judicabam.

XI.

DISSERTATIO
DE LINGUIS
INSULARUM
QUARUNDAM
ORIENTALIUM.



XI.

DISSERTATIO DE LINGUIS INSULARUM QUARUNDAM ORIENTALIUM.



Tam longe lateque ſe diffundit uſus ſermonis Malaïci per inſulas Orientales, ut difficulter de harum linguis agi poſſit, niſi nonnulla antea de idiomate Malaeorum praelibata fuerint. Quod eo magis neceſſarium eſt, quo rariora illa ſubſidia ſunt, quae ad intellectum ejus ſermonis viam faciunt. Quare non tantum de iis qui linguae Malaïcae aliquam notitiam habere deſiderant bene me meriturum ſpero, verum etiam rem non ingratam facturum iis qui ceteras Orientis lin-

§. I. De lingua Malaïca, uſitata in plerisque inſulis orientalibus.

guas cum Malaïca conferre volent, aut ea legere quae nos de Linguis Insularum aliquot Orientalium scribemus, si brevem Indicem vocum communiorum hujus linguae praemisero. Excerpsi illum ex majori Lexico manuscripto Malaïco-Belgico, quo din urbe insulae Javae Batavia composuit verbi Divini ibidem Minister, M. Leidekkerus, quodque multo accuratius veram vocum scriptionem & significationem exhibet, quam alii libri quorum auctores ex vulgi solum pronuntiatione, non ex codicibus scriptis, linguam edocti sunt. Nomen autem habet lingua Malaïca *a regione Malaeorum*, تانه ملايو *Tana Malaiou*, cujus primaria urbs est *Malacca*, ملاك, quae nomen accepit ab arbore ملاك, *Malaca*, sive *myrobalano*: unde alii linguam hanc Malaccicam appellare solent.

TABELLA

vocum aliquot

LINGUAE MALAÏCAE.

ابو Aboe. *pulvis*, *cinis*.
اتس Atas. *supra*, ut باوه Bawa, *infra*.
اس Asa. *spes*.
اسڤ Asap. *fumus*.

امبت

امت Amat. *valde.*

امس Amas. *aurum.* dicitur etiam مس *Mas,* & كنچانه sed hoc est e lingua Brahmanum.

امڤت Ampat. *quatuor.*

امڤدل Ampedal. *stomachus.*

امڤس Ompos. *hortus.*

انجڠ Anzjing. *canis.*

انتن Intan. *adamas.*

انم Anam. *sex.*

انتڠ Ontong. *sors, fortuna.*

اندڠ Ondang. *leges, statuta.*

اندڠ Indong. *mater.*

انق Anac. *puer, infans, proles* tam brutorum quam hominum : hinc برانق *parere.* بر *Bar* enim nominibus praepositum, possessionem ejus rei notat, uti سايق *alae,* برسايق *alatum esse;* النري *uxor,* برالنري *uxorem habere, uxoratum esse.* ڤرڠ *bellum* برڤرڠ *bellum gerere.* Eadem nomina nonnunquam كن in fine simul recipiunt, quod tamen non immutat significationem, uti a سبسق *squamae,* fit برسبسق & برسبسقكن *squammis praeditum esse.* بلا *auxilium* بربلاكن *opem ferre.*

اوتار Oetara. *septentrio.*

اوتس Oetas. *funis.*

اوجن

اوجغ Oezjong. *angulus*, *extremum.* unde in tabulis Geographicis insulae Borneo *Oezjong salatan* legitur, id est, *promontorium australe* اوجغ سلاتن.

اورغ Oerang. *homo*, *animal.* Dicitur de homine praecipue, ut اورغ كاي *homo dives*: verum & de brutis اورغ ڤاجه *Elephas.*

اولر Oelar. *serpens.*

اوچڤ Oesjap. *loqui*, *dicere.*

اوڤاهن Oepahan. *merces.*

ايبو Iboe. *mater.*

اير Ayer. *aqua.* item, *splendor*, uti gemmarum: uti nostri, *'t water van de peerel.*

ايكت Ikat. *ligare.*

ايكت Ikot. *sequi.*

ايكر Ikor. *cauda.*

ايكن Ikan. *piscis.*

ايو Aya. *piscis.* unde nostrum *een haay.*

اڠكر Anggor. *vinum.*

اڠكس Anggas. *avis.*

اڠكو Angkoe. *Tu.*

اڠن Angin. *ventus.*

اڤ Api. *ignis.*

اڤم Apam. *panis.*

باب Babi. *porcus.*

بات Batoe. *lapis.*

باتڠ Batang. *baculus. truncus.* & quicquid cylindri formam habet.
باج Bazjoe. *toga. veſtis.*
باجن Bazjan. *vas. pelvis.*
بارت Baret. *occidens.*
بارڠ Barang. *aliquid. quidam.*
باسه Baſa. *humidum.*
باكر Bakar. *urere. aſſare.*
بالم Balam. *turtur.*
باو Bawa. *portare. ducere.*
باوه Bawa. *infra.*
باو Bawo. *odor.*
باير Bajer, *ſolvere debitum.*
بايك Baik. *bonum.*
باڽق Banjak. *multum.*
باڬي Bagi. *ſpecies. modus.*
بتين Betina. *faemina*, ex genere beſtiarum uti ايم بتين *Gallina.*
بدل Bedil. *bombarda. tormentum bellicum. ſclopetum.*
برت Berat. *gravis.*
بري Bari. *dare.*
بسر Beſar. *magnus.*
بسي Biſſi. *ferrum.*
بلا Bella. *auxilium.*
بلاكڠ Balakang. *tergum.*
بلي Beli. *emere, mercari.*

بنـاتغ Binatang. *brutum, beſtia.*

بنتل Bantal. *pulvinar.*

بنته Banta. *lis, rixa.*

بنتغ Bintang. *ſtella.*

بنچ Benzji. *odium.*

بنر Benar. *veritas.*

بهـارو Beharoe. *novum. primum.*

بهـاس Behaſa. *lingua. ſermo.*

بهـاكي Behagi. *pars.*

بوت Bawat. *facere, fabricare.*

بورغ Boerong. *avis.*

بوك Boeka. *aperire.*

بوكن Boekan. *non.*

بول Boelo. *pili*, tum hominum tum brutorum, exceptis capillis humanis, qui رمبت appellantur.

بولن Boelan. *Luna.*

بوم Boemi. *tellus.*

بونه Boeno. *interficere.*

بوغ Bonga. *flos.*

بوپ Boenji. *ſonus, clamor.*

بيبر Bibir. *labia.*

بيت Beta. *ego.*

بيرو Biroe. *caeruleus.*

بيلا Bela, *ſimul mori*, uti faeminae Indorum ſolent, mortuis maritis.

بيلق Bilic. *conclave, camera.*

بين

بين Bini. *uxor.*
بين Beina. *nimium.*
بڠكت Bangkit. *ſurgere.*
بڠكس Bongkos. *faſciculus.*
بڠكق Bengkok. *curvus.*
تابر Tabor. *ſpargere, ſerere.*
تابل Tabal. *craſſus.*
تادي Tadi. *mox, paulo antea.*
تار Tara. *aequalis*, unde ستار *convenientia.*
تاري Tari. *ſaltatio.*
تاكت Takot. *timor.*
تالي Tali. *funis.*
تانم Tanam. *herba, planta.*
تامن Taman. *vivarium*, in quo inſula eſſe ſolet tuguriolum ſuſtinens & circa illud hortulus.
تانه Tana. *terra, regio.*
تاه Taho. *ſcire.*
تاڠن Tangan. *manus.*
تاهن Tahon. *annus.*
تاڽ Tanja. *rogare.*
تتق Tatac. *findere, diſſecare.*
تراتق Tratac. *tentorium.*
تربڠ Torbang. *volare.*
ترتاو Tertawa. *ridere.*
ترك Tarka. *divinare, conjicere.*
ترڠ Tarang. *lucidus, clarus.*

تلر Telor. *ovum.*
تمباك Tambaga. *aes.*
تمو Temoe. *occurrere.*
تمن Teman. *ſocius.*
تمڤت Tampat. *locus.*
تمڤغ Tampong. *farina.*
تنترا Tantra. *exercitus.*
تنتو Tantoe. *definitum. proprium.*
تنجق Tonzjoc. *oſtendere.*
تند Tenda. *ſignum.*
تنداكن Tandakan. *excavare.*
توتڤ Toetop. *claudere.* ita كاتڤ.
توجه Toesjo. *ſeptem.*
تودغ Toedong. *tegumentum. operculum.*
تولس Toelos. *ſincerus, infucatus.*
تولي Toeli. *ſurdus.*
تولغ Toelang. *os, oſſis.*
تولغ Toelong. *auxilium.*
تون Toeno. *urere.*
تورت Toerot. *ſequi.*
تورن Toeron. *deſcendere.*
توه Toeha. *vetus.*
توهن Toehan. *dominus.*
توغ Towang. *fundere.*
تياد Tijada. *non.*
تيدر Tidor. *dormire.*
تيمر Timor. *oriens.* unde & nomen Inſulae.

تيته Tita. *mandatum.*

تيك Tiga. *tres:* unde *Poelo Tiga*, nomen Insularum.

تيمه Tima. *plumbum, stannum.*

تيق Tiop. *flare* ore.

تڠي Tenga. *medium, dimidium.*

تڠكل Tinggal. *linquere, deserere.*

تڠكي Tinggi. *altus.*

تكر Tagor. *durus.*

تنجڠ Tanzjong. *Promontorium.* Haec vox frequenter legitur in Tab. Geogr. Insulae *Borneo.*

تكه Tago. *firmus, validus.*

تنن Tanon. *texere.*

جاته Sjatoh. *cadere.*

جاري Sjari. *digiti.* at *Sjara*, mos, consuetudo, modus.

جاوه Sjawo. *longe. longinquus.*

جالن Sjalan. *via.*

جاكت Sjagat. *mundus. orbis.*

جججق Sjasjak. *passus, gressus.*

جرڠ Sjarang. *coquere.*

جنج Sjansji. *foedus.*

جوري Sjouro. *praefectus*, בעל, uti جوري تولس *scriba.* جوري داقر *coquus.*

جڠ Sjong. *navigium majus.* nobis, *een jonk.*

جول Sjowal. *vendere.*

داتڠ Datang. *venire.*

داره Darah. *sanguis.*

داسر Daſer. *pavimentum.*
داكت Dakat. *prope.*
دامر Damer. *fax.*
دامي Dami. *pax.*
دان Dan. *&, praeterea.*
دست Doſta. *mentiri.*
دك Doeka. *triſtitia.*
دكسنا Dikſana. *auſter*, & سلاتن.
دڠر Denger. *audire.*
داڤت Dapat. *invenire.*
داكڠ Daging. *caro.*
دو Dowa. *duo.*
دولاڤن Doelapan. *octo.*
ديوات Diwata. *Deus, Dii.*
دهاك Dahaga. *ſitis.*
ديري Diri. *tu.* item. *ſtare, ſurgere.*
دين Dian. *candela.*
ديڠن Dingin. *frigus.*
راتس Ratos. 100.
راج Razja. *Rex, princeps.*
راس Raſa. *ſentire.* hinc ڤراس *ſenſus.*
راچن Razjon. *venenum.*
راڤه Rapo. *fragile.*
ربت Rabot. *furari. praedari.*
رمبن Rambon. *grando.*
رنتي Rantei. *catena.*
روتن Roetan. *baculus arundineus.* nobis *rotting*
رومه Roema. *domus.*
ريڠن Ringan. *levis.*

روكي Roegi. *damnum*: unde مركبكن *nocere*.
سالة Sala. *error*, *peccatum*.
ساوه Sawo. *anchora*, & لابه.
سبد Sabda. *praeceptum*, *mandatum*.
سجق Sasjoc. *gelidus*.
سبلة Sabela. *latus*, *pars*.
ساكت Sakit. *morbus*. *dolor*.
سرغ Sering. *ſaepe*.
سك Sokka. *gaudium*: item سوك *ſoeka*.
سمبوپ Samboenji. *clam*. *abſconditum*.
سمبلن Sambilen. *novem*. unde dictae Inſulae *Sambilan*, ſive 9. in freto Malaccano, & alibi.
سندر Sandar. *fulcrum*.
ساون Sawan. *morbus*. de pueris dicitur, uti ثياك de adultis.
سوات Sowatoe. *unus*.
سودار Soedara. *frater*, *ſoror*.
سوس Soeſoe. *mamillae*. *ubera*.
سوچ Soesji. *purus*, *nitidus*.
سغ & سبغ Singa. *leo*.
سدس Sadas. *ter*.
سدڤ Sedap. *delicatum*, *bonum*.
سيس Siſi. *prope*, *juxta*.
شكش Schikſchi. *teſtari*.
كات Kata. *dicere*, *loqui*. unde ڤركتان *vox*, *verbum*.

كدغ Kadang. *aliquando.*
كارم Karem. *naufragium.*
كارغ Karang. *rupes, ſaxum.*
كاسه Kaſi. *amor.*
كاڤق Kapac. *ſecuris.*
كاك Kaki. *pes.*
كالو Kaloe. *fortaſſe.*
كام Kami. *nos.*
كام Kamo. *vos.*
كاول Kawal. *vigilia.*
كايو Kajoe. *lignum.*
كاڤر Kapor. *calx.*
كبن Kobon. *hortus.*
كتر Kater. *tremere.*
كتر Kator. *poculum.*
كتوڤغ Katoepong. *galea.*
كچ Kaszji. *deformis. malus.*
كرس Kras. *fortis, durus. vehementia. vis.*
كرق Karoc. *fodere.*
كرم Karem. *miſeria. calamitas.*
كره Kara. *cito, celeriter.* hinc كرهكن *urgere.*
كرغ Karing. *ſiccus.*
كرغكوغن Karongkongan. *guttur.*
كلاهي Kalahi. *pugna.* unde بركلاهي *bellum gerere, certare.*
كلبلغ Koliling. *circum. in orbem.* unde كلولي
بركابلغ *circumire.*

كلولي Kalouli. *chalybs.*
كمبال Kombali. *iterum. reverti.*
كمبڠ Kombing. *hircus, capra.*
كمدين Komidien. *poſt. poſtea.*
كمڤل Kompol. *turba, congregatio.*
كمودي Kamoedi. *gubernaculum navis.*
كن Kenna. *tangere*, unde قر كنان *ſcopus, finis, utilitas* rei, & كناكن *induere* ocreas.
كنجڠ Konzjong. *viſitare.*
كندڠ Kendong. *ſaccus, pera*: at *Kendang* eſt ſtabulum, locus ſepto clauſus.
كنج Konzja. *ſera* portae. hinc انق كنج *clavis.*
كنچڠ Kinzjing. *urinam reddere.*
كنڠ Kening. *ſupercilia. frons.*
كنڠ Kennang. *meminiſſe.*
كهاون Kahawin. *matrimonium.*
كواس Kawaſa. *potentia.*
كوت Kata. *urbs munita, arx.*
كوت Koetoe. *comes, ſodalis.* item, *pediculus*, & كوت انجڠ *culex*, quaſi dicas *ſodalem canis.*
كونق Koetoc. *maledictio.*
كوچت Koezjot. *ſtrangulare.*
كود Koeda. *equus.*
كودڠ Koedong. *mutilus manû aut pede.*

كورس Koeros. *macer.*
كورغ Koerang. *defectus. minus.* hinc Mengourangken, *diminuere.*
كوك Koeko. *ungues.*
كولت Koelit. *cutis., pellis.*
كومن Koeman. *atomus. res minutissima.*
كونغ Koening. *flavus.* Hic est color quo Reges distinguuntur apud Malaeos, uti *viridis* est filiorum Regis, *ruber* ducum & praefectorum militarium, *albus* doctorum, *niger* mortuorum & lugentium.
كويلو Kawiloe. *lepus. cuniculus.*
كبر ٢ Kira-kira. *putare, aestimare.*
كبسر Kisir. *in orbem vertere.*
كبلت Kilat. *fulmen.*
كبن Kijin. *tantum*: unde دوكبن *duplum.* كبن سلام *tamdiu.*
كچل Kisjil. *parvus.*
كبڤس Kipas. *flabellum.*
كڤال Kapala. *caput.* κεφαλή.
كڤال Kapal. *navis.*
لبه Lebe. *plus.* unde ملبه & ملبهكن *augere*, in passivo دلبهكن *augeri.*
لكت Lekat. *adhaerere.*
اكق Lakoc. *cavus.*
لمب Lembo. *bos. vacca.*
لمبت Lambat. *serus. tardus.*

لمبت Lombot. *mollis*, *languidus*. opponitur duro, rigido.

لمبه Lamba. *vallis*.

لنتڠ Lintang. *latitudo*. unde ملنتڠ *trajicere*.

لنتر Lontar. *projicere. jacere*. idem لمڤر *Lim-par*.

لنچر Lenzjar. *citato gradu ferri*: alium *praevertere* : absque haesitatione *pergere*, uti in cursu, in legendo.

لور Loewar. *extra. foras*.

لوك Loeka. *vulnus*.

ليده Lida. *lingua* animalis.

ليار Liar. *ferus*.

ليم Lima. *quinque*. ليم ڤوله 50.

ليهت Lihat. *videre*.

ليهر Lehir. *collum*.

لڠكه Lingka. *gressus*. *passus*.

لمس Lamas. *suffocare*.

لمه Lama. *adeps*. *pinguedo*.

لمڤت Lompat. *saltare*.

لنچت Lonzjot. *porrectus*. in longum & latum *extensus*.

لندڠ Lindong. *umbra*, *refugium*.

مابق Maboc. *ebrius*.

مات Mata. *oculus*. unde Sol متهاري *Matahari* i. e. *oculus diei*, مات اير fons, quasi *oculus aquae*, ut Hebr. עין.

مار Mara. *malum*, *damnum*, *infortunium*.

 ماري

ماري Mari. *veni huc.*

ماسق Masoc. *intrare.*

ماسم Masam. *acidum.*

مابسن Masin. *salsum.*

ماكن Makan. *edere, consumere.*

ماكي Maki. *convitiari. rixari.* item نيستا *Nista.*

مال Maloe. *pudor.*

مالس Malas. *piger.*

مالم Malam. *nox. tenebrae.*

مان Mana. *quid, ubi, quomodo.*

مانس Manos. *dulce, gratum.*

مانشيا Manusja. *homo.*

ماور Mawer. *rosa.*

ماين Main. *lusus. ludus. delectatio.* unde برماين *ludere.*

متري Matri. *sigillum.*

مده Modda. *vilis, contemtus, levis, parvi momenti,* unde مدهكن *contemnere.*

مدو Madoe. *apis.* unde اير مدو *mel.*

مرݢا Morga. *ferae.*

مريو Mariau. *fodina,* auri, &c.

مندي Mandi. *lavare.*

منديده Mendidih. *coquere.*

منڠ Minang. *vincere.*

موت Mowat. *onerare,* hinc موانن *onus, sarcina, saburra.*

موته Moetah. *vomere, exspuere.*

موسم Moesim. *tempestas anni.* ut موسم هوجن *tempestas pluviarum*, موسم كمارو *tempestas serenitatis.* موسم ديغن, *tempestas frigoris.* i. e. *hyems.* nostris vulgo *de Moesom.*

موك Moeka. *facies.*

مول Moela. *principium.* hinc ملاي *incipere.*

مولت Moelot. *os, oris.*

مك Mekka. &c. *praeterea.*

موهن Moehon. *venia, licentia,* unde موهنكن, *veniam precari.*

ملات Malata, *repere.*

ممڤي Mimpi. *somniare.*

منت Minta. *petere, rogare, precari.* hinc فرمنتان *preces.* nam فر praefixum & ن affixum facit ex verbo nomen ut بوت facere فربواتن opus ; انق puer ڤرانقكن *partus, patria.*

مبره Mera. *ruber.*

مينم Minom. *bibere.*

مينق Minjac. *oleum. adeps. butyrum.*

مغاج Mengazji. *legere, studiis operam dare.*

مڠكت Mangkat. *mori.*

ناوغ Nawong. *umbra.*

نايك Naik. *ascendere. surgere.*

نسچاي Nizsjaja. *certe, profecto.*

ننتي Nanti. *exspectare.*

نبلي Niley. *pretium. valor.*

نڬري Negri. *regio. urbs.* ut نڬري اندلس *regio Indalas* : ita appellatur incolis, & vicinis ; insula illa quae nunc vulgo *Sumatra*, a loco quodam excelso in ea insula dicto سمدرا *Samadra*, i. e. *magna formica.*

نڬار Nagara. *metropolis.*

واج Wazja. *chalybs.*

ورت Warta. *rumor, fama.*

هات Hati. *cor. animus, jecur.*

هاتڤ Hatap. *tectum.*

هاتر Hator. *ordo, series.*

هادڤ Hadap. *ante. coram.* unde هداڤي *coram* aliquo *se sistere.*

هاري Hari. *dies.* هاري اين hodie.

هارو Haroe. *commovere.*

هارڤ Harap. *sperare, confidere.*

هارڠ Harong. *carbo.*

هالو Haloe. *conterere, expellere.*

هاڽ Hanja. *sed, veruntamen.*

هاڽت Hanjot. *natare super aquam*, uti de ligno aut navibus dicitur.

هاوس Hawos. *sitis.* item *rubigo.*

هايم Hajam. *gallus. gallina.*

هاڠت Hangat. *calidum.*

هريمو Harimoe. *tigris.*

هله Hale *folium.*

هرڬ Harga. *pretium. valor.*

هميب

همب Hamba. *servus.* hinc برهمب *imperare.*

همقس Hampos, *delere, eradere.*

هنتر Hentar. *ducere. portare.*

هنتم Hantam. *verberare, pulsare.*

هنتي Henti. *quiescere.*

هندق Hendac. *velle. desiderare.* unde مغهندق *voluntas.*

هنچت Hinzjit, *expellere, abigere.*

هنغ Henning. *purus, clarus.*

هوتن Hoetan. *sylva.*

هوتغ Hoetang. *debitum.*

هوچن Hoezjan. *pluvia.*

هول Hoelo. *initium. caput.* item *regiones mediterraneae*, ubi fluviorum capita sunt.

هيل Hela. *trahere.*

هيبر Hibor, *solatium*, unde ڤغهيبر *consolator.*

هيتم Hitam. *niger.*

هيجو Hizjoe. *viridis.*

هيدغ Hidong. *nasus.*

هيدڤ Hidop. *vita.* unde مغهيدڤ *in vita conservare*, مغهيدڤكن *vivificare*, nam مغ praefixum & كن affixum faciunt ex activo transitivum: aliquando & مغ solum ut اجر *discere* مغاجر *docere.*

همقس

همڤس Hampos. *flare.*
* لاد Lada. *piper.*
لار Lari. *currere.*
لاكي Laki. *vir.*
لاوت Lawot. *mare.*
لاير Lajer. *velum navis.*
لاين Lain. *alius.*
لاڠت Langit. *aër. coelum.*
لاڤر Lapar. *fames.*
چاوڠ Sjawang. *ramus arboris.*
چرت Sjirit. *alvum exonerare.*
چرمن Sjirmin. *ſpeculum.*
چمر Sjamar. *impurus.*
چمڤر Sjampor. *miſcere.*
ڤاته Pata. *ſententia. periodus.*
ڤاد Padi. *oryza.*
فادڠ Padang. *campus.*
فادم Padam. *exſtinguere.*
ڤاكر Pagar. *agger. ſeptum.* unde noſtrum *een pagger.*
فتي Pitti. *arca, ciſta.*
ڤدڠ Pidang. *enſis.*
ڤراه Praho. *navis.* unde noſtri fecerunt *een praauw.*
ڤرڠ Parang. *bellum.*

فراغي

* Hic ſequitur لا, Lamelif, in Alphabeto Malaïco, & hoc ordine, quem ſervamus, literas ii diſponunt.

ڤراڠي Perangi. *indoles, natura.*
ڤرتام Pertama. *primus.*
ڤنجڠ Pansjang. *longus.*
ڤنده Pinda. *migrare, locum mutare.*
ڤنت Pinto. *porta.*
فندڠ Pendang. *videre.*
ڤنه Pono. *plenus.*
ڤوته Poeta. *albus.*
فوكل Poekol. *verberare.*
ڤوله Poelo. 10. & سڤول Sapoelo.
ڤولو Poeloe. *insula.* unde insulis maris Indici toties appositum legitur in mappis *Poelo*, vel *Pullo*, i. e. *insula*, ut Poelo Panzjang, i. e. *insula longa*, Poelo Babi, *insula porcorum*, &c.
ڤݢڠ Pegang. *arripere*, *tenere.*
فوهن Poehon. *arbor.*
فيرق Perac. *argentum.*
فچه Pizja, *frangere.*
فڤي Pipi. *genae.*
فتڠ Pitang. *vespera.*
ڤڠݢالن Penggalan. *emporium.* hinc *Bengala.*
ݢاجه Gazja. *elephas.*
ݢادڠ Gading. *ebur.*
ݢارم Garam. *sal.*
ݢاݢه Gaga. *vis. violentia.*
ݢرق Garac. *motus.*

ݢنت

كنت Ginta. *campana.*
كوره Goero. *tonitru.*
كولق Goeloc.
كونغ Goenong. *montes.*
ككي Gigi. *dens.*
كبل Gila. *ſtultus.*
پال Njala. *flamma.*
پاڽ Nianji. *cantare.*
پاو Niawa. *anima.*
په Nia. *abire* unde دپهكن *expelli.*

§. II. De linguis reliquis quomodo agere ſit propoſitum.

II. His ita praemiſſis de lingua Malaïca, quae communis eſt multis Inſulis Orientalibus, ad alias me converto. Nequaquam vero propoſitum mihi eſt illarum linguarum, de quibus agam, Grammaticas integras aut Lexica hoc loco exhibere, ſed tantum lectori aliquod ſpecimen dare tum literarum quibus iſtae gentes in ſcribendo utuntur, (ut ſi vel in epiſtolas vel ſcriptos codices incidat dignoſcere ſaltem eas poſſit) tum communiorum vocum, ex quibus judicium ferri poteſt de convenientia harum linguarum cum reliquis, & ipſorum populorum originibus, quae ex ſermonis affinitate cum aliis ſaepiſſime deteguntur. Nec fere ulterius ſe extendit curioſitas plerorumque hominum, qui quum ad has

has insulas proficisci non cogitent, parum laborant, ut sermonem illarum gentium perfecte intelligere, aut libros earum evolvere possint: adeoque nec de Grammaticis nec de Lexicis harum linguarum multum sunt soliciti. Quos ego non modo non condemno, sed e contrario horas suas optime collocare censeo, si e libris vel patrio vel noto ipsis sermone conscriptis ea hauriant quibus aut sibi aut aliis prodesse queunt. Nec tamen iis ingratum esse posse existimo aliquam habere cognitionem characterum, quibus inscriptae chartae nonnunquam ad manus eorum perveniunt, aut vocabulorum quorundam, quorum collatio cum aliis utilis est ad indagandos gentium illarum ortus a populis vicinis, & illustranda urbium, fluviorumque, orientalium nomina plurima, quae in mappis Geographicis corrupta leguntur, vel, quia ab auctoribus tabularum non erant bene intellecta, lites pepererunt, quae si ad aures gentium Asiaticarum pervenirent magno cum risu exciperentur. Hoc quoque ipsum a munere quo in hac Academia fungor non est alienum, & ad uberiorem linguarum Orientalium notitiam facit, quae tam arcto cognationis vinculo inter se continentur, ut non immerito quidam pronuntiaverit ad unius linguae Orientalis perfectam & omnibus modis absolutam cognitio-

gnitio-

gnitionem, non unius tantum, ſed plurium, imo omnium, quantum fieri poteſt, ſcientiam requiri.

§. III. De lingua Singalaea.

III. Proxima nobis inter Inſulas Aſiaticas, de quibus agam, eſt quae incolis & vicinis *Selan*, سيلان, nobis vulgo *Ceylon* appellatur. Lingua ipſa Singalaea dicitur, quod populi ſe *Singalas*, i. e. leones nuncupent. Scriptura qua utuntur plane diverſa eſt ab aliis, ac morem Europaeorum & Malabarorum, qui ipſis proximi ſunt, imitatur, lineis ductis a ſiniſtra dextrorſum. Literae ſunt octo & quadraginta, quarum quinque vocales breves ſunt, A, I, U, (vel *ου* Graecum, ita enim u pronuntiari hic debet) E, O, quinque longae, AA, II, UU, AY, AU, quibus vocalibus accenſentur quatuor aliae, hoc ſono expreſſae IRU, IRUU, ILU, ILUU, in medio reliquarum collocatae a Singalaeis, quum Alphabetum ſuum ordine deſcribunt. Sunt tamen, qui has quatuor ita exprimunt IRIË, IRIE, ILIË, ILIE, uti Vir Rever. J. Cronenburg, ipſe in inſula Ceylon educatus, in Alphabeto Singalaeo, quod ante annos aliquot mei gratia deſcripſit una cum Syllabario Singalaeo, qui ad eaſdem notavit illarum poteſtatem exprimi recte non poſſe. Figuras tum vocalium tum conſonantium, earumque pronuntiationem exhi-

ALPHABETUM SINGALAEUM.

Vocales Singalaeae	Consonae			Conjunctio vocalium cum Consonis, uti cum PA.
a.	ka.	ŧha.	ba.	pa.
aa.	kha.	đa.	bha.	paa.
i.	ga.	đha.	ma.	pi.
ii.	gha	na.	ja.	pii.
u.	gna	ta.	ra.	pu.
uu.	tsja	tha.	la.	puu.
iru.	tsjha	da.	wa.	puru.
iruu	dsja	dha.	ſa.	puruu
ilu.	dsjha	na.	ſa.	pulu.
iluu	nja.	pa.	ſa.	puluu
e.	ŧa.	pha.	ha.	pe.
ay.			la.	pay.
o.				po.
au.				pau.

exhibet tabula apposita. Undecima autem litera cum tribus sequentibus exprimitur per T, & D sed duabus lineis intersectum, ut distinguantur a 16, 17, 18 & 19, quae ut recte pronuntientur, lingua prius admovenda est palato. Ceterum de declinationibus nominum nihil addam, nisi quod casus distinguantur literis quibusdam in fine addendis, uti *Appa*, *Appagee*, *Appataa*, *Appawaa*, *Appee*, *Appaagen*: & ita in plurali *Appaawaaru*, *Appaawarunnee*, *Appaawarunda*, *Appaawarunwa*, *Appawarunee*, *Appaawarunnen*. Conjugationes vero quod attinet, quae apud ipsos sunt quatuor, plus difficultatis pariunt, quum non uti apud Malaeos ipsum verbum invariatum maneat (qui dicunt ڤوكل *verberare*, & praesens formant praemissis modo pronominibus; praeteritum, praemisso سده *Soedda*, uti بيت سده ڤوكل *verberavi*; futurum praemisso ان *adda*, ut بيت ان ڤوكل *verberabo*; Passivum per جاد *Sjadi*, ut جاد ڤوكل *verberari*) sed praeter pronomina praemissa in ultimis Syllabis mutetur, uti *Kianjai*, loquor, *Kijandoeoenu*, loqueris, & loquitur, *Kianjanu*, loquimur, *Kijandoeoelaanu*, loquimini & loquuntur. Quae omnia accuratissime explicita conspicient harum literarum amantes in Grammatica Singalaea, brevi edenda in pu-

 blicum

blicum Amſtelodami, & ad uſum noſtrarum coloniarum in Inſula Ceylon conſcripta.

§. IV. Index vocum quarundam Singalaearum.

IV. Ut autem & voces quasdam Singulaeas habeas, ſubjungo exiguum earum Catalogum.

TABELLA

vocum aliquot

LINGUAE SINGALAEAE.

Singa. *Leo.*
Dewijoo. *Deus.*
Manuſpajaa. *Homo.* dicitur & *Minihaa.*
Pirimijaa. *Vir.*
Iſtrii. *faemina.*
Appa. *Pater.*
Aswajaa. *equus.*
Nuwara. *Urbs.* unde Oudanour, *urbs alta.* Tattanour, *urbs humilis*, & plura urbium nomina quae hinc lucem accipiunt.
Ahaſa. *coelum.*
Ira. *Sol.*
Handa. *Luna.*
Ratha. *terra. ager.*
Kadhuwaa. *enſis.*
Kaludewaa. *aſinus.*
Radsjurowan. *Rex*, & Razja.
Aadmaja. *anima.*

San-

Sangiippuwa. *honor.*
Wala. *fovea.* Hinc & ex voce *Ponahoy* componitur vox *Walaponaboy*, quod eſt nomen regionis in Inſulae hujus medio (Confer Tab. Geograph.) ita dictae a 50 *foveis*, ſive vallibus.
Rahaſa. *arcanum.*
Pallije. *ſchola.*
Oegoera. *guttur.*
Mama. *ego.*
Api. *nos.*
Umba. *tu.*
Umbalaa. *vos.*
Undoeoe. *ille.*
Undoeoelaa. *illi.*
Mee. *hoc.*
Kawda. *quis?* Ee *ille.*
Koi. *quid?*
Aree. *iſte.*
Jamkenek. *aliquis.*
Koikenecwat. *quicunque.*

Obſervandum, perſonas 2 & 3 variis modis efferri ratione dignitatis perſonarum ad quas, vel de quibus, ſermo eſt. Sic *too* & *uu* ſignificant *ille*, quum de ſervis aut viliſſimis hominibus ſermo eſt. *Umba*, tu, & *Undoeoe*, ille, convenit majori de majore vel ad minorem loquenti, uti Patri reſpectu filii, &c. *Tamun-*

 wa-

wahanſa, *Tu*, & *Ohuwahanſa*, *ille*, eſt minorum ad majorem, vel de eo loquentium. Ita quoque in lingua Malaïca quum ad aequales dignitate loquor, dico ببتـ *Beta*, *ego*: quum ad minores اكو *Ako*: quum coram Rege de me loquor, dico ڤاتك *Patek*, vel همب *Hamba*, quod *famulum* notat, vel ڤمبال انجڠ راج *cuſtos canis Regis*. Eadem ratione *Tu* & *ille* diverſis modis efferunt.

Wahunnaw. *pluit.*

Mama karanja. *ſcribo.* *Mama* eſt pronomen *Ego*. vide ſupra.

Mama lijanja. *facio.*
Mama janjaji. *eo.*
Mama injaji. *ſedeo.*
Mama adahaganjaa. *credo.*
Mama kijanjai. *loquor.*
Mama bandinjai. *ligo.*
Mama woedenjai. *cado.*
Mama moerunkanja. *occidor.*
Mama enjai. *venio.*
Mama aam. *ego veni.*
Mama iſſara-aam. *ego veneram.*
Mama em. *veniam.* in futuro.
Too wara. *veni tu.*
Uu aawawee. *veniat ille.*

Cola.

Cola. *folia.* unde arbor Colambo, & urbs vulgo dicta *Columbo.*

Conde. *montes*, unde urbs regia *Candi* dicta est, sita in montanis, quod adjecta Tabula Geographica hujus insulae ostendit.

Ouda. *altus.*

Corunda. *cinnamomum.*

Gauha. *arbor.*

Weija. *flumen.*

Ponahoy. *quinquaginta.*

Tun. *tres.*

Angul. *digitus.*

Vehar. *templum* Dei primarii *Buddoe*, Βȣττα, quem Indos ut Deum venerari jam olim notavit Clemens Alexandrin. *Strom. lib.* I. *p.* 223.

Dewal. *templum.* distinctum a templis *Vehar* dictis, & ab aliis *Cowel* appellatis Malabarice. Vide *Knox. descript. Ceylon. part.* IV. *c.* 3. & *Baldaei Descriptionem orae Malabaricae p.* 153.

V. Detexi in hoc Catalogo voces aliquas quae huic cum lingua Malaïca communes sunt, ut *Singa*, Leo, unde ipsa vox Singalaeorum quod est سيغ *Singa*, Leo, qui cum convenit Brachmanum *Seng*, quod idem notat. *Manuspajaa*, homo: Malaïce مانسي *Manuschja*, Homo, unde برمانسي, locus in- *§. V. Convenientia earum cum Malaïcis, &c.*

 nu-

hitatus ab hominibus. *Kaludewaa*, aſinus, Malaïce كلدي *Kalidi*: ſed quum ea vox origine ſit Malabarica & plurimae aliae voces Singalaeae a Malabaribus, quibus proxime adjacent, ortae ſint, ad hanc potius linguam referenda eſt. *Razja* Rex. Malaïce راج *Razja*. *Iſtrii* uxor, Malaeis استري *Iſterii*, idem. Nonnullae voces cum Perſicis conveniunt, uti *Aswajaa*, equus, اسب *Aſp*. *Rahaſa*, arcanum راز *Raz*, רזא Chaldaeis, arcanum. *Bandinjai*, ligo, بند *Band*. *Dewijan*, Deus, Perſ. ديو *Div*, Genius.

§. VI. De Linguae Malabaricae uſu in inſula Ceylon.

VI. Sed video mihi, antequam Inſulam hanc relinquam, aliquid de lingua Malabarica dicendum eſſe. Magnam enim hujus Inſulae partem incolunt Malabares, quae vulgo Regio *Coilat Wanea* de nomine Principis eos gubernantis appellatur, & cujus extenſio videri poteſt in Mappa Geographica adjecta. Hi ſubjecti non ſunt Regi Selanenſi, nec nobis, qui oras maritimas fere omnes hujus Inſulae poſſidemus, ſed Principi ſuo. Praeterea maxima pars accolarum orae maritimae utitur lingua Malabarica; ſic ut ab urbe quidem Negombo uſque ad Dondere circiter linguae Singalacae uſus ſit, ſed in regione Jafnapatam, reliquiſque regionibus ad litora ſitis continenti viciniora lingua Malabarica loquantur. Quare etiam locis quibuſdam nomina Malabarica indita



Insula Selan vulgo CEYLON
MAR DI INDIA
Oriens
Occid:
Sept:
Merid:
OCEANUS qui et MARE
ORIENTALIS INDICUM
Milliaria Gall:
Mill: Hisp:
Mill: Germ:
PANOVA REGNUM
PAUNAO
Leawava
IAELE PROVINCIA
BATTACILOW REGNUM
Batticalow
COTIARUM REGNUM
Trinkimaly
VELLAS.
TAMMANQUAD
BINTANA
OUVAH
MATURA
COYLAT
WANEES
NEURE CALAVA
MAUTALE
REGIO
HOTCOURLY
HOTTERA COURLY
TUNCOURLY
MAUGOL COURLY
QUATRE CORLA
GALLE COMITATUS
CIPAT.
CANDY
Colombo
Negombo
Calpentyn
Madampe
Point de Galle
Matura
Tenewara
Minor Baxos
Major Baxos
I.Manaar
Delft
Amsterdam
Middelburgh
Iafnapatan
Pico de Adam
Kardekoes
Walawe

§.
De l
guae
bari
in in
Cey l

ALPHABETUM MALABARICUM

Vocales		Consonae		Specimen Conjunctionis vocalium cum Consonis	
அ	a	க	c. k.	ப	pa
ஆ	aa	ங	ng	பா	paa
இ	i	ச	ch	பி	pi
ஈ	ii	ஞ	nh	பீ	pii
உ	u	ட	r	பு	pu
ஊ	uu	ண	hm	பூ	puu
எ	e	த	t	பெ	pe
ஏ	ee	ந	n	பே	pee
ஐ	ay	ப	p	பை	pay
ஒ	o	ம	m	பொ	po
ஓ	oo	ய	y	போ	poo
ஔ	au	ர	r	பௌ	pau
[illegible]	ac	ல	l	ப்	p
[illegible]	ei	வ	v		
		ழ	l *		
		ள	t *		
		ற	r *		
		ன	n *		

indita ſunt, uti inſulae *Manaar*, a *Man*, arena, & *aar*, fluvius (quemadmodum obſervavit Eruditiſſimus Baldaeus in *Deſcriptione Inſulae Ceylon*, *p.* 150.) *Caredive*, a *Dive*, Inſula, unde Nomen hujus Inſulae *Selan Div*, & سرنديب *Serandib*, uti & *Nindundiva*, longa inſula. Ita multa nomina locorum quae in *ture* deſinunt, quod *portum* Malabarice notat, uti *Ourature*, *Paretiture*, *Colombotare*, *Corengoture*, *Caleture*: quibus adde quae in *Patam* ſive *Patnam* deſinunt, quod *urbem*, *emporium* Malabarice notat, uti *Jafnapatam*.

VII. Habet autem lingua Malabarica quae noſtro more ſcribendi a ſiniſtra dextram verſus utitur, 14 vocales, quarum perinde uti apud Singalaeos uſus tantum eſt in vocum initiis, nam in fine & medio connectuntur cum conſonantibus aliae literae quae vocalium vicem praeſtant, uti clarius videri poteſt ex Alphabeto Malabarico, quod aeri inſcriptum hic adjecimus. Conſonae ſunt numero 18, quarum figuras ſi quis cum Singalaeis conferat, videbit in multis convenire, ſed illas quadratam formam magis imitari, qualis eſt literarum Hebraearum Sacri Codicis, has vero rotundas magis & in elegantes, ac magis artificioſos, ductus eſſe formatas. Nomina vero tum vocalium tum conſonarum fere eodem modo a Malabaribus exprimuntur ac a Singa-

§. VII. De Literis Malabaricis.

laeis, quum utrique vero literarum ſono addant ſimilem terminationem. Ita Singalaei appellant vocalem a, *ajenoe*, i, *ijenoe*, o, *ojenoe*, & conſonis addunt *aino*, dicentes, quum literam primam K indicare volunt, *Kaino*; ſic G, *Gaino*, N G, *Ngaino*, atque ita porro. Malabares vocalium nomina formant, addita terminatione *na* (non *jenoe*, ut Singalaei) appellantes primam vocalem A, *ana*, i, *ina*, o, *ona*: Conſonis addunt ana, dicentes, *Kana*, *Ngana*, *Chana*. Unde utriuſque linguae affinitas hac parte eluceſcit: alias enim ſat magna differentia eſt tum in vocibus ipſis tum in declinationibus ac conjugationibus. Si quis plura deſideret, nec ea habeat, quae Caſpar d'Aquilar de hac Lingua edidit, & raro inveniuntur, adeat Baldaei deſcriptionem orae Malabaricae, quae hujus linguae rudimenta complectitur, & vaſtum opus in 12 volumina digeſtum & adornatum ab Illuſtri Viro, Henrico Hadriano van Reede, dum viveret Equeſtri ordini hujus Dioeceſeos adſcripto, cui titulus eſt *Horti Malabarici*, in quo arborum & herbarum nomina literis non tantum Arabicis, & Brachmanicis, ſive Hanſcreticis, ſed & Malabaricis, expreſſa continentur. Atque illic non tantum ſe exercere quiſpiam in lectione characterum Malabaricorum poteſt, ſed & nomina propria plantarum haurire & non-

nonnulla alia, quae in descriptione explicantur, uti *Nir*, aqua. *Mara.* arbor. *Pou.* flos. *Kelengou.* radix. *Para.* ramus. *Nella*, bonum. *Vara.* malum. *Welli*, magnum. *Cit.* parvum. *Kal*, petra. *Malan.* mons. *Ponna.* aurum. *Valli.* hedera. *Velutta*, & *ben.* albus. *Schovanna.* ruber. *Inschi.* fervidus, urens. *Katu.* sylvestris. *Naja.* serpens & quae plura compositioni nominum, herbis datorum, inserviunt.

§. VIII. De lingua e Malaïcae & Malabaricae differentia.

VIII. Haec quae de lingua Malabarica notavimus satis ostendunt non esse illam eandem cum lingua Malaïca, de qua §. I. egimus. Nec characteres literarum, nec voces, earumve significationes conveniunt, nec iisdem in locis hujus & illius usus est, nec quicquam est, quod aliquem persuadere posset linguas Malabaricam & Malaïcam esse unam eandemque, nisi convenientia aliqua quae inter nomen Malabaricum & Malaïcum est. Sunt tamen distinctissimae regiones *Malabar*, in peninsula Indiae cis Gangem, & *Malais*, sive *Malaccica regio* in peninsula Indiae ultra Gangem, quae in accuratissima tabula regni Siam & regionum vicinarum nuper edita a Jesuitis, Mathematicis Regis Galliarum, eo missis, appellatur, *Malaie ou Malaios.* Sed quia Malabar etiam vocatur *regio Male* a nonnullis, inde putarunt quidam nomen Malaeorum esse

 ductum.

ductum. Ita eam appellavit Cofmas dictus Indicopleuftes, qui vixit faeculo fexto, quemque Vir Eruditiffimus, cui plurimum debet res literaria, Bernardus de Montfaucon edidit, τὴν λεγομένην Μαλὲ, ἔνθα τὸ πέπερι γίνεται. ملي *Meli*, quoque, vel *Male* videtur eandem regionem vocare Auctor notus nomine Geographi Nubienfis *Part.* VII. *Clim.* II. quamvis infulam eam appellet in mari fitam & 5 miliaribus ab urbe Sandan remotam (nam fi Infulam folum dixiffet, potuiffet etiam de peninfula, qualis eft regio Malabarica, intelligi juxta morem linguae Arabicae) uti illi faepe in defcriptione locorum remotiffimorum hallucinantur, وجزيرة ملي ينبت شهر الفلفل ولا يكون الا بها او بقندرية او بجربتن *Infula* Melai *eft in qua arbores piperis proveniunt, quae nufpiam nafcuntur, quam hic & in Candaria & Zjarebtan.* Atqui terra Malabar illa eft, quae a proventu piperis maxime celebratur, & ideo بلاد الفلفل *terra piperis* ab Arabibus vulgo dicitur. Meminit idem & urbis ملاي *Melai* in infula القمرة *Alcomr*, una ex Maldivis, quae eft urbs nobis *Male* dicta. Hinc ergo nata eft confufio Malabarum cum Malaeis, quum fint populi & linguae diverfiffimae. Nec tamen eos diftinxit Vir de literis Orientalibus optime meritus B. Herbelotus in *Bibliotheca Orien-*

. De
a &
; Ja-

Alphabetum Javanum.

Aa.	*Da*	*Ma*	*Pa*
Na.	*Ta*	*Ga*	*Da*
Tzja	*Tsa*	*Ba*	*Za*
Ra.	*Wa*	*Ta*	*Ja*
Ka.	*La*	*Nga*	*Nja*

Singulae hae literae conveniunt cum his Malaicis

ل و ث ت د ك ر چ ن ا

پ ي ج ث ڤ ڠ ط ب ڬ م

Notae vocalium consonis additarum hae sunt

Re.	*De.*	*Praeterea ita Scribunt*	
Ri.	*Di.*	*Rar.*	*Dar*
Roe.	*Doe.*	*Rour.*	*Dour*
Ro.	*Do.*		

Specimen Scripturae Javanae.

rientali, ita ſcribens. MALAI. *Geographi Orientales hoc nomine intelligunt regionem Indiae vulgo nobis dictam, oram Malabaricam. Invenitur tamen aliquando in libris eorum nomen Malaïbar, ac ſi diceres, regio Malaï. Nos quoque hodie illius regionis incolas appellamus,* les Malaïs, & leur Langue la langue Malaïque, *Malaeos, & linguam eorum linguam Malaïcam.* Fallitur in eo Vir Doctiſſimus. Lingua terrae Malabaricae appellatur Malabarica, & lingua regni Malaccani Malaïca; ſuntque linguae plane diverſae.

§. IX. De lingua & literis Javanis.

IX. Qui Inſulam Javam incolunt, ſcriptionis genere ſingulari utuntur. Lineas quidem ducunt, uti Europaei, a ſiniſtra verſus dextram, quemadmodum & Singalaei: & Alphabetum eorum conſtat conſonis viginti quae pronuntiatione conveniunt cum literis Malaïcis, quas ſingulis adſcripſimus. Vocales conſonantibus continuo ductu ita adhaerent, ut unam literam conſtituere videantur, vel praeponuntur, uti in tabella adjuncta videre licet. Exhibet illa ſpecimen ſcripturae Javanae, deſumptum ex edicto, a praefecto noſtro illic promulgato, quod ipſe ſua manu filius ڤڠيرن راتو *Pangiran Ratou*, (de quo ſtatim accuratius loquemur) deſcripſit, quando in colonia noſtra, Batavia dicta, verſabatur, indignatus edicta Belgarum, quae

qua-

quatuor linguis, Belgica, Javana, Malaïca, & Sinensi, descripta publico in loco affigi solent, saepe ab hominibus minus exercitatis in calligraphia Javana exarata, praeferre scripturam longissime recedentem ab isto ornatu, quo Javani in scribendo utuntur. Hoc itaque specimen elegi prae aliis, quae possidebam, quod accuratius eo vix inveniri posse crederem. Adjunxi Alphabetum Javanum, uti illud in Java scriptum fuit, & mihi ab amico donatum, cujus literae nonnullae licet videantur recedere ab illa forma, quam habent characteres edicti Javani, si quis tamen accuratius conferat & hoc & illud, non tantum differre comperiet, quantum primo intuitu apparet. Quumque omnia scripta Javana non tam eleganter conscripta sint, ac hoc specimen a nobis ex edicto desumtum, ad ea legenda plus conferet additum hoc Alphabetum, celeri manu descriptum, quam si Alphabetum formassemus ex literis edicti hujus Javani.

§. X. Javani utuntur quoque literis Malaïcis, quas Nummis inscribunt.

X. Praeter hoc Scripturae genus, quod Javanis est proprium, utuntur etiam literis Malaïcis, quae facilius scribuntur, & his Nummos ipsos, quos cudunt, insigniunt, uti videre est in Nummo aereo, quem *Pitti* vulgo vocant, percusso in urbe Bantan, quemque aeri inscriptum exhibet tabella apposita. Inscriptio

ptio hujus Nummi eſt ڤڠيرن راتو اڠ بنتن , id eſt, Pangiran Ratou (nomen dignitatis eſt) urbis Bantan. ڤڠيرن *Pangiran* eſt vox Javana, quae Principem vel Dominum notat. Scribitur & ڤڠيرڠ *Pangirang*. In Lexico MS.to Malaico-Belgico vertitur, *een Regeerend Heer*, & ibidem additur, hac voce vulgo uti Interpretes, ut Arabicum رب *Reb*, Dominus & الله *Allah*, Deus, Javane exprimant. *Ratoe*, راتو quod & رات *Rato* ſcribitur eſt vox Malaïca, quae & ipſa Dominum notat. *Ing* اڠ eſt vox Javana, notatque vocem ſequentem eſſe in caſu genitivo. بنتن *Bantan*, eſt nomen urbis notiſſimae in inſula Java, quae vulgo corrupte Bantam ſcribitur & pronuntiatur, quem errorem jam indicavit Vir eximius T. Hyde in *notis ad itinera mundi R. Peritzol, in addendis ad pag.* 16. Ut autem diſtinctius intelligatur, quis ſit Pangiran, exhibebo hic nomina dignitatum maximarum in inſula Java, uti illae ſe conſequuntur, incipiendo a ſumma, quae eſt ꝫ Soeſonnan.

سسونن *Soeſonnan*. Vulgo Imperator Javanorum, qui maximus eſt Principum illarum regionum, quae in inſula Java nobis non ſubſunt.

سلطان *Sultan*. Vox Arabica.

ڤنمبا هن *Panambahan.* Hic eſt titulus Regis چربون *Sjeriboun*, nobis *Sirbon,* (eſt ad ſeptentrionem Javae) & Regis *Bander Maſſin*, in Borneo.

ڤڠيرن دڤاتي *Pangiran depatti.* Pangiran eſt ille de quo ſtatim diximus. ادڤات *Adapati* in Lex. MS. vertitur, *een Luytenant Gouvernant*, *Luytenant Generaal*, *Stadhouder.*

رادن *Radin.* Titulus hic datur filio Regis, vel etiam aliis nonnunquam. Sed quum aliis datur, obſervandum eſt, non poſſe cuiquam, qui filius Regis non eſt, majorem titulum dari in aula ꝭ Soeſonnan. Dicitur Princeps urbis Palingban hunc titulum ſibi tribuere.

اريا *Arja.* Eſt minor τῷ Radin.

تمڠڠڠ *Tomangang.* Eſt praefectus vel praetor. Unaquaeque urbs & pagus quilibet habet unum Tomangang. In Lexico Malaïco Belgico vertitur, *een Baljuw*, *Schout*, *Fiſcaal.*

رڠك *Rangga.* Eſt minor pracedente.

دمڠ *Demang.* Deinde ſequuntur كي انتل, كي مس, غبي, كي چبلي, كي باكس, aliaque munera ſed minoris momenti.

XI. Ad-

XI. Addemus Vocabula quaedam Javana, quae hoc nomine appello, quod originem Javanis debeant, vel apud hos potiſſimum in uſu ſint; licet & Malaeorum linguae ea hodie permiſceri ſoleant, & adſcribemus modum, quo a Javanis pronuntiantur, ac ſignificationem Latinam. §. XI. Tabella vocum quarundam Javanarum.

VOCES JAVANAE.

اجر Azjor. *firmare*, *tenere*.
ادڤات Adapati. *vicarius ducis, vel praefecti*.
اكس Akas, *celer*, *promtus*. idem quod لاكس. unde بيكر اكس nomen Genii celerrimi.
٢ ال Ali ali. *annulus*. Malaïce *funda*: at Malaei ſcribunt vulgo id per ي, الي.
الس Alas. *ſylva*. Malaei vulgo هوتن, & رمب.
امبه Imbah. *addere*, *augere*.
انورن Anouron. *deſcendere*.
اوزڤ Oezop. *permutare*.
اوس Awas. *clare & diſtincte* rem *videre*, *audire*, &c.
٢ اولر Aulor aulor. *apluſtria*: Malaïce تڠكل ſi ſint Chriſtianorum, ſi Chinenſium ٢ ڤنج unde Belg. *Panſjes*.
ايدن unde كايدانن Caidanan *ſtultitia*.

ايو

ايو Ajoe. Particula admirantis.

اغ Ing. *nota genitivi.*

اڬڠ Agong. *Magnus.* Malaïce بسر *Besar*, quod nomen bis scribitur *Beccar* in Tabula Geographica regni Siam & regionum vicinarum edita a Mathematicis Regis Galliarum, in litore orientali regni Malaccani, ad latitudinem Boreal. 2. grad. *Sidili Queichel*, & *Sidili Beccar*, & ita in litore opposito *Putien Beccar*, & *Putien Queichel.* Beccar scribi a nobis debet *Besar*, quod notat *magnum*, uti Queichel, *Kitzjil*, *parvum.* Sed Galli ea suo more *Beçar*, & *Queichil* scripserunt, unde postea nomina *Beccar* & *Queichel* orta sunt.

باتي Bati. *lucrum.*

باتر Bator. *comes*, *sodalis.* Malaïce تمن & كوت.

باتس Batas. *limes*, qui agros vel territoria distinguit.

بالغ Balong. *os*, ossis, idem quod Malaïce تولغ *Toelang.*

باڬس Bagos. *pulcher*, *formosus.* Malaeis كملي *Camili.*

بيجق Bisjik. *bonus.* unde كبجيكن *bonitas*, *beneficentia.*

بلاتر Balator, *cibus* vel *victus* qui inter alios *distribuitur.demensum.annona.*

بنتغ

بنتغ Binting. *agger*, *vallum*.
بورت Boerot. *linere*, *fricare* corpus.
بورغ Boerang. *hamus*, *arundo piſcatoria*.
بيجن Bisjan. *ſeſamum*. Malaïce لغ.
بيغ Biang. *obſtetrix*.
تابق Taboc. *verberare*. *ferire*.
تاغس Tangis. *lacrymare*, *deflere*. unde verbum مناغس.
تندغ Tondong. *ejicere*, *repellere*.
تڬل Tagal. *quia*.
تمبغ Tambong. *mores mali*.
تولس Toelis. *ſcribere*, *pingere*. huic فنولس *pictor*. جورتولس *ſcriptor*.
تڠڬغ Tonggang. *equum conſcendere*.
تلوت Toloeto. *macula* veſtium.
جنغ Sjanang. ἐπισκοπία, *cura*.
دوكن Doekon. *mancus*.
دوهغ Doehong. Malaeis كرس, unde nos *kris*, *gladius*. Malaei illum ante ſe gerunt, Javani poſt.
دلغ Dalang. *videre*, *conſpicere*. Malaeis ليهت *Lihat*. Atchinenſibus كله *cali*.
ديس Diſa. *pagi*, *villae*.
دڠڬغ Dongang. *bufo*.
راوا Rawa. *palus*. *ſtagnum*. Malaeis etiam راوه & راوغ.

راون Rawan. *solum arenosum.*

رمبت Rambot. *capilli. crines.* Est & Malaeis in usu.

سابق Sabac. *cingulum* virorum.

سابن Saban. *omnis.*

ساڤي Sape. *infantem ablactare.*

ستورو Satoeroe. *dormire.* Malaeis تيدر.

سريرا Sarira. *corpus* humanum.

سكر Sacar. *flos nondum apertus.*

سمڠ Samang. *recordari, meminisse.*

سمڠݢڤ Samanggop. *clamor vehemens.*

سندو Sandoe. *modestus.*

سود Soedi. *gratus. jucundus.*

سور Soera. *fortis.*

سڬار Sagara. *mare.* Malaeis *Lawot*, لاوت.

سيرا Sira. *Tu.* Malaeis اڠکو.

سين Sina. *Dominus.*

کال جڠکڠ Cala Sjinking. *scorpio.*

کاچڤ Casjip. *forfex.*

کرت Kerti. *facere, operari.* unde ڤکرت Pakarti, opus indoles, modus. Pers. کردن.

کنتل Kental. *concretum, congelatum.* unde ايرکنتل *glacies*, quasi dicas, aqua concreta.

کنتل Kontol. *testiculi.* Malaeis ea vox ardeam

deam ſignificat; teſticulos autem appellant كلقر *Calappar.*

كندر Kendar, *jugum.* humeris impoſitum, e quo hinc & inde onera portanda dependent.

كمفغ Campong. *villa, pagus, praedium:* hinc سكمفغ اورغ *vicini, incolae* ejuſdem *vici:* & مفمفكن *congregare.*

كوت Cata. *murus, paries lapideus.* Malaeis, *arx, urbs munita.* Unde nomina urbium quarundam Indicarum deſinentia in *Cate*, ut *Paleacate*, *Capocate*, &c. uti alia in *Poer* deſinentia ab Hanſcretico فور *Poera*: qualia *Zjitpour*, urbs prope ſinum Cambajae ſub Imperio Mogolis, ita dicta a *pictis linteis*, quae magna copia ibi inveniuntur (Illa autem lintea چت *Zjit* Malaïce appellantur, unde eſt Belgicum *Citſen*: ex India enim illa ad nos delata ſunt) *Bantipour*, *Maliapour*, *Brampour*, &c.

كودونن Coewadoenan. *vir effaeminatus*, γυναικομανής. Dicunt & وادن *Wadon.*

كورتكن Coeritkon. *praeſentem ſe ſiſtere.*

كوكوغ Coecowong. *Iris coeleſtis*, Malaeis ڤلاڠي, & كوغ.

كيدل Kidol. *Auſter. plaga auſtralis.* un-

 de

de *Mare auſtrale* لاوت كيدل *La-wotchidol*, e quo noſtrae mappae Geographicae habent ſuum Mare *Lantchidol*. Debuiſſent ſcripſiſſe, *Mare auſtrale*, quod accolae appellant *Lawot chidol*: quamvis nec hoc nomen memorare neceſſarium fuiſſet, quia nil aliud ſignificat quam *mare auſtrale*. *Lawot* eſt mare & *Kidol* auſter.

كبلن Kilan. *ſpithama*.
كچك Casjik. *parvus*. Malaeis كچل.
لدر Lodra, *homo*, *perſona*. Malaeis اورڠ.
لكس Lakas. *celeriter*, *cito*.
لكس ٢ Lakas lakas. *citiſſime*.
لوره Loera. *Nobiles*, *proceres*.
لويڠ Loejang. *aes*.
لبكر Likor. 20. Malaïce دوڤوله. quamvis & illa voce utantur.
منيرا Manira. *ego. meus*.
موار Mowara. *oſtium fluminis*.
ماچن Mazjan. *tigris*. Malaeis هريمو.
مڠكت Mangit. *capite annuere*.
ناتر Natar. *area* ſub dio. *area* tabulae pictae.
نبڠ Nibang. *vir honoratus*, *reverendus*.
واتڠ Watang. *globus*.
وارس Waras. *ſanus*, *incolumis*.
وتن Wetan. *fines* regionis, termini.
وير Wira. *fortis*.

هبدو Hidoe. *ſaliva.*

لاري Lara. *moleſtia*, *taedium.*

لارق Larac. *anguilla.*

لاڽغ Lanang. *porta*, *oſtium.*

چابل Sjabal. *nanus.*

چاچر Sjasjar. *morbilli.*

چكل Sjakal. *collum* alicujus *arripere.*

چوچ Sjoesjo. *contemnere, vilem reddere.*

چبچڤ Sjisjip. *digitum cibo inſerere ad guſtandum.*

ڠمڤلو Ngamſeloe. *in ſomno loqui.* Malaeis ڠبكو.

ڤارك Parak. *prope.*

ڤامن Paman. *pater.* quando alios hoc nomine ob ſenectutem appellamus.

ڤاچل Pazjol. *rutrum.* Malaeis چڠكل

ڤرچاك Parsjaka. *coelebs.*

ڤردان Paradana. *intermedius inter bonum & malum.*

ڤسببن Paſeiban. *area. atrium ſubdiale ante aulas.*

ڤسبسر Paſiſir. *agri littorales*, *depreſſi*, & *humiles.*

ڤسبوڠن Paſiwongan. *arundo* ſufflando igni idonea.

ڤكنبر Pokanera. *Tu*, *vos.* Malaei utuntur etiam illa voce, ſed tantum in ſermonibus,

nibus, non ſcriptis. Javani autem in utriſque.

فلان Palana. *ephippium.*

ڤلاوڠ Pilawang. *ſepes* ex vepribus plantatis conſtructa.

فنج Pansji, huc illuc ignotum *vagari.*

فنجورت Pensjoerit. *dux*, *index* viae.

فندق Pondoc. *tugurium agreſte* foliis arborum tectum.

فنجڠ Pinsjang. *claudicare.*

فولس Polas. *obducere aliquid lino*, &c.

ڤڠندیل Pangandilan. *qui lampades conficit.*

ڬادو Gadoe. *curare* rem.

ڬدق Gidek. *ſeptum ex arundinibus bamboe* بمبو dictis, nobis bamboes, iiſque *fiſſis.* Si ex integris conſtet, appellatur ڬروڠل *Gerongol*, quod & ſignificat *aggerem palis munitum* contra vim aquae.

ڬدڠ Gading. *ſylva.*

ڬرنده Gorinda. *cos.*

ڬروبق Garoeboc. *ciſta major.*

ڬندس Gendas. *dulce.*

ڬول Goela. *ſaccharum.*

Qui plura vocabula Javana noſſe deſiderat, & videre quomodo ea a Malaïcis differant, adeat librum Belgicum, cui titulus, *Begin en voort-*

gang

gang der Oostind. Comp. in Itinere 11. *pag.* 43—52.

§. XII. De Lingua Japonica, ejusque difficultate.

XII. Lingua Japonica, uti characteres & multa alia communia cum lingua Sinica, ita communem habet in addiscendo difficultatem, quae quemvis in aditu ipso hujus linguae deterret. Haec autem tam insignis est, ut nulla lingua sit inter Asiaticas, quarum notitia ad Europae populos pervenit, quae tam difficulter addiscitur, ac lingua Sinica, vel, quae hac parte eadem est, Japonica. Lingua Chaldaïca, Syriaca, Arabica, Persica, Turcica, Armenica, Malaïca, & multae aliae non ita longum temporis intervallum requirunt, ut ab homine Europaeo legi & intelligi possint; verum Sinicae aut Japonicae peritiam plurium annorum spatio aegre quis assequitur, & multo minori labore & temporis compendio omnium, quas modo nominavi, linguarum characteres addisci queunt, quam unius Sinicae. Qui viginti, qui triginta diversos literarum ductus memoriae suae impressit, literas omnes Syrorum vel Arabum callet: qui totidem millia linguae Sinicae novit nondum omnia ejus latifundia exhausit, sed vix dimidium viae confecit. Stupendum re vera, aetatem hominis vix sufficere ad consequendam perfectam unius linguae scientiam. Sed hac ratione aditum ad sapientiae suae penetralia vulgo praecluserunt Sinarum

 Phi-

Philoſophi; quumque apud alias gentes paucorum dierum ſpatio uſus lectionis ab homine non plane ſtupido comparari & libri vernaculo ſermone conſcripti poſſint perlegi, apud Sinas ſcientiarum divinarum humanarumque arcana innumeris characteribus, veluti totidem ſignis Hieroglyphicis, involuta, non niſi illis patent, quibus & ingenium & otium ſuppetit ad ea omnia perveſtiganda.

§. XIII. Quam difficultatem fruſtra negat Cl. Mullerus.

XIII. Quam difficultatem quum M. Martinius & alii uno ore profiteantur, qui in Sina plures annos exegerunt & multo labore aliquem iſtius linguae uſum ſibi pararunt, quantum ſcopus ille, ad quem collineabant, requirebat, miratus equidem fui Virum Clariſſimum, Andream Mullerum in Commentario ad Monumentum Sinicum a Kirchero in China illuſtrata editum ſcribere *pag.* 12. *Si mihi tam certa eſſet ſtipendii, officii, & Eccleſiaſticae pacis ratio, quam certa quidem Sinicarum notarum lectio eſt, intra annum, Deo dante, ne menſem dicam, aut minus aliquod tempus, praeſtari poſſe confido, ut mulierculae etiam Sinicos & Japonicos legant libros, & ſi Hermeneuticae regulas noſſent, etiam interpretari queant.* Et *pag.* 11. ſe noſſe legendi Sinica rationem, ſed nolle eam intempeſtive vel ultro tradere affirmat, & Martinium ſcribentem eam eſſe linguae Sinicae difficultatem,

ut

ut ejus cognitio humanas vires & aetatem superare videatur, & se decem fere annos impendisse iis literis addiscendis, & alios, suspicatur mucum patinae injicere ut soli jure potiantur. Sed quum constet, & ipse Mullerus non neget, supra sexagies mille characteres in lingua Sinica inveniri omnes figura & significatione diversos, illam differentiam posse intra mensem addisci (quod bona cum venia Viri Eruditissimi dictum sit) mihi persuadere non possum. Ait quidem, se resolvere characteres Sinicos in sua principia, quam methodum utilem esse nullus dubitat, & multum ea juvari aliquem in dignoscendis Sinicis: sed & Sinae ipsi, & Europaei qui in Sina vixerunt, sciunt characterem unum e pluribus simplicibus saepe componi, & si simplices noverint, facilius & clarius characterem ex iis compositum intelligi. Ostendit quoque hoc ipsum exemplis aliquot Kircherus in *China illustrata*, *p.* 233. Plus tamen temporis requiritur ad haec omnia quam mensis & annus. Ipsi caeteroquin Sinae, suae linguae peritiores, ut probabile est, quam nos Europaei, nec ingenio nobis inferiores, tantum temporis & operae non insumerent in lectione suorum characterum addiscenda. At optandum fuisset inventum illud suum Cl. Mullerum orbi non invidisse, quo facto aeque familiaris

nobis lingua Sinica fuiſſet ac ulla inter orientales.

§. XIV. Uti & P. Magelhens.

XIV. Cum Mullero tamen quadantenus facit P. Magelhens, qui in Nova Chinae deſcriptione linguam Sinicam facilius addiſci Graeca, Latina, aut ulla Europaearum exiſtimat: nec dubitari de illa re poſſe, ſi animadvertamus difficultatem linguae pendere a multitudine vocum memoria tenendarum, quum Sinica lingua oppido paucas voces complectatur, quas uno die quiſpiam memoriae poſſit inprimere. Quod ſcribit vir doctus de exiguo vocabulorum numero, intelligendum eſt de ſyllabis, ex quibus omnes voces Sinicae componuntur, quae non plures ſunt quam trecentae, & triginta, quales, *ca*, *cai*, *cam*, *can*, *cao*, *co*, *cou*, & aliae, quas una tabella comprehendit Ludovicus le Comté, ex Societate Jeſu, Mathematicus Regis Galliarum, religionis propagandae cauſa in illas oras miſſus, & vir ingenio ac doctrina praeſtans, in *Epiſt.* VII. qua Sinam deſcribit, *pag.* 135. *edit. Belg.* Verum male inde colligi adeo facilem eſſe linguam Sinicam idem recte obſervat, quum Muſica tantum VII. tonis conſtet, qui paucis horis addiſcuntur, nec tamen ars tota uno die vel anno poſſit exhauriri. Addit, quum unaquaeque ſyllaba ad minimum quinque diverſis modis pronuntiari poſſit, ſyllabarum

barum numerum a 333 vel 330, uſque ad 1665 augeri : & dein voces componi ex pluribus ſyllabis ſimul junctis , ac unamquamque ſingulari charactere, veluti pictura quadam aut imagine, inſigniri, qua ab omni alia diſcernatur, quarum viginti millia memoria tenere quiſpiam debet, antequam ſe in lectione Codicum Sinicorum mediocriter eſſe verſatum dicere queat: numerari autem in univerſum octoginta mille.

XV. Difficultas itaque illa, quam in acquirendo linguae Sinicae & Japonicae uſu Europaei experiuntur, duabus potiſſimum cauſis debetur, quae his linguis ſingulari ratione propriae ſunt, & jure nos in admirationem rapiunt. Prima eſt, pronuntiationis diverſitas, qua fit vocem duabus modo literis conſtantem e.g. KO, decem (alii quinque dicunt, uti mox notavimus) variis modis pronunciari, & pro diverſo pronuntiationis modo, diverſam quoque nanciſci ſignificationem. Quae pronuntiatio quum ſcripto a nobis exprimi non poſſet, Pantoya accentus invenit, qui vocibus Sinicis appoſiti pronuntiationis modum indicabant. Altera difficultas naſcitur ex eo quod nulla Alphabeta ſint linguae Sinicae, nec voces ex literis componantur, ſed unaquaeque vox per ſignum, vel ductus quoſdam certa ratione conjunctos, adumbretur, & ſic unaquaeque res

§. XV. Difficultatis hujus cauſae duae, pronuntiatio diverſa & defectus literarum.

res figura & imagine propria exprimitur, & tot characteres, quot res ſint.

§. XVI. Characteres Sinici intelliguntur in Japonia, Siam, & alibi, ſed non eodem modo leguntur.

XVI. Qui characteres etiam hoc habent animadverſione dignum, quod licet gentibus aliis praeter Sinas communes ſint, & ab iis legi & intelligi poſſint, non tamen ab iis ita ut a Sinis pronuntientur, ſed toto coelo diverſa ſit illarum gentium pronuntiatio & illa Sinarum. Sic per univerſum imperium Annamiticum (quo nomine intelligo vaſtiſſima regna Tunkinae & Cochinchinae, Sinarum populis a meridionali regione contermina) & in regno Siam, Camboiae, uti & in Inſula Japon, iidem characteres Sinici leguntur & intelliguntur, ſed alios ſonos illis atttribuit incola regni Annamitici, alios Japonici. Sic ut nec Annamita Japonenſem, nec Japonenſis Annamitam, Sinenſis neutrum, loquentem intelligat, licet iiſdem literis, vel ſignis aut characteribus in ſcribendo, utantur. At libros & epiſtolas alter alterius facillime legit & interpretatur. Quod non videor clarius explicare poſſe, quam ſi ad notas numerorum, quibus tot diverſi populi Europae utuntur, lectoris animum convertam. Scilicet, eadem nota (10 vel 20) intelligitur a Belga, Gallo, Italo & multis aliis: aliter tamen ab unoquoque inter illos effertur. Belga ſonabit id *tien*, & *twintig*: Gallus *dix*, & *vingt* Italus *dieci* &

& *venti.* Quid? quod eadem nota ab Arabibus, Persis, Turcis, & Malaeis agnoscetur, quibus eaedem hae numerorum notae (aut certe non multum diversae) in usu sunt, verum a singulis suo sermone appellabitur. Quod nos in numeris factum novimus, id in omnibus linguae Sinicae vocibus factum esse si consideres, lector, aliquomodo, ut opinor, naturam illius mysticae scripturae comprehendes. Verum, ut clarius ea tibi constet, vocabula quaedam usitatissima linguae Sinicae tibi exhibebo, Sinicis vel Japonicis (nam iidem sunt) characteribus expressa, & pronuntiationem eorum Sinicam Latinamque interpretationem addam. Dein quomodo in lingua Japonica iidem characteres sonent, quomodo in Annamitica, subjungam, ut harum rerum curiosus trium illarum linguarum genium accuratius cognoscat. Quod quidem facili negotio a me praestari potest, quum inter plurimas schedas manuscriptas Clarissimi Viri, *Jacobi Golii*, Insignis quondam in vicina Academia Lugduno-Batava literarum orientalium promotoris, vocabularium aliquod invenerim, in quo voces aliquae Latinae Sinice, Japonice, & Annamitice scriptae continebantur.

XVII. Antequam ipsum illud vocabularium tradam, videor indicare debere, unde Cl. Golius, §. XVII. Unde ad-

jecta tabella vocum Sinicarum & Japonicarum petita sit.

lius, qui ipse in Cochinchina & Japonia non fuerat, id hauserit. Scriptum illud esse ab aliquo qui in regno Annamitico Euangelium Christi propagavit, liquet ex eo, quod prima statim pagina haec verba legantur, quibus rationem reddit cur pro nomine Dei adhibeat quatuor has voces, *Coeli*, *terrae*, *verus*, *Dominus*, & totidem characteres Sinicos, quos in tabula nostra primo loco (n. 1. 2. 3. 4.) conspicies. *Praeterea, cum in his tribus linguis nulla sit vox quae unica nomen Dei explicet absque erroris periculo, ideo Deum explicamus ab effectu maxime noto, coelo nimirum & terra, unum Magistrum sequuti Christum Dominum qui ait* Confiteor tibi Pater Domine coeli & terrae Matt. 11. *& juxta illud D. Pauli Act.* 17. hic coeli & terrae cum sit Dominus, &c. *Sic igitur maxime apud Annamitas verum coeli terraeque Dominum annuntiavimus, atque ita* 4. *characteribus Sinicis Dei nomen explicamus qui suo modo ineffabili nomini tetragrammato respondeant.* Quamvis autem ex hisce certo cognosci non possit, quis ille fuerit, quum plures in regno Annamitico fidem Christianam praedicaverint, si tamen ea conferam cum reliquis schedis Golianis earumque argumento, dubium mihi vix est ea ab Viro Eruditissimo Martino Martinio, auctore Atlantis Sinici & Historiae Sinicae, esse

pro-

profecta. Nam ex nonnullis earum Cl. Golius Syllogen quandam confecerat, & sua manu superscripserat: *Miscellanea quaedam Sinica, partim a P. Martinio ejusque famulo Sinensi Dominico accepta, partim ex eorundem ore per me excerpta. Item quaesita varia, inprimis circa computum Sinarum Astronomicum.* In iis quoque inveni Orationem Dominicam Sinicis notis expressam cum pronuntiatione Sinica & earundem interpretatione Latina a P. Martinio exarata, una cum Symbolo Apostolico, Decalogo, & brevi Catechismo; ad quorum omnium singulas voces character Sinicus penicillo, ut Sinae solent, appictus, & ejus pronuntiatio & interpretatio est addita. Inter illas schedas etiam (solas autem hic eas memoro, quae M. Martinii faciunt mentionem) programma inveni, septem characteribus Sinicis insignitum, quod in charta rubra magnis literis exaratum ante fores suas suspenderat in urbe, *Soei-ngan-chien*, quum Tatari Sinam, quam adhuc regunt, invadentes eam urbem diriperent, Pater Martinius, qui solus e Jesuitis ibi habitabat, quique hac opera cum duobus praeceptoribus suis Sinis evasit. Alibi etiam mentio fit Mandarinorum, amicorum P. Martinii, & postea in iis Golianis, quae in hac ipsa Dissertatione dabimus, Martinii quoque mentionem factam invenies.

Quod

Quod si ipsum Golium audiamus in *Disquisitione de Chataia*, quam subjecit Martinii Atlanti Sinico, non mirabimur Martinium tot monumenta Sinica cum Golio communicasse, quum inde constet hunc Virum, simul ac spes ei facta esset videndi Martinium e Sina reducem, statim eo advolasse, & Antverpiam usque eum secutum plura ab eo didicisse de rebus Sinicis, quae in schedas suas retulit; quarum ego, ut & Codicum ejus orientalium manu scriptorum sat magnam partem possideo, atque ita propius industriam & eruditam manum Viri suo merito celeberrimi exosculor.

§. XVIII. Tabella vocum Japonicarum Sinicarum, &c.

XVIII. Sed ecce tandem ipsum Catalogum vocum communiorum, cum notis earum Sinicis, quas aeri inscriptas exhibet tabella apposita. Unaquaeque numeris, 1, 2, 3. atque ita porro distincta est, ut accuratius lector possit in subjecto Catalogo videre, quid ille character Latine significet, quomodo illa nota Sinica legatur & pronuntietur a Sinis, quomodo a Japonensibus, quomodo ab Annamitis.

TABELLA VOCUM
cum pronuntiatione earum
JAPONICA, SINICA, ET ANNAMITICA.

Latine.

Characteres praecipuarum vocum quibus utuntur Sinenses, Japones, Annamitae, & Coreani.

							Numeri Sinenses		
1 天	11 母	21 風氣	31 月	41 衣	51 王	61 髮		10 十	70 七十
2 地	12 兄弟	22 水	32 夜	42 食	52 震	62 口	1 一	11 十一	80 八十
3 真	13 姊妹	23 地	33 僕	43 飲	53 雷	63 鼻	2 二	12 十二	90 九十
4 主	14 男子女子	24 日	34 所在	44 說	54 電	64 身	3 三	13 十三	100 一百
5 人	15 祖公	25 月	35 釼	45 黒	55 雲	65 齒	4 四	20 二十	200 二百
6 男	16 祖母	26 星	36 餅	46 白	56 頭	66 鬚	5 五	21 廿一	1000 一千
7 女	17 童子	27 山	37 酒	47 黄	57 腕	67 額	6 六	30 三十	10000 一萬
8 妻	18 小女	28 川	38 善	48 紅	58 手		7 七	40 四十	
9 夫	19 天	29 年	39 悪	49 青	59 足		8 八	50 五十	
10 父	20 火	30 日	40 死	50 藍	60 脛		9 九	60 六十	

Latine.	Japonice.	Sinice.	Annam.
1 Coeli	ten	thien	3 that
2 Terrae	cino	ti	4 chua
3 Verus	macotono	cin	1 bloi
4 Domin.	arugi	chu	2 det
5 Homo	fito	gin	nguei
6 Vir	vototo	nan	conblai
7 Mulier	vonna	niu	congai
8 Uxor	tſuma	tſi	boe
9 Maritus	votto	fu	ciaum
10 Pater	cici	fû	cia
11 Mater	fafa	mu	me
12 Frater	ani vototo	hium ti	aim em
13 Soror	ymoto ane	mui	ci em
14 Filius	co	tſu	con nam
15 Filia	muſume	niu tſu	con nu
16 Avus	vogi	tſu	om
17 Avia	uba	tſu mu	ba
18 Puer, puella	varabe comuſume	thom nieu	con blai tle
19 Coelum	ten	thien	bloi
20 Ignis	fi	ho	lua
21 Aer	fuki	khî	khi
22 Aqua	mizzu	xui	nuoe
23 Terra	ci	tî	det
24 Sol	fi	ge	mât bloi
25 Luna	tſuki	yue	mât blam
26 Stellae	foxi	ſim	ſau
27 Mons	yama	ſcian	nui

Latine.	Japonice.	Sinice.	Annam.
28 Flumen	cava	cioan	ſum
29 Annus	toxi	nien	nam
30 Menſis	tſuki	yue	tham
31 Dies	fi	ge	ngai
32 Nox	yoru	ye	dem
33 Servus	ſiquan	nu	toi
34 Urbs	zaiſcio	fu	thaim
35 Gladius	catana	kien	guom
36 Panis	moci	pim	baim
37 Vinum	ſake	tſieu	ruou
38 Bonus	yoi	ken	laim
39 Malus	varui	vo	du
40 Mors	xiſura	ſu	chet
41 Saccus	fucuro	tai	tui
42 Edere	cui	xe	an
43 Bibere	nomu	in	uam
44 Loqui	cataru	yu	noi
45 Niger	curoi	hê	den
46 Albus	xiroi	pê	tlam
47 Croceus	kiyro	hoam	uam
48 Ruber	acai	ciê	do
49 Viridis	avoi	lo	ſciaim
50 Caeruleus	ſorayro	thien tſim	biec
51 Rex	vo	vam	bua
52 Fulmen	inabicari	lui xe	ſet
53 Tonitru	caminari	lui	ſam
54 Coruſca-tio	ficari vata-ru	xen tien	ciuop

55 Nu-

Latine.	Japonice.	Sinice.	Annam.
55 Nubes	cumo	yun	mai
56 Caput	caxira	theu	dau
57 Brachia	ude	xeu pam	caim tai
58 Manus	te	xeu	tai
59 Pedes	axi	kio	cin
60 Crura	faghi	kio pam	blai cin
61 Capilli	camighe	fâ	toi
62 Os	cuci	kheu	miem
63 Nasus	sana	pi	lo mui
64 Aures	mimi	ul	tai
65 Dentes	fa	ci	ram
66 Barba	fighe	siu	rau
67 Frons	fitai	nghe	tlan

Non habent hae linguae nomina mensium communiter in usu, sed eorum loco utuntur numeris communibus ut in reliquis rebus: solum in primo mense utuntur hac figura E quae Japonibus est, xioguaci, Sinis, cim, Annamitis tham giam, tum 2 luna, 3 luna, &c.

NUMERI.

Latine.	Japonice.	Sinice.	Annam.
I.	ici	ye	mot
II.	ni	ul	hai
III.	san	san	ba

Latine.	Japonice.	Sinice.	Annam.
IV.	xi	ſu	bou
V.	go	u	nam
VI.	rocu	lo	ſau
VII.	xici	tſie	bai
VIII.	faci	pa	tam
IX.	cu	kieu	cin
X.	giu	xe	muei
XI.	giu ici	xe ye	muei mot
XII.	giu ni	xe ul	muei hai
XIII.	giu ſan	xe ſan	muei ba
XX.	ni giu	ul xê	hai muei
XXI.	ni giu ici	ul xê ye	hai muei mot
XXX.	ſan giu	ſan xe	ba muei
XL.	xi giu	ſu xe	bou muei
L.	go giu	u xe	nam muei
LX.	roca giu	lo xe	ſau muei
LXX.	xici giu	tſie xe	bai muei
LXXX.	faci giu	pa xe	cam muei
LC.	cu giu	kieu xe	cin muei
C.	fiacu	ye poe	mot tlam
CC.	ni fiacu	ul poe	hai tlam
M.	xen	ye tſien	mot nghin
XM.	man	ye van	mot muan.

§. XIX Characteres Japonici a Si-

XIX. Licet autem Japonenſes characteribus Sinicis in ſcribendo utantur, ſolent tamen eos raptim & celeriter pingere, unde figura naſcitur

ſcitur a Sinicis aliquo modo diverſa, ſi diverſa nominanda eſt, quae eoſdem ductus repraeſentat, ſed pro quadratis rotundos, ut citius pingantur. Atque ita de Sinicis & Japonicis notis dici poteſt,

nenſibus aliquo modo differunt.

— facies non omnibus una eſt,
Nec diverſa tamen, qualem decet eſſe ſororum.

Ipſi quoque Sinenſes, quum characteres eorum quadrati multum operae & temporis requirant ut ſcribantur, aut hoc aut ſimili more, quo Japonenſes, eos pingunt. Quod ut clariſſime ob oculos ponam, characteres Sinicos quinque vocum in tabella exhibebo, quarum ſingulae ſex modis diverſis ſcriptae ſunt. Character autem Japonicus eſt ordine ſextus vel ultimus. Primus & ſecundus videntur antiquiſſimi eſſe & fundamentum reliquorum in ſe continere, ac picturae rudes rerum fuiſſe, ut in charactere Solis & Lunae apparet: qualibus picturis olim loco literarum uſi fuere Sinenſes (uti adhuc hodie faciunt Mexicani) ſed quas poſtea, ut labori parcerent, in lineas quaſdam ſimili modo diſpoſitas mutarunt, quibus nunc utuntur. Haec autem, quae inter ſchedas Golianas a Martinio acceptas inveni, deſumta ſunt ex libro Sinico *Tien-cu-van*, in cujus initio


haec ſua manu adſcripſerat Golius. *Liber Sinicus, inſcriptus Tcien cu van, hoc eſt,* Chiliogrammos Syntaxis: *quem vir literatus in carcere detentus compoſuit, re quavis* VI *notarum generibus expreſſa, pro variorum temporum & populorum uſu. Quorum primum & ſecundum cum hieroglyphicis Aegyptiorum commune quid habere videntur, ultimum contractas continet notas quas currentes vocant, eſtque ille character quo Japones familiariter utuntur. Mille autem characteribus ille author naturae quoddam compendium deſcripſit, ita eleganter, ut promeruerit a Rege libertatem. Ipſe Liber in Sina impreſſus fuit notis candicantibus, papyro autem nigrante; contra atque libri alii excudi ſolent.* Ex eadem hac tabella obiter veram formam notare potes duorum characterum Sinicorum *Solis* & *Lunae*, quos Vir Eruditiſſimus, Athanaſius Kircherus, qui rebus Sinicis plurimum lucis affudit, in *Sina illuſtrata p.* 235. exhibet, ſed ita ut nulla ſit inter characterem Solis & Lunae differentia. Hic autem videmus characterem Lunae eſſe magis oblongum figura Solis, quia natus eſt ex figura Lunae falcatae.


§. XX. Quid ſit Chryſe, nomen Inſulae Japon.

XX. Hoc unum addam, antequam Inſulae Japon valedicam, non tam de nomine ipſo Japon, quod eſt deflexum ex *Gepuen* (Ge enim eſt Sol, *puen*, origo, ſic ut notet regionem *Orientalem,*

Mille.	Litera	Ornatus	Sol.	Luna.
Sinice Tzjeñ.	*Sinice* çu.	*Sinice* veñ.	*Sinice* gē.	*Sinice* yuē.
千	字	文	日	月

Nummus Javanus. *vid. pag. 93.*





De
In-
nis.

Q
C
n
ſu
p

talem, unde Sol oritur, respectu scilicet Sinensium) quam de altero *Chryse*, quod esse nomen Tataricum male credidit P. Martinius & alii. Ille quidem in Atlante Sinico, *pag.* 212. ubi de hac insula agit, scribit se non posse assequi cur Japon appelletur *Chryse*, & forte esse Tataricum: de quo si apud Tataros, ad quos se profecturum sperabat, certi aliquid rescisceret id postea libro suo insereret. Ita quoque J. Nieuhof in historia primae Legationis Sinicae, *pag.* 317. At necesse non est etymon Chryses in Tataria quaerere. Non a Sinis aut Tataris, sed a Scriptoribus quibusdam Europaeis recentioribus, ita dicta fuit, qui putarunt hanc esse Chrysen, χρυσῆν veterum, de qua nos Tom. I. Dissett. IV.

§. XXI. De Lingua Insularum Salomonis.

XXI. Sitae sunt insulae quaedam ab Alvaro de Mendoza primum detectae 800 circiter leucis a Peru, & de Salomonis nomine appellatae sunt propter conceptam de iis magnarum opum & divitiarum opinionem, uti scribit Herrera in descriptione Indiae occidentalis fol. 36. Collocantur inter gradum latitud. australis 7 & 13, vel 4 & 13 uti exhibet mappa Geographica Herrerae adjecta, & sunt numero plurimae at praecipuae octodecim, inter quas nonnullae quarum ambitus est trecentarum leucarum. Incolae utuntur lingua, quae non multum diversa est a Malaïca,

quantum judicare licet ex catalogo vocum, qui ſubjunctus eſt itinerario Jacobi le Maire fol. 80. *Lima*, quinque, eſt ipſiſſima vox Malaïca ليم Lima, quae idem ſignificat. Backela, pugnare, eſt ڤوكل *Poekol* Malaïcum. Ica, piſcis ايكن Ican. Augin (leg. Angin) ventus اڠن *Angin* Malaïce. Oubi, radices obos, اوبي *Oubi* Malaeis, Luſitanis *Patattes* (de quibus vide *Nieuhovii Itinerar. Indic. p.* 264. & *Dapperi deſcript. Inſularum Africanarum.p.*23.& ejuſdem Hiſtoriam Legat.Sinicae ſecundae, *p.* 67.) *Matau*, hamus, Mal. ماتا *Mata*. In *Omo*, Gallina, eſt veſtigium vocis ايم *Ayam*, in *Ongefoula*, decem, vocis ڤوله *Poulo*; in *Hakoubea*, clavus, vocis ڤاكو *Pakou*; in *Latou*, Princeps, راتو Ratou. Sed ipſum illum catalogum ſubjiciamus, quamvis aliqua ſuſpicer male intellecta & explicata, alia male eſſe ſcripta vel typis edita. Debemus tamen his eſſe contenti, donec ab aliis hae Inſulae adeantur, qui nova acceſſione hanc vocabulorum ſeriem augebunt. Dicitur quidem Abel Taſman, qui anno 1642. juſſu Societatis noſtrae Indicae ad terram Auſtralem incognitam profectus eſt, habuiſſe ſecum in itinere vocabularium aliquod Linguae Inſularum Solomonis, ſed aut unde id hauſerit incertum eſt, vel, quod verius crediderim, non fuit diverſum ab hoc ipſo vocum Catalo-

go,

go, quem damus ex Itinerario Jacobi le Maire desumtum. Idem observasse fertur ex illius vocabularii lectione multa nomina incolarum terrae Australis convenire cum iis insularum Salomonis. Et probabile est in eam quoque partem telluris, uti in Insulas Salomonis, voces Malaïcas penetrasse: nec aliunde videtur esse quod Principes suos vocaverint uti in Itinerario Tasmanni habetur, *Orangkay* اورڠ كاي Et in Insula Amboina Senatores appellantur *Orangkay*, uti testatur Nieuhovius in *Itiner. Indico pag.* 36. Quod si plura vocabula illius linguae sciremus, certius quid possemus judicare. Malaïce *Kaya* notat *hominem divitem*, *nobilem*, Spectatum & honoratum inter suos.

CATALOGUS

Vocabulorum aliquot, quibus utuntur indigenae Insularum

SALOMONIS.

UNum.	*Tacij*, vel *Taci.*
Duo.	*Loua*, vel *loa.*
Tria.	*Tolou.*
Quatuor.	*Fa*: *D'fa.*
Quinque.	*Lima.*
Sex.	*Houvv.*

 Decem

Decem.	*Ougefoula.*
Accede ad navem.	*Nutifoy.*
Diſcede.	*Fanou.*
Pugnare.	*Backela.*
Mulier.	*Herri.*
Porcus.	*Wacka.*
Gallina.	*Omo.*
Ventus.	*Augin.*
Piſcis.	*Ica.*
Arundo piſcatoria.	*Eca.*
Nuces *Cocos.*	*Alieuw.*
Banannas.	*Wafoudgy.*
Radices Obos.	*Oufij, Oubi.*
Cedo mihi Obos meas.	*Toma may oufi.*
Aegrotus.	*Mataij.*
Cocos recentes.	*D'mauta.*
Corallia.	*Lickaſoa, ou acachoa.*
Clavus.	*Hakoubea.*
Ferrum.	*Hequij.*
Hamus.	*Matau.*
Princeps.	*Latou.*
In terram exſcende.	*Ajouta, ou ajouda.*
Optimum ferrum.	*Moaij.*
Ia.	*Da of ijto.*
Abi.	*Alik-wi.*
Acoua, radicis nomen eſt arundini ſimilis, & corticem habentis variegatum.	*Acoua.*

XXIII.

XXIII. Collocatur Insula quaedam, ita dicta a multitudine arborum Tengae, vel Cocos, in latitudine australi grad. 16. 10. juxta situm, qui ei attribuitur in mappa Geographica praefixa itineri Jacobi le Maire, Amstelodamensis, qui eam detexit anno 1616. Annotavit ille vocabula quaedam ab illius incolis audita quorum nonnulla recte explicuit, at de aliis ipse dubitavit. *Loquebantur multa*, scribit in Itinerario, *fol. 62. sed mentem capere non potuimus. Hoc intelligere nobis, videbamur velle eos ut propius ad littus navem adduceremus.* Et paulo ante, *manus signo longius recedere jussit, vocem hanc Fanou, Fanou, aliquoties ingeminans.* Incolae hujus insulae videntur lingua quoque Malaïca uti, vel certe non multum ab ea diversa, uti & incolae vicinarum Insularum, quas Hornanas appellavit idem, qui regem *Ariki* vocabant & tentorium aëri a 4 lateribus expositum *Belay*, quod est Malaïcum بالي *Baley*, atrium, locus aeri expositus, in quo considetur, vel ڤلاين *Palaian* area velo, aut asseribus, quos columnae sustinent, superne tecta. Sunt inter voces illas, quas mox exhibebimus, nonnullae quae certo pro Malaïcis habendae sunt, at aliae minus bene videntur ab iis intellectae, vel per errorem librariorum corruptae. Inter illas sunt *Matta*, oculi. Malaïce مات *Mata. Talin-* §. XXIII. De Lingua Insulae Cocos.

linga, aures, Malaïce تلبغ *Talinga*. *Chou*, uber. Malaïce سوس *Souſo*. Fattou, lapis. Mal. بات *Batou*. *Ouſi*, radices Obes. اوبي *Oubi*. *Faſſi*, culter. فيسو *Fiſou*. *Wacki*, aqua Cocorum. توق *Tawack*. *Pourou*, cortices Cocorum تمڤورغ *Tampourong*. *Kaji*, cinnamomum. كيو مانس *Kajoe manis*, id eſt, *lignum ſaporis grati*. Significat كيو *Kajoe* non ſolum *lignum*, ſed & *volumen*. Solet autem cinnamomum in voluminis formam fingi. Confer *Lachaai*, lignum, & كايو *Kajoe*, quod idem ſignificat. *Manta* (videtur legendum *Mauta*) Juvenis, مود *Mouda*. *Yio*, ita. اي Ija. *Fatinga*, digitus, (antea *Fatinga lima* explicuerat per pedes & manus: at *lima* eſt 5 Malaeis) Mal. تاغن *Tangan*, manus. *Latoe*, praefectus راتو *Ratoe*. Praeterea Numeri produnt origines Malaïcas, uti patebit ſi quis eos conferat cum Malaïcis & aliis ſupra exhibitis, & voces *Fatta*, cor, Malaeis هات *Hati*. *Coloji*. os, مولت *Moulot* Malaïce, *Waji*, aqua, Javanis *Baya*, Singalaeis *Weya*; *oua*, pluvia اوجن *Ouzjan*. En Tibi ipſum indicem vocum, quas ab indigenis hujus inſulae acceptas itinerario Jacobi le Maire ſubjunctas video.

Voces

Voces indigenarum Insulae Cocos.

SOl.	*La.*
Luna.	*Massina.*
Stella.	*Fittou.*
Oculi.	*Matta.*
Aures.	*Talinga.*
Lingua.	*Alello.*
Labia.	*Lamotou.*
Genae.	*Calafou.*
Guttur.	*Oua.*
Uber.	*Chou.*
Cor.	*Fatta.*
Os.	*Coloij.*
Nasus.	*Esou.*
Barba.	*Talassa.*
Dentes.	*Nyfo of lyfo.*
Capilli.	*Ouroucq ; ourou.*
Ossa.	*Waaij.*
Pedes, & manus.	*Fatinga. lima.*
Ungues.	*Maij. ninia.*
Venter.	*Tinay.*
Dorsum.	*Toua.*
Humeri.	*Touauma.*
Nares.	*Mouri.*
Juvenis, puer.	*Tama.*
Filia.	*Toubou.*
Foemina.	*Farri.*

Dormire.	*Mooij.*
Saltare ad numeros.	*Pipi.*
Domus, tuguriolum.	*Fare.*
Lapis.	*Fattou.*
Arbor.	*Talie, of taliei.*
Lignum.	*Lachaai.*
Ferrum.	*Hackoumea.*
Corallia.	*Caſoa.*
Navis.	*Wacha.*
Sus.	*Pouacca.*
Gallus.	*Moa.*
Aqua.	*Waij.*
Gallina.	*Oufa.*
Pluvia.	*Oua.*
Securis. Malleus.	*Tocki gelſij.*
Terra.	*Kille.*
Aes.	*Tatto.*
Sedes.	*Noffoa.*
Patella.	*Chienga.*
Ebur.	*Tatta.*
Auſter.	*Maſſele.*
Cultro laedere.	*Tuamo.*
Veſtis.	*Cafou.*
Storea.	*D'fau.*
Oleum Cocos.	*D'lolo.*
Mons.	*Maoucha.*
Abnavigare.	*Foulau.*
Comede.	*Tacki, nacki.*
Attolle.	*Foudij.*

Ba-

Banannas.	*Fouti.*
Obes radices.	*Oufi.*
Oleum.	*Lolo.*
Caſeus.	*Poulaca.*
Forfex.	*Epouri.*
Annulus digitalis.	*Mamma.*
Tympanum.	*Naſſa.*
Bombarda.	*Leaij tiſmoghel neluij.*
	Waijfogi.
Culter.	*Faſſi.*
Speculum urens.	*Leſſi iloa.*
Folia Cocorum.	*Aes Ciſaro.*
Aqua Cocorum.	*Wacki.*
Saccharum.	*Lolo.*
Cortices Cocorum.	*Pourou.*
Fructus quidam.	*Falaſola.*
Cochlea margaritifera.	*Tiſſa, of Teſſa.*
Tintinabulum.	*Taula.*
Cinnamomum.	*Kaij.*
Funiculus.	*Waſſauw.*
Ignis.	*Oumou.*
Unum.	*Taci.*
Duo.	*Loua.*
Tria.	*Tolou.*
Quatuor.	*Fa.*
Quinque.	*Lima.*
Sex.	*Houno.*
Septem.	*Fitou.*
Octo.	*Walou.*

No-

Novem.	*Ywou.*
Decem.	*Ongeſoula.*
Ultra denarium numerum non aſcendebant, nos ad centum numerare eos docuimus, hac formâ:	(* *Miror, nam Malaei numerant ita ultra decem.*)
Undecim.	*Ongeſoula taci.*
Duodecim.	*Ongeſoula loua.*
Hoc, aut hîc.	*Equi.*
Juvenis.	*Manta.*
Videam.	*Matta may.*
Nihil eſt.	*Neay, vel Eay.*
Non.	*Eai.*
Ita.	*Yio, vel Yiouw.*
Columba.	*Loupe.*
Nihil ſupereſt.	*Eeuw.*
Cantus.	*Adoua.*
Hac voce adventum gratulabantur.	*Lolle.*
Cutis inciſae variegatio.	*Tetau.*
Geſticulationes tripudiantium.	*Mon.*
Animal cornigerum.	*Niſo.*
Obos minores.	*Talo.*
Veſtes chartaceae pictae.	*Keaſiva.*
Bos cornutus.	*Wagga, wagga bou.*

Radicis

Radicis, quam mandere ſolent, & e cujus ſucco potum conficiunt, nomen:	*Acava* : *Atova, Cava.*
Nomina obſidum.	*Tamay, Foſa.*
Funis, quo veſtes conſtringere ac ſuccingere ſolent.	*Caſſa.*
Armillae.	*Tauwa pou.*
Digitus.	*Fatinga.*
Fructus cujuſdam ſucculenti nomen.	*Lolou.*
Panis noſter.	*Maſi.*
Hepar.	*Adde.*
Hepar porcinum.	*Adde puacca.*
Rex.	*Ariki.*
Praefectus.	*Latou*, vel *Latau.*

XXIV. Nova Guinea, quam communis opinio fert inſulam eſſe, appellatur ab Incolis inſulae Jamnae *Betaf*, & lingua illic uſitata Malaïcae quoque veſtigia certiſſima praefert, uti videre eſt ex tabella vocum appoſita, quae tamen, quod dolendum eſt, non videtur ſatis accurate voces ipſas exhibere: at dum alia ejus linguae ſpecimina extare non novi, his contenti ſimus oportet. Leges in illa, *guttur* dici *Conconhang*. Quod Malaei كرڠكوڠن *Croncongan* vocant. Haec indu- §. XXIV. De Lingua NovaeGuineae.

indubie eadem vox eſt. Sic *Pedes*, *Kekejin*; Malaïce pes, كاكي *Kaki*. *Aures*, *Talinga*. Malaïce تليڠ *talinga*. *Ubera*, *Sou ſou*. Malaïce سوس *Souſou*. *Ignis*, *Eef*, Malaïce اڤي *Api*. *Sanguis*, *Daar*, Malaeis داره *Daara*. *Arundo*, *Daan*, Malaeis *folia* arundinum, &c. داون *Dawon*. *Corallia*, *Poutai*, quod eſt ڤوته *Pouta*, album, uti in tabella vocum inſulae Moae, *Saſſera Poute*, *Corallia alba*. *Pluvia*, *Ous*, اوجن *Ousjan*. *Exſpectare*, *Attingam*. تڠكه *Tanga*. *Quinque*, *lima*. ليم *Lima*, & plura in numeris, quae quilibet conferre poteſt cum tabella vocum linguae Malaïcae ſupra, *pag.* 58. in quibus nomina decem primorum numerorum ſuis locis leguntur. *Tola*, tria, eſt ex lingua Javana.

Vocabula quibus uti ſolent incolae Novae Guineae.

Rex.	*Latieuw.*
Nuces *Cocos.*	*Lamas.*
Gallina.	*Coocq.*
Porcus.	*Tembor.*
Bannanas.	*Tachouner.*
Ova Gallinacea.	*Paſima Coo.*
Aqua.	*Dan* vel *Daan.*
Piſcis.	*Hiſſou.*
Carabi.	*Corre cor.*

Folia.

Folia Siri سيره.	*Nomboug Pe.*
Pinanche navigii genus.	*Bou.*
Calx.	*Camban.*
Oleum.	*Poom.*
Coralla.	*Poutai.*
Ferrum.	*Herees.*
Culter.	*Coot.*
	Bouo.
Caput.	*Ea.*
Nasus.	*Nisson.*
Aures.	*Talingan.*
Dentes.	*Ysang.*
Sinciput.	*Posson Arongh.*
Crinis.	*Nibouge.*
Manus.	*Limangh.*
Pedes.	*Kekeijn.*
Ubera.	*Sou sou.*
Brachia	*Pong liman.*
Lingua.	*Hermangh.*
Labia.	*Tabaing vouling.*
Humeri.	*Haliyug.*
Venter.	*Balang.*
Dorsum.	*Baheing.*
Digitus.	*Cateling liman.*
Nates.	*Poutong.*
Dormire.	*Heim.*
Barba.	*Incam besser.*
Edere.	*Nam Nam.*

Bibere.	*Anda.*
Genae.	*Paring.*
Guttur.	*Con Con Hang.*
Arundo.	*Daan.*
Sedes.	*Sou.*
Lapides.	*Coore.*
Ignis.	*Eef.*
Terra, ad terram.	*Beboul.*
Hamus.	*Ioaul.*
Cochlea margaritifera.	*Corron Tamborin.*
Sol.	*Naas.*
Luna.	*Calangh.*
Stellae.	*Maemetia.*
Clava lignea.	*Hereris.*
	Foun.
Annuli in nares immiſſi.	*Iaoull.*
Ebur, elephanti dens.	*Tembron bis.*
Reſtes.	*Calcoloun.*
Mare.	*Taas.*
Gladii lignei.	*Seel.*
Terra Rufa.	*Taar.*
Arena.	*Coon.*
Pluvia.	*Ous.*
Funda.	*Gimmio Halla.*
Haſta lignea.	*Mareet.*
Miſſile telum.	*Houvan.*
Plumae ſive alae telorum.	*Tounſiet.*

San-

Sanguis humanus.	*Daar aug.*
Sanguis porcinus.	*Daar de rembos.*
Capitia.	*Nandikea.*
Canoa.	*Takoup.*
Remigare.	*Gemoe Hainoes.*
Montes.	*Faſſer.*
Non eſt.	*Capte andeſingim neaij*
1 Unum.	1 *Tika.*
2 Duo.	2 *Roa.*
3 Tria.	3 *Tola.*
4 Quatuor.	4 *Fatta.*
5 Quinque.	5 *Lima* vel *liman.*
6 Sex.	6 *Wamma.*
7 Septem.	7 *Fita.*
8 Octo	8 *Wala.*
9 Novem.	9 *Siwa.*
10 Decem.	10 *Sangafoula.*
Fructus certi nomen.	*Loongh.*
Expectare.	*Attingam.*
Nomen captivi cujuſdam.	*Tarhar lieuw.*
Non novi.	*Kim kabbeling lougtee.*

XXV. Sita eſt haec inſula in latitudine Grad. $2\frac{1}{5}$ & ita dicta fuit a Jacobo le Maire de nomine Moſis cujuſdam e ſociis ejus, quem inſulani telo vulneraverant. Idem tabellam vocum, quas ibi audiverat, exhibuit, quae haec eſt.

§. XXV. De Lingua incolarum inſulae Moſis.

Voces incolarum Insulae Mosis *dictae.*

ITa.	*Llu.*
Lignum rude.	*Sagu.*
Panis.	*Pouhonnori.*
Humeri.	*Carracerreram.*
Ubera.	*Sou sou.*
Genua.	*Pou banking.*
Oculi.	*Mattanga.*
Videam.	*Matta may.*
Guttur.	*Comieconnon.*
Lingua.	*Caramme.*
Barba.	*Parre wourou.*
Nasus.	*Wansrugo.*
Bananas.	*Hiwoundi, Taboun.*
Statim aderit.	*Kirrekir.*
Porcus.	*Cambour.*
Cocos.	*Lamas.*
Nos.	*Tata.*
Expecta, vel statim.	*Alep.*
1 Unum.	1 *Kaou.*
2 Duo.	2 *Roa.*
3 Tria.	3 *Tolou.*
4 Quatuor.	4 *Wati.*
5 Quinque.	5 *Rima.*
6 Sex.	6 *Eno.*
7 Septem.	7 *Wijtsou.*
8 Octo.	8 *Ejalou.*

9 No-

9 Novem.	9 *Siwa.*
10 Decem.	10 *Sangapoulo.*
Gallina.	*Mitoa.*
Clava.	*Micoura.*
Ferrum.	*Masirim.*

Vides Lector multa vocabula cum aliis ante recensitis & Malaïcis convenire, nec ego illa hic repetam. Solum aliquid addam de *Sagu*, quae vox in hac serie secundum locum obtinet. *Sagu* hic explicatur per *Lignum rude*: & *Pouhonnori* per *panis*. Sed revera Sagu est panis eorum, (uti & in tabella vocum incolarum insulae *Moae* vertitur *Panis*, *Sagu*) sive medulla arboris cujusdam quae comminuta ipsis pro pane est, nec ipsis tantum, sed plerisque insulis vicinis, ipsique Japoniae. Quum autem nostri viderent *lignum* illud *rude*, e quo panem conficere solebant, rogabant quo nomine id appellarent, & responsum tulere *Sagu*, quae vox non omne, sed hoc, lignum notat. Vestigium hujus rei est in voce *Pouhonnori*, nam ڤوهن *Pouhon* Malaice est arbor, & medulla arboris iis panis est. Sunt qui velint arborem hanc, unde *Sagu* paratur, esse eam quae *Toddapanna* Malabaribus, Japonibus *Sotetsou*, id est, *a ferro virescens*, dicitur, quia e terra evulsa & siccata revivisscit, si arena fervida scoriis ferri

admixta radici ſubſternatur. Qui eam videre deſiderat, non eſt quod in orientem iter faciat: inde delata eſt in hortos domus Honslardicenſis prope Hagam Comitis. Alii tamen putant Sagu, quo nomine farina per Indiam ubique nota eſt, non ex fructibus ſed e caudice & ligno contrito palmae cujuſdam fieri, quum Sagu Toedapannae fiat e fructibus ejus, uti videre eſt in vaſtiſſimo atque artificioſiſſimo opere, cui titulus Horti Malabarici, Parte III. pag. 14. & Itinere Indico Johannis Nieuhof pag. 34. Hoc Sagu, ſive farinam hanc aquae mixtam, coquunt, & ex eadem arbore potum Indi petunt, abſciſſo ramo & appenſo vaſculo in quod liquor deſtillat, vulgo *Saguweer* dictus.

Vocabula indigenarum Inſulae Moo, *ſitae in latitud. auſtr. 2. grad.*

Cocos.	*Lieu.*
Bannanas.	*Tandani.*
Porcus.	*Paro.*
Aqua.	*Nanou.*
Zinziber.	*Raay.*
Culter.	*Ani.*
Piſcis.	*Koyma.*
Canis.	*Aroue.*
Corallia.	*Saſſera.*

Pecten.

Pecten osseus.	*Marmauw.*
Clavus.	*Bee.*
Panis.	*Sagu.*
Liba.	*Soome.*
Vestes faeminarum.	*Maye.*
Armillae.	*Sabre.*
Arcus.	*Partina.*
Tela.	*Bare.*
Dormire.	*Maune.*
Pisces jaculis petere.	*Tineany.*
Dens porcinus.	*Sona.*
Quadrupes.	*Pari-wou.*
Sol.	*Arduio.*
Quinque.	*Weer-faut.*
Avis candida.	*Mavi : kacketoua.*
Radix flava, Curru-mae similis.	*Aou.*
Corallia alba.	*Sassera poute.*
Non, non, nihil nihil.	*Taop, Taop.*
Abi hinc.	*Hoyda.*
Nomen Insulae est.	*Arti.*

XXVI. Haec omnia satis evincunt (quod in initio hujus dissertationis monuimus) longe lateque diffundi usum linguae Malaïcae, quae non tantum in Chersoneso Malaeorum & insulis Sumatra, Java, Borneo, Moluccis sed & aliis magis ad orientem sitis usurpatur. Quibuscum si conferamus illud quod linguae Insulae Ma-

§. XXVI. De Linguae Malaïcae diffusione per vastissima terrarum spatia.

Madagascar plurima vocabula Malaica sint permixta, magis adhuc stupebimus linguam unam, qualis Malaïca est, vestigia sua reliquisse in tam dissitis terrarum spatiis qualia sunt insula Madagascar ad litus Africae & insula Cocos in mari inter Asiam & Americam interjecto. Lubet hic laterculum addere vocum Madagascaricarum, ut dicta nostra confirmemus.

VOCABULA QUAEDAM MADAGASCARICA COLLATA CUM MALAÏCIS.

Madagascarice.	Malaïce.
Alaoet. mare.	لاوت *Laoet.*
Vourong. avis.	بورڠ *Bourong.*
Voulou. arundo.	بوله *Boulo.*
Tandoc. cornu.	تندق *Tandoc.*
Voa. fructus.	بوه *Boa.*
Nytangan. manus.	تاڠن *Tangan.*
Ouvi. radices.	اوبي *Oubi.*
Vare. oryza.	برس *Baras.*
Menac. oleum.	مپيق *Minjac.*
Kissou. culter.	ڤيسو *Pissoe.*
Vintang. stella.	بنتڠ *Bintang.*
Poulo. decem.	ڤوله *Poulo.*
Enny. sex.	انم *Anam.*
Vatou. lapis.	بات *Batou.*

Tane.

Tane. terra.	تانه *Tana.*
Foetsi. albus.	ڤوته *Poeti.*
Meytin. niger.	هيتم *Heitam.*
Merahits. ruber.	ميره *Merah.*
Tounou. assare, urere.	تون *Tounou.*
Toulang. globulus.	تولڠ *Toulong*, ossiculum.
Sorock. cochleare.	سندق *Sondock.*
Raa. sanguis.	داره *Dara.*
Vohits. mons.	بوکت *Boekit.*

Hinc est, quod regio quaedam insulae Madagascar appelletur *Vohits angombes*, id est, *mons boum* (*Angombe bos* iis est, quem Malaei dicunt لمبو *Lemboe*) *vohits massin*, mons fortunatus.

* Nota omnia, quae ab V incipiunt uti *Vourong*, *voulou*, &c. a Madagascaribus per B, *Bourong*, *boulou*, pronuntiari, quum vox praecedens in consonam desinit. Ita magis elucescet convenientia earundem vocum cum Malaïcis.

XII.

[illegible]

XII.

DISSERTATIO DE LINGUIS AMERICANIS.



XII.

DISSERTATIO DE LINGUIS AMERICANIS.

I. QUemadmodum flumina, ubi primum e fontibus suis erumpunt, impetu majori feruntur, & tam perspicua originis suae indicia produnt, ut in dubium vocari nequeat; eademque longius terrarum spatium emensa, & magis ab ortu suo remota, impetum quoque illum, a fonte communicatum, paulatim amittunt, ita ut stagno similiora quam fluvio appareant, eadem ratione cum plerisque Linguis generis humani actum videmus. Lingua Hebraea, cujus Chaldaea & Syra quaedam quasi dialecti sunt, circa Tigrin primo & Euphratem, terrasque vicinas usitata, fons fuit multarum aliarum, quae prout regiones ipsae longius erant ab Assyria, &

§. I. Linguae pleraeque Europae, Asiae, & Africae Hebraeam originem arguunt.

& Meſopotamia diſſitae, minora primigeniae Hebraeae veſtigia retinuerunt. Ita linguae Arabum, & Phoenicum, quum eorum regiones ſatis propinquae huic fonti eſſent, Hebraeae imaginem expreſſius referunt. Ex Phoenicia orta Graeca, & hinc Latina, atque hinc iterum Gallica, Hiſpanica & nonnullae aliae Europaeae, quo majori terrarum intervallo ſeparatae ſunt hae terrae ab Aſia, majorem quoque mutationem ſubierunt. Idem in Aſia, Africaque deprehendimus: quumque hae cum Europa unam Continentem efficiant, haud difficulter concipi poteſt, omnes ejus linguas ab uno fonte propagatas fuiſſe; ſi Sinenſem, Japonicam & paucas alias exceperis. Hae enim de novo confictae ſunt artificioſe a ſapientibus illorum populorum, qui ut omnem doctrinam intra ſocietatem ſuam continerent, & viam ad ſcientias difficiliorem redderent, veteri linguae abolitae novam, eamque monoſyllabicam, ac certis modulis ſoniſque adſtrictam, & aliquot vocum millibus intricatam ſubſtituerunt (quod de Sinenſi omnino affirmandum videtur) vel ab origine ſua Hebraea ita abeunt, ut convenientia, quae inter illas intercedit, agnoſci nequeat; ſaltem hactenus a quoquam cum ſucceſſu tentata non ſit, quod ſciam, illorum ſermonum derivatio ex fontibus Hebraeis.

II.

II. Poſtquam vero avorum noſtrorum memoria ingens illa telluris portio, America, detecta fuit, a noſtra continente hinc & inde intermedio Oceano divulſa (an ad Septentrionem alicubi noſtro orbi adhaereat incertum eſt) multos Eruditos inceſſit vehemens deſiderium linguas illorum hominum cognoſcendi. Erant enim, qui putabant ſi veſtigia linguarum noſtrae Continentis deprehenderentur in Americanis, hinc colligi poſſe, qua via in Americam primi incolae perveniſſent: quod hactenus plane dubium eſt. Qui eos e coloniis Phoenicum ortos arbitrabantur, voces quaſdam Phoenicias ſibi reperiſſe viſi ſunt inter Americanas: alii alias, prout diverſam de gentium Americanarum origine ſententiam fovebant. Quare & me cupido inceſſit cognoſcendi propius Linguas Americanorum, & quum indoles linguae alicujus, & convenientia ejus cum alia, optime poſſit oſtendi ex vocibus communioribus, quales ſunt nomina *numerorum*, *Solis*, *Lunae*, *aquae*, *terrae*, *boni*, *mali*, & ſimilia, ex plurimis ſcriptoribus ea collegi, quae Lectori hic exhibebo, ut ipſe de iis judicium ferat, & ſi poſſit, deprehendat, quae ex iis maxime accedat ad linguam aliquam in noſtra continente uſitatam. Quod ſi fiat, ingens illa controverſia de via, qua America incolas ſuos recepit, aut plane com- §. II. De Americanis diſputatur.

K po-

poneretur, aut magnam certe lucem hinc eſſet adeptura.

§. III. Voces Americanae ab Hebraeis non derivandae, licet quaedam cum his conveniant: quod caſui tribuendum.

III. Quod ſi aliquis a me quaerat, quid ego ſentiam de convenientia harum linguarum cnm linguis noſtrae continentis, quum ſine dubio gentes Americanae eundem nobiſcum Noachum parentem habeant, & ex aliquo trium filiorum ejus natae ſint, ipſorum quoque proavi, uti & noſtri, lingua aliqua, vel linguis, uſi olim fuerunt, quae non adeo ab Hebraea diſcrepabant, ac illae quibus nunc utuntur. Has vero quae hodie in uſu ſunt apud Americanos ego exiſtimo nulla praeferre ortus ſui ex lingua Hebraea indicia (quod qua ratione fieri potuerit, mox dicemus) ſic ut meo judicio fruſtra hactenus ad hunc finem comparatae fuerint Linguae Americanae cum Hebraea. Nec enim ſufficit, ut una lingua ex alia orta dicatur, voces quaſdam inter ſe convenire, uti quidam ſibi imaginati fuerunt Americanum *Neketali*, mortuus, eſſe ex Hebr. קטל, *Eneka*, torques ex ענק, *Akourou*, ſcorpius ex עקרב, *Holedonch*, ſanguis ex ארום &c. deduci. Nam & in linguis, quarum unam ex altera ortam eſſe nequaquam probabile eſt, videmus nonnunquam vocabula quaedam convenire. Ita voces quaedam linguae veteris Sabinae cum Aethiopicis optime conveniunt, uti notavit Marianus poſt Inſtitutiones linguae Aethiopicae.

Cur,

Car, Aethiopice hasta : Sabinis *Curis*. Ovidius :

> *Quippe quod hasta Curis priscis est dicta Sabinis.*

Neron, Aethiopice, fortis. idem Sabinis Suetonius *in Tiber. c.* I. *Kahate* sapiens. *Cato* Sabinorum lingua. *Terat*, Aethiop. molle; idem Sabinis *Tarentum*. *Hern*, saxa selecta Aethiop. *Herne* Sabinis, Servius *ad* VII. *Aen.* *Kasis*, vetus, Aethiop. *Kasco* Sabinis. Varro. *lib.* VI. Quis tamen inde colligat Sabinos ab Aethiopibus ortos? Lingua Malaïca & nostra Belgica voces habet affinis soni & significationis. سام *Sama*, cum, simul. Belg. *samen.* مانسيي *Manosja*. homo. *mensch.* اي *ija.* Ita est. *Ja.* بوكر *Boekor*. poculum. *een Beker.* بندل *Bendala*. fascis. *een Bondel.* باڤا *Bapa*, pater, *Papa.* سول *Soela*. columna. *een Zuyl.* راهت *Rahat*, rota: *een Rad.* تودڠ *Toedong*, cistam claudere, *toedoen.* تڠ *Tong*, dolium. *een Ton.* چڤ *Sjop*, igo, *een Schop.* Nec desunt aliae: attamen non puto hinc recte inferri, nostram linguam ex Malaïca originem ducere. Quid? quod apud gentes feras, quae prope Caput bonae spei in Africa habitant, voces inveniantur a Graecis non diversae, uti *Kahou*, sede, Graece κάθȣ, & *boe*, bos, βȣ̃ς. At quis credat voces illas a Graecis ortum

trahere? Saepe enim contingit voces ſono affines eſſe, quae longe diverſos ortus habent. Noſtra vox *Straat*, *Platea*, convenit cum Arabico سراط *Siraat*, & inde ab Cl. Erpenio derivatur, ſed & convenit cum via *Strata* Latinorum & Gothico *Straete*, via. Haec omnia licet ſono & ſignificatione conveniant, non ſunt ejuſdem originis. *Strata* enim eſt a *ſternere*, non *Siraat* Arabicum. *Zaat*, ſemen, convenit cum Perſ. زاده *Zadeh*. ducitur tamen commode a *Zaayen*, aut *ſatum* Latinorum. *Satum* tamen eſt a *ſerere*, & hoc a זרע, non زاده.

§. IV. Vel ſono naturali, qui pluribus vocibus communis eſt.

IV. Praeter caſum fortuitum, cui ſaepe convenientia duarum vocum in linguis diverſiſſimis debetur, poſſunt nonnunquam & aliis de cauſis voces convenire, licet una ab alia ortum non acceperit, ſi ita formatae ſint, ut ſono ſuo rem quam ſignificant, exprimant, quod manifeſtiſſimum eſt in iis vocabulis quae ad exprimendos ſonos tum animalium tum rerum inanimatarum, uti venti, tonitru, aquarum, ponderum delabentium, colliſorum, trementium facta, &c. ſunt. Ita Belgicum *gorgelen*, *gargarizare* convenit cum Arabico غرغر *Gargara*, quod idem notat: nec tamen inde efficitur vocem Belgicam ab Arabica eſſe oriundam: quia tum Belgae tum Arabes ea voce ſonum qui ab reciproco motu in gutture excita-

cita-

citatur, exprimere voluerunt. Sic per *Kirren* & *Korren*, gemitum columbarum indicamus, Arabes per قرقر *Karkara*, utrique ut ipſum gemitum ſono imitarentur: uti pulli eorum Columellae *lib.* VIII. *c.* 8. *pipire* dicuntur, nobis *piepen*. Latratum canis ڬوڠڬوڠ *Gongong* Malaei appellant. *Gannitum* canibus Latini adſcribunt, utrique a ſono vocabulum ducentes. Nos *baſſen* de ſono eorundem dicimus, Graeci βαΰζειν, Latini *baubari*. Lucret. *lib.* V.

Et quum deſerti baubantur in aedibus —

Omnes conati ſunt ſonum canum imitari, quiſque ſuo more, uti Ariſtophanes per αὖ, αὖ, alii per βαῦ, βαῦ, Perſae per هو هو *Hau hau*. Canes irati Latinis *hirrire* dicuntur: idem Arabibus eſt هر *Herr*, & R litera canina. Gallus Gallinaceus Anglis *chick* Gallis *coq*, Graecis κίκκος appellatur: nec tamen Graecos primam originem dediſſe voci Anglicae exiſtimo, ſed has a ſono eſſe ductas. Noſtrum *klokhen*, & *klokken* convenit cum *glocitare*: at utrumque formatum eſt ad imitationem ſoni gallinarum. Ferae gentes, quae litora Africae prope Caput bonae ſpei accolunt bovem appellant *boe*, quod cum Graeco βοῦς convenit: ſed a ſono vel mugitu boum, non

lingua Graeca petitum eſt, uti eaedem gentes ovem *ba* appellant, a balatu, vel ſono *βᾶ*, vel *βῆ* quem edunt: *ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων. Cratinus.* Ita in pleriſque linguis *Pater*, *ab*, *abba*, *pa*, *papa*; *mater*, *ma*, *amma*, & ſimilibus modis effertur, quod is fere primus infantium ſonus ſit. Ita voce *bu* pueri potum petunt. *Imbutum eſt*, *quod cujuſquam rei ſuccum bibit*, *unde infantibus*, *an velint bibere*, *dicentes BU ſyllaba contenti ſumus.* Feſtus. Nonius Marcellus. *Buas potionem poſitam parvulorum.* Varronis Cato vel de liberis educandis: *cum cibum ac potionem buas ac papas vocent.* Confer Feſtum in voce *Exbueres.* Lucil. *l.* VIII. *cum vinulentas diceret*, *vinibuas deſignavit.* Inde in plurimis linguis Europaeis veſtigia vocis illius puerilis ad potum deſignandum remanſerunt. Et apud ipſos Malaeos puls, infantium alimentum, بوبر *Boebor* appellatur, quod non a *bibere* vel ſimili voce originem trahit, ſed vero ſimiliter a communi origine, voce infantium.

§. V. Convenientia illa oſtendenda in vocibus communioribus, & quomodo.

V. Praeterea ortus unius linguae ex alia non ex vocibus rarioris uſus aeſtimari debet, (quod ſaepe fit ab iis qui convenientias vocum indagant) ſed communioribus, uti numeris, quorum notae in omnibus linguis inveniuntur; & ex ſimpliciſſimis, non iis quae ex duabus, tribuſve, aliis vocibus compoſitae

ſunt

ſunt, quales in Aſiaticis linguis, atque Americanis inveniuntur plurimae; & de his etymologiis, non videtur dubitandum. Sic noſtrum *ſes* convenit cum Latino *ſex*, Graeco ἓξ, Gallico *ſix*, Hiſpanico *ſeys*, & pleriſque ejus numeri notis in linguis Europaeis, quin & cum Aſiaticis, Arab. ستّ Perſ. شش & communem fontem Hebraeum שש arguunt. Sic יין Hebraeum dedit originem vocibus οἶνος, *vinum*, *wyn*, *vin*, &c. Sic ex ἀγρὸς אכר ager, *Akker*. Sic ex אזן, οὖς, *auſes* antiquorum poſtea deflexum in *aures*, *auricula*, & *oricilla* apud Catullum, *oreille*, *oor*, & hinc *hooren*, *gehoor*. Sic ex יש, ἐστὶ, است Perſ. *eſt*, & noſtrum *is*, quod majores noſtri pronuntiabant *es*. Si eodem vel non multum diverſo modo voces Americanae reduci ad Europaeas vel ad fontem Hebraeum poſſent, dubitandum vix eſſet, his ortum debere. At nunc adeo longe ab ſermone Hebraeo eae recedunt, ut fruſtra meo judicio ortum earum inveſtigare quis ſuſtineat: & ſi vel in una linguarum Americanarum id bene ſuccedat (quamvis de ſucceſſu deſperem) ubi in alia ex iis idem tentaverit, haerebit, ut puto, & fruſtra ſe eſſe fateri cogetur: niſi forte redivivus quidam Joannes Goropius Becanus, aut Schriekius a Rodorno, ſimiliſve ingenii homines animum ad hoc appulerint, ut linguas

populorum Americanorum ex Belgica noſtra quae iis omnium antiquiſſima *d'oudſte Taal*, & hinc *Duytſe Taal*, derivent. Si enim אלהים *Deus*, ortum trahat, a *heel hoed*, omnia cuſtodiens, צדיק juſtus, a *ſtaatich*; Citreum, a *giet traan*, fundens lacrymas, quum ſc. ſuccus exprimitur, Caſeus a *quaat aas*, malum alimentum, Behemot, a *vee hooft*, caput pecudum, מדבר deſertum a *met vaar*, ſive *gevaar*, cum periculo, & iſtiuſmodi etymologiae placere iis poſſint, ut placuerunt, facile quidvis ex quovis derivabitur, & omnes linguae Americanae ad Belgicas origines referentur. Sed iſtos viros ſibi linquimus, dolentes interim veram rationem inveſtigandi vocum cauſas & etymologias multum damni eſſe paſſam per illorum, non dicam conjecturas, ſed meras nugas. Genuinae profecto vocum origines, per legitimos tramites deductae, ſat multos homines inveniunt, qui eas derident, quum nitantur ſaepe mutationibus literarum affinium, quas aut omnino non percipiunt homines, qui nunquam ſedulo ad linguarum ortus & interitus attenderunt, aut a quovis ad lubitum fingi exiſtimant, ita ut ad exſtinguendum plane & tollendum ex mundo ſtudium etymologicum, non fuerit neceſſe heroas tales oriri, qui ſtupidos aut pigros homines in ſua perverſa opinione confirmarent, nec ſe ipſos

ipſos tantum ſed alios vere eruditos ac modeſte ἐτυμολογοῦντας deridendos praeberent, & indagationem vocum, ſub quarum cortice res latent, veluti rem nullius momenti, in contemtum adducerent.

§. VI. Cur Linguae Americanae adeo differant a reliquis. Cauſa prima, aſtus quorundam.

VI. Verum, dicet aliquis, quae fingi poſſunt cauſae tantarum mutationum, ſic ut nulla omnino affinitas inter linguas terrae noſtrae Continentis & Americanas inveniatur, ſi illi olim ex noſtra Continente in Americam migraverint. Certo vix poteſt affirmari, quomodo id contigerit: ſed probabiles conjecturae eo nos ducunt, ut credamus, quamvis vel ex Europa vel Aſia incolae primi in Americam appulerint, linguam illius antiquam lapſu temporis interire potuiſſe, & plures novas oriri: quod vel conſilio aſtutorum quorundam hominum, vel caſui & intervallo tam longi temporis attribuo. Primo quidem inauditum non eſt, homines ingenio praeditos prae reliquis gentilibus ſuis quidvis tentare ut auctoritatem ſibi inter ſuos acquirant, & ſapientiam, qua ceteris antecellunt, occultare, ne plebi ad eam facilis ſit aditus, res involvendo arcanis ſymbolis vel nominibus, quae a vulgi uſu ſemota paulatim ſermonem novum eumque ſacrum, ἱερὸν λόγον, pepererunt. Hic de ficta illa lingua Deorum dicerem, qua (uti vel ex his Homeri liquet, *Iliad.* Ξ.

Χαλκίδα κικλήσκουσι· Θεοὶ, ἄνδρες δὲ Κύμινδιν.

& *Iliad*. Υ. de fluvio Scamandro

Ὃν Ξάνθον καλέουσι Θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκαμάνδρον)

Deos uti, diversa a linguis humanis, Graeci veteres prodidere, nisi intra Americae fines me continere statuissem. Huc facit quod narrat Garcillasso de la Vega in *historia Incarum Peruanorum*, *lib.* VII. *c.* I. Incas habuisse linguam quandam qua inter se soli utebantur, quae a reliquis non intelligebatur, quamque addiscere nulli alii licebat, quod eam divinam crederent. Ex isto novo & ficto sermone quaedam vocabula permisceri linguae vulgari potuerunt, vel invitis ipsis Sacrorum praesidibus uti per proditionem; vel volentibus, quum etiam vulgaria vocabula mutare in ea quae ipsi finxerant aggressi sunt, ut eo magis populum a se dependentem redderent, aut ab aliarum gentium commercio arcerent.

§. VII. Causa altera. Quod tam longo tempore non literis sed sermone hae linguae sint

VII. Praeterea lapsui tot saeculorum tribui potest tam insignis linguarum mutatio, quum videamus quam paucis saeculis linguae Europaeae fuerint insigniter mutatae. Et eo majorem mutationem in linguas Americanas tempus induxit, quo illi magis destituti sunt istiusmodi munimentis quibus se & linguas suas de-

defendere & ſartas tectas conſervare queunt. Scripta & libros innuo, quibus nos abundamus, illi vero carent. Haec potiſſimum linguas cuſtodiunt, prohibentque ne ſemel bene conſtitutae alterentur aut pereant. At miſerrimae nationes Americanae pro notis literarum pictas tabellas & hieroglyphica retinuerunt; atque ita voces ipſae, non ſecus ac ipſa ſaxa & lapides, temporis injuriam patiuntur, & modo in hac modo in alia litera mutationem ſubeunt, quae ex libris, ſi adeſſent corrigi poſſent; nunc quum deſint, uſu vires capit, & integras voces a ſtatu ſuo primo ita deflectit, ut plane aliae videantur. Qui volet in ipſa lingua Latina voces inveniet, ex Hebraeis primum dein ex Graecis ortas, quae nunc hanc nunc illam literam perdiderunt aut mutarunt, adeo ut difficulter origo oſtendi poſſit. Quod ſi in linguis noſtrae Continentis id accidit, quas librorum copia fortius tueri ab his caſibus poterat, quid putamus in Americanis fieri debuiſſe praeſidio ſcriptorum codicum deſtitutis, & de quibus idem fere dici poteſt quod de Aegyptiis Lucanus. *lib.* III.

propagatae.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat, & ſaxis tantum volucreſque feraeque

Scul-

Sculptaque ſervabant magicas animalia linguas.

§. VIII. Quas mutationes in linguas inducat pronuntiatio.

VIII. Quum itaque ſola pronuntiatione conſervari debuerit integritas linguarum Americanarum, mirum non eſt voces vehementer fuiſſe mutatas. Contingit enim ſaepiſſime voces in compendium redigi, uti olim Praeneſtini ſolebant de quibus ille apud Plautum in Trucul. *Act.* II. ſc. 3. qui rabonem pro arrabonem dixerat:

— ar facio lucri
Ut Praeneſtinis conia eſt ciconia.

Et Attius apud Feſtum. *Tammodo inquit Praeneſtinus*, ſc. pro tantummodo. Ita Nefrones dicebant Praeneſtini, quos Lanuvini Nebrundines. Similiter Oſca dictio Mamers, fortis, degeneravit in Mars & mars. Pro *nobis* veteres dixere *nis*, pro *ſuam*, *ſam*, uti Feſtus notat. Saepe etiam populi quidam (quod de Americanis demonſtrabimus poſtea) uſum quarundam literarum negligunt, quae aut ſuperfluae ipſis aut difficiles videntur, eaſque vel abjiciunt plane vel cum aliis permutant. Sinenſes pro litera R efferunt L, atque ſic Chriſti nomen pronunciant *Kiliſuto*. Ita ج *Sjim* Arabum modo per Σ modo per Γ modo per Τ a veteribus Graecis & nobis expri-

primitur: & ח ac ע Hebraeorum a Graecis in pronuntiatione ſolebat omitti: vel alias literas vocibus inſerunt, uti Chaldaei & Aethiopes literam N. Nonnunquam etiam permutantur literae inter ſe, & una pro alia ſubſtituitur, uti ל pro נ, ע pro צ, ר pro ל, ד pro ז &c. Cujus rei exempla in vocibus Chaldaeis e lingua Hebraea deſumtis (at ſi in linguis adeo affinibus & gentium adeo politarum tanta vocum mutatio facta fuerit, quid non in linguis gentium Americanarum & remotarum a noſtro orbe & barbararum factum credimus?) exhibet Cl. Buxtorfius poſt praefationem Lexici ſui Talmudico-Rabbinici. Ita Latini pro Π Graecorum ſuum Q ſaepe ſubſtituerunt, & hac ratione equus ex ἵππος, quinque ex πέντε, quotus ex πότος, quaero ex τηρέω, quartus ex τέταρτος formarunt: pro ſpiritu V ſuum uſurparunt ut ἑσπέρα, veſper, ἐσθὴς, veſtis, ἦρ, ver, ἶς, vis. Sic ἑστία, veſta, εἶδω, video, ἐμέω, vomo, &c. & aliquando pro eodem S ſubſtituerunt, ut pro ἕδος *ſedes*, ἓ *ſe*, εἰ *ſi*, ἅλς *ſal*, ἕβδομος *ſeptimus*, ἓξ *ſex*, ὕδος, *ſudor*, ὑπὲρ, *ſuper*, ὕλη, *ſylva*, ὗς, *ſus*, &c. Oſci veteres T mutabant in P Latinum, ut τέσσαρες, πίσυρες, πέτορες, unde Petora, Petoritum, currus quatuor rotarum, τὶς, *pis*, τὶτ, *pit*, unde *pitpit*, *quicquid*. Ne de vocalibus jam dicam

quae

quae & ipſae lapſu temporum aliter pronuntiantur ac antea, etiam in illis regionibus ubi maxime literae floruerunt. Sic E Graecorum oportet aliter olim fuiſſe pronuntiatum ac nunc, quum αὐλητρὶς πεσοῦσα ſonabat uti αὐλητρὶς παῖς οὖσα, teſte Theone ſophiſta, & ἕτερος ἑταῖρος, κενοφωνία καινοφωνία inter ſe confundebantur. Ita I cum EI quondam conveniebat, quum P. Nigidius teſte Gellio 13. 24. annotabat aliter ſcribi *amici* in Nominativo plurali ſc. *amicei*, aliter in genitivo ſingulari *amici*; quum Cicero *lib.* IX. *Epiſt.* 16. βίνει convenire cum *bini* ſcribebat: quum ex Νεῖλος *Nilus*, εἴδωλον, *idolum*, &c. ortum traxere. Aliter quoque ἦτα, ac nunc, pronuntiatum fuit quando Euſtathius ſcripſit Νειλεὺς convenire ſono cum Νηλεὺς, non vero ſcriptione. Diverſo etiam modo Οι extulerunt, quum inter λοιμὸς & λιμὸς vix ulla differentia audiebatur, quod Thucydides notat, oraculum hoc narrans, *lib.* 2.

> Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

Quumque Graecum μοῖρας Sidonius Apollinaris *miras* pronuntiabat *c.* XV.

> *Terdenas tropico prope currere climate miras.*

Et μοῖτον, quae vox Sicula eſt, Latini *mutuum* di-

dixerunt, teste Varrone *l.* IV. de L. L. & Hesychio. Omnes hae causae, quam insignem mutationem in vocabula inducunt, quivis facile intelligit: nec quicquam prohibet credere, quod in linguis nostri orbis contigit, etiam in Americanis contingere potuisse. Quid? quod si illae insignem inde mutationem passae sint, hae sine dubio majorem pati debuerint.

IX. Ab eadem causa, scriptionis scilicet & literarum defectu repetendam puto insignem illam differentiam, quae inter linguas gentium Africanarum scriptis libris destitutarum & alias intercedit. Videas illic fere, uti in America, ad singulas decades milliarium linguas alias in usu esse, quae nec inter se nec cum aliis gentium politiorum conveniunt. Accolae fluminis Calbra vel Calbariae in litoris Africani ora occidentali circa gradum 4 latitudinis borealis, primos quinque numeros ita pronunciant 1. *Barre.* 2. *ma.* 3. *terre.* 4. *ni.* 5. *sonni.* Vicini eorum ad fluvium Camarones ita 1. *mo.* 2. *ba.* 3. *melella.* 4. *meley.* 5. *matan.* Haec plane differunt, uti quilibet perspicit: quod si in numeris, re communissima id factum sit, quantam mutationem contigisse in aliis vocibus credemus? Populi *Cojae* dicti circa promontorium Africae, vulgo Cabo de monte, Elephantem appellant *Kaumah.* At isti

§. IX. Eadem causa differentiae linguarum quarundam Africanarum a reliquis.

isti qui non longe inde circa arcem nostram d'el Mina habitant, *Osson*. Illi porcum *ebbio*, hi *kouja*. Et multa alia colligere possemus, si de linguis Africanis, non Americanis, scribere constituissemus.

§. X. Linguas Americanas convenire cum Asiaticis probabilius est, quam cum Europaeis.

X. Quamvis autem existimem frustra convenientiam aliquam fingi inter linguas Americanas & nostrae continentis, quantum quidem judicare licet ex vocabulis illarum linguarum nobis cognitis, si tamen illae ad aliquas linguas hujus Continentis referri debeant, & majorem forte lucem rebus Americanis allatura sint saecula sequentia, puto ab Asiaticis potius quam Europaeis originem earum linguarum fore arcessendam. Primos enim Americae incolas ex Asia potius quam Europa ortos esse mihi persuadeo; non quidem ex eo quod America ea parte qua Asiam respicit plures incolas habeat, quam qua Europam; cum hoc & genio gentium erraticarum & ipsorum locorum opportunitati tribui possit, sed ex convenientia, quae inter hos & illos invenitur. Eadem utrisque superstitio, ab antiquissimis temporibus deducta, eadem religio, Reges suos & majores, bene de se & re publica meritos pro Diis venerari: Idolorum forma monstrosa, multis capitibus, brachiis, &c. horrenda, utrobique fere eadem: Sacrificia humana & vivi comburium amicorum post mortem u-

trobi-

trobique in usu, ἀνθρωποφαγία, modus scribendi idem per picturas & hieroglyphica, voces compositae plurimae ad elegantiam sermonis confictae, etiam ad denotandas res simplicissimas, uti Sol, Luna, terra, &c. modus curandi aegrotos & lustrandi per ignem, & multa talia quae si hoc agerem, congerere & explicare possem, mihi persuadent populos Americanos ex Asia oriundos esse. Quod, si quis mores Tatarorum, Japonensium, Formosanorum & aliarum gentium in extremis Asiae oris, conferat cum moribus Americanorum, plura inveniet utrobique convenientia, quam si illos cum moribus Europaeorum, vel Phoenicum comparet; quos quidem in uno vel altero capite, uti Phoenicum sacrificiis humanis, aliqua ratione similes inveniet, at non ita, ut praecipua quae ad rationem sacrorum & vivendi modum pertinent, congruant.

XI. Verum, quandoquidem America ab Asia longo maris interjecti spatio dividitur, quomodo, dicet aliquis, homines, qui non nisi exiguis navigiis uti sciunt, vastum illum Oceanum emensi in Americam appulerunt. Primo quidem Americam ab Asia ad partem septentrionalem ubique sejungi intermedio mari nondum demonstratum est: at quia nec oppositum ejus probatum est hactenus, & solis conjecturis aut testimonio Geographorum

§. XI. Quomodo ex Asia homines in Americam venerint.

Japonenſium nititur, qui Americam Tatariae cohaerere volunt, fingamus ab Aſia in illam non niſi mari iter potuiſſe inſtitui. Quod tamen ſi ſtatuatur, credi debet cum Europa alicubi cohaerere, quia ſi tota ſtatuatur Inſula eſſe, unde animalia fera orta ſunt in continente Americae? (nam in Cuba, Jamaica aliiſque, licet ampliſſimis, inſulis ob eandem cauſam, nullae ferae inveniuntur) Illa certe navigiis, uti homines, in alias terras deferri non ſolent. Separata itaque fingatur America ab Aſia interjecto mari. Necdum tamen Aſiae incolis praecluſus eſt aditus ad Americam. Non habent Americani magna navigia, fateor, ſed exiguas modo ſcaphas, vel truncos arborum excavatos quos *Canoas* vulgo vocamus: at iis ipſis ſexaginta miliaria per medium mare emenſi ſunt duo viri Segura & Fiesko, quum Columbus in litore Jamaicae cum navi lacera haereret. Quid anno 1597 Hollandi aliquot tentaverint, notum eſt, qui viam per oras ſeptentrionales in Sinam indagaturi quum litus novae Zemblae ſeptentrionale totum navi luſtraſſent, in Orientali autem navis glacie ita premeretur, ut ſpes elabendi nulla eſſet, & ab initio Septembris anni 1596 uſque ad medium Junium 1597 in illa regione (facinore omnis aevi memoria digniſſimo) habitaſſent, duabus ſcaphis paten-

tentibus mare ingressi & infinitis Oceani periculis objecti, nullisque ferme praesidiis muniti, 381 milliarium iter confecerunt usque ad fluvium Lappiae Colam quo Kalendis Septembribus appulerunt. Similiter circa solstitium aestivum anni 1616 ex Insulis Barmudis ad ostia aestuarii Mexicani 5 viri, scaphae superne apertae & nonnisi trium doliorum majorum capaci se committentes, post 7 hebdomades ad Hyberniam appulerunt, teste Blaauio in *Atlante Geographico*. Quod si negemus data opera ejusmodi iter institutum fuisse, quidni tempestatibus ex Asia in Americam agi potuerunt, uti ad Taprobanen appulisse Annii Plocami libertum narrat Plinius. *l.* 6. Haec ubi contigisse novimus, ita olim contingere potuisse dubitandum non est. Praecipue quum mare ipsum, quod inter Asiam & Americam interjacet, innumeras insulas habeat sibi contiguas, quarum pleraeque inhabitantur ab hominibus ex Asia profectis, quod ex linguis eorum perspicitur. Hae autem si a nova Guinea versus ortum maximo numero sint & ad Americam ipsam longo tractu protensae (uti Geographi opinantur, & credibile est, quum identidem novae detegantur) forte per oras australes incolas primos ad Americam appulisse statuendum esset, nec opus foret ad Septentrionem confugere: nisi & hinc & illinc

novos colonos in Americam arceſſere velimus.

§. XII. De characteribus, quibus Americani in ſcribendo utuntur.

XII. Antequam vero de linguis Americanis ſigillatim agamus, nonnulla de characteribus, quibus in ſcribendo utuntur, & qui pluribus Americanis communes ſunt, hic praemittenda ſunt. Nulla hactenus inter Americanos gens inventa eſt, quae artem ſcribendi per literarum formas callet. Quod ipſum Joſephus d'Acoſta, Hieronymus Benzo, & multi alii teſtantur, qui in iis regionibus fuerunt. Quare mirum non eſt, ipſos vehementer ſtupuiſſe artem noſtram ſcribendi, & nonnullos crediſſe epiſtolas, quas Hiſpani mutuo ad amicos darent, animatas eſſe, quum earum indicio res in locis remotiſſimis geſtae noſcerentur. Lepidum eſt, quod Gomara narrat, Hiſpanum quendam ſervo Indo 12 cuniculos aſſatos (ne aeſtu corrumperentur) dediſſe ad amicum deferendos. Hic cum in itinere fame correptus tres comediſſet, amicus, qui reliquos acceperat, cum literis eum remittit & hero ejus gratias agit pro novem ad ſe miſſis cuniculis. Herus perlectis literis ſervum interrogat, quot cuniculos amico tradidiſſet. Hic affirmat duodecim: at quum herus epiſtolae indicio ſe ſcire diceret, non niſi 9 traditos fuiſſe, hic rem confeſſus, populares ſuos monuit, ut ſibi a chartis ejuſmodi loquacibus ca-

caverent. Habent tamen Americani pro literis picturas quasdam ad memoriam rerum conservandam. De Virginiae incolis testatur D. Lederer se vidisse in pago Pammeomek rotam sexaginta radiis instructam, quorum unusquisque annum significabat: & in illo radio, qui annum primi adventus Europaeorum notabat, depictum Cygnum album natantem & flammas eructantem: quo indicabatur, gentem facie albam trans mare ad ipsos pervenisse & ignem explosis bombardis evomuisse. Acosta istiusmodi rotarum meminit, *lib.* VI. *cap.* 2. & 7. quibus Mexicanos uti tradit, ipse quoque testis oculatus, sed nonnisi 52 radios pro totidem annis iis adscribit. Americani Canadenses, quamvis & ipsi formis literarum destituantur, habent nihilominus eundem morem Hieroglyphicis res memorabiles consignandi. Tabellam istiusmodi depictam dedit Baro de la Hontan in *Tomo secundo itineris sui Americani*, *p.* 191. eamque explicuit. In ea primo barbari depinxerant insignia regis Galliae, & supra illa securim, quod apud eos belli signum est, & ab una parte novem characteres, instar Graeci Φ & ab altera novem. Id significat Gallos eos bello aggressos fuisse, 180 numero: Φ enim iis decem homines notat. Infra haec linea distinguens scripta erat, & dein mons, a quo avis avolabat & cervus

cum Luna crefcente. Hoc innuebat Gallos illos profectos fuiffe ab urbe Montreal,cujus infigne mons eft, menfe Julio crefcente Luna quae ipfis Luna Cervi dicitur. His iterum diftinctis linea fubfcripta, confpiciebatur fcapha & juxta 21 domunculae, in fignum illos 21 diebus iter per aquas inftituiffe. Deinde pes & 7 domunculae: quo fignificabatur 7 diebus eos iter terreftre peregiffe: & quae plura illic videri queunt. Mexicani quoque Hieroglyphicas tabellas five picturas habent, quae ipfis librorum & epiftolarum (ita enim adventus Hifpanorum Regi Motezumae innotuit) loco funt. Annales Mexicani hoc modo exarati extant in Bibliotheca Vaticana, uti teftatur Jof. d'Acofta *in Defcript. Indiae occident. l.* VII. *c.* 19. Specimen ejusmodi extat in *Mufaeo Wormiano*, Olai fc. Wormii in Academia Hafnienfi Medicinae Profefforis, edito Lugduni Batavorum, 1655. ubi *pag.* 384. legitur Cl. Ludolfum in fui recordationem in charta pedali longitudine exarata obtuliffe Auctori *Hieroglyphica Mexicana*, miris conftantia figuris, vario colorum genere depictis, ex quibus vix quifpiam quicquam collegerit: duos quidem ordines effe videri; chartam autem latam effe uncias quatuor. Magnam affinitatem habebant cum quibufdam ex iis, quae depinxit Clariff. Vir D. Joh. de Laat *lib.* V. *cap.* 10. de-

fcript.

ſcript. Ind. Occidental. Obſervandum autem eſt eos pictas ſuas imagines ita diſponere ut ab imo ad ſummum progrediantur, contra ac Sinenſes ſolent. Coluacani genus aliquod ſcripturae & librorum habent, non literis conſtans, verum imaginibus iſtiuſmodi, quales Canadenſium aut Mexicanorum ſunt. Ferdinandus Corteſius aliquos libros Coluacanorum in Hiſpaniam tranſmiſit, qui ex corticibus arborum farina illitis compoſiti figuras laqueorum, talorum, aſciarum, uncorum, &c. praeferebant. Multos libros ſimiles Hiſpani combuſſerunt, rati ſigna magica iis contineri, & ita ſe & poſteros ſuos privarunt cognitione plurimarum rerum, quae inde hauriri potuiſſent. Peruani autem rerum actarum memoriam non conſervabant picturis, ſed funiculis quibuſdam, qui variis nodis erant impliciti: his non tantum geſta ſuorum Incarum poſteritati tranſmittebant, ſed & foedera, contractus, indices accepti ac expenſi, &c. de quibus accurate, ut ſolet, egit Inca Garcillaſſo de la Vega in Hiſtoria Incarum *l.* VI. *c.* 8.

§. XIII. Ex tali ſcriptura naſci poſſet ſcriptura ſimilis Sinenſi.

XIII. Iſtiuſmodi Hieroglyphicis, uti olim Aegyptii fuere uſi, ita quoque Sinenſes, quorum characteres, nihil aliud eſſe videntur quam picturarum Hieroglyphicarum compendia, & hinc illos a ſummo ad imum diſponunt, uti multi Americani in Hieroglyphicis ſuis

faciunt. Quod si inter Americanos viri adeo ingeniosi fuissent in excolendis artibus ac apud Sinas, aut saeculo uno alterove serius America nobis innotuisset, ad majorem perfectionem ille scriptionis modus fuisset deductus, & absque ullo dubio habuissent jam illi scripturam Sinicae similem ea saltem parte, quod paucis ductibus rem aliquam indicare possent, & non picturis sed lineis, ut Symbolis vocum uterentur. Olim enim Sinenses solebant res ipsas imaginibus quibusdam repraesentare, uti Solem, gallinam, montem. Sed quoniam id infiniti laboris erat, lineas nonnullas ita disposuerunt, uti tractus praecipui in imaginibus illis erant dispositi: quod clarissime ostendit exhibitis nonnullis exemplis J. Nieuhof in Historia Legationis Sinicae primae, Antverpiae edita, *pag.* 1666. *pag.* 328. ubi figuram galli, montis, draconis, &c. comparat cum charactere quo Sinenses hodie gallum, montem, &c. notant, qui character est quasi rudis & compendiosa delineatio picturae istarum rerum. Quae res pingi non poterant, uti potentia, sapientia, &c. Hieroglyphicis olim, uti Aegyptii, Sinenses adumbrabant, & illa quoque signa Hieroglyphica in compendium redegerunt, figuram, quam illa habebant, paucis lineis complexi: atque hinc natus est portentosus ille characterum Sinicorum numerus.

XIV.

XIV. Haec generatim de Linguis Americanis dicenda habebam, nunc de iisdem ſigillatim acturus. Quod non ita intelligi velim ac ſi de omnibus omnino linguis & dialectis, quibus Americani utuntur, agere conſtituiſſem. Plurimae enim ſunt, quarum notitia ad populos Europaeos nondum pervenit: ſed univerſam quaſi Americam ab Auſtro ad Septentrionem ita percurram, ut lectori conſtet qua lingua utantur in Braſilia, Chili, Peru (quae praecipuae partes ſunt Americae Meridionalis) deinde in Guatimala, inſulis Antillis, Mexico, Virginia, aliiſque locis Americae Septentrionalis. Ex his linguis voces aliquas quae in communi uſu maxime ſunt excerpam, ut unicuique integrum ſit eas conferre inter ſe vel cum iis linguis noſtrae Continentis, quas voluerit; eaſque exhibebo ita ut a Scriptoribus Europaeis qui primi illas adnotarunt, ſcriptae ſunt: id eſt, in Braſilicis & Chilicis voces pronuntiandae ſunt more Belgico, in Peruanis & Mexicanis Hiſpanico, Virginicis Anglico, atque ita porro ſingula, uti petita ſunt e Scriptoribus vel Gallicis vel Belgicis vel Hiſpanicis, ſequuntur pronuntiationem illarum terrarum, in quibus Auctores illi ſcripſerunt. Potuiſſem eas omnes reduxiſſe ad unam eandemque pronuntiationem, ſed hoc ipſum ab unoquoque facile prae-

§. XIV. De Linguis Americanis ſigillatim.

ſtari poteſt, quum linguae Hiſpanica, Gallica, &c. ſatis notae ſint, & voces illae quas alii jam aſſueti ſunt hoc modo legere in ſcriptoribus Hiſpanicis, &c. plane diverſam formam induiſſent.

§. XV. De Lingua Braſilica.

VOCABULARIUM

LINGUAE BRASILICAE,

Auctore Emanuele de Moraes, linguae illius peritiſſimo, & inſertum Georgii Marcgravii libro octavo *Hiſtoriae Naturalis Braſiliae*, anno 1648 editae Lugduni Batavorum & Amſtelodami, *pag*. 276. a G. Piſone, qui in Braſilia diu habitavit & medicus fuit Illuſtriſſimi Comitis, Johannis Mauritii.

Tupana. Deus.
Caraibebé. *Apiabebé*. Angelus.
Ceteeîmibaê. ſpiritus.
Ibatinga, *ibitinga*. nubes.
Amandiba. grando.
Ara. dies.
Putuna. nox.
Coemitanga. aurora.
Ara ibicoquime. meridies.
Abâ. homo.
Anga. anima.
Tetê. corpus.
Pocembuera. membrum.
Acangapé. cranium.
Tagica. vena.
Canga. os, oſſis.
Taguî. ſanguis.
Pirâ. cutis.
Tiaya. ſudor.
Tendî. ſputum.

Aba.

Aba. crines.
Apecum. lingua.
Tendiba. mentum.
Ayura. collum.
Aceoca. jugulum.
Atyba. humerus.
Gibâ. brachium.
Mbô. manus.
Ecatuaba. dextra.
Acu. ſiniſtra.
Puâ. digitus.
Puâ guacu. pollex.
Mua pendaba. articulus.
Unha puapem. unguis.
Atucupe. dorſum.
Potia. pectus.
Cama. mamma.
Tigne. venter.
Purva. umbilicus.
Jque. latus.
Nbia. cor.
Ibâia. coelum.
Coaracî. ſol.
Jaci. luna, menſis.
Icapî. ros.
Ara. tempus.
Acayuro ig. annus.
Caruca. veſpera.
Tata. ignis.
Tuba. parentes & pater.
Ay, cig. mater.
Tamûa. avus.
Araya. avia.
Taîra. liberi & filius.
Tagira. filia. His duobus nominibus pater tantum utitur: mater dicit *menbira.*
Tiquera. ſoror major natu.
Piquiîra. minor natu. His nominibus utuntur faeminae inter ſe.
Tiqueira. frater majot natu.
Tibîra. minor natu. His nominibus utuntur fratres tantum inter ſe: ſicuti *Quibira*, frater, ſorores tantum erga fratres & *Teindîra*, ſoror, fratres tant m erga ſoro-

ſorores.
Tuba; *tutira.* patruus.
Cig, *cygra.* amita. Eisdem nominibus ſignificant & avunculum & materteram.
Coya. gemini.
Temireco. maritus & uxor.
Mendara. matrimonium.
Abaiba. ſponſus futurus.
Cunhaiba. ſponſa futura.
Cemiraco aô bae. viduus.
Ymen eôbae. vidua.
Tubei îma. pupillus.
Jacitatâ. ſtella.
Opacatumbae. mundus.
Ibutu. ventus.
Amacûnunga. tonitru.
Amaberaba. fulmen
Ibi. terra.
Ara. aer.
Ig. aqua.
Aba. vir.
Cunha. faemina.
Tuibaem. ſenex.
Guaibino. vetula.
Cunumigoacu. adoleſcens.
Cunumi. puer.
Pitanga. infans.
Anâma. cognatus.
Iba. arbor.
Ibitira. mons.
Ceba. folium.
Ya. fons.
Ita. ferrum.
Itâ. lapis.
Pirâ. piſcis.
Roig. frigus.
Ceo. animal.
Guirarupia. ovum.
Mocu. anguilla.
Cay. ſimia.
Eyruba. apes.
Potivî. anas.
Jpeca. anſer.
Capiî. gramen.
Iguaba. calix.
Jtapigua. clavus.
Mbae apapuara. faſcis.
Itacira. ligo.

Capii

Capii goacu. ſtramen.
Mbiû. cibus.
Cobra. anguis.
Apicaba. ſedes.
Piâ. jecur.
Cebîra. nates.
Maûpiâra. bilis.
Tigue perg. inteſtinum.
Ty. urina.
Tyuru. veſica,
Uba. coxa.
Acaya. matrix.
Tendipia. genu.
Pî. pes.
Temâ. tibia.
Micu. digitus pedis.
Mitâ. calcaneus.
Porucuicô bora. pauper.
Coribae. laetus.
Angaipaba. pravus, aſtutus.
Yyaobeimmbae. nudus.
Mbaeaûbora. aegrotus.
Apara. curvus.
Tipibae. triſtis.
Angaturama. gratus.
Poranga. pulcer.
Teco becatu. ſanus.
Atapuâtia. velox.
Juba. flavus.
Tinga. albus.
Mormotara. iracundia.
Tecoateima. avaritia.
Porerobiara. fidelitas.
Tecoacu. felicitas.
Ibatebae. altus.
Boya. ſervus.
Atapuana. levis.
Poxî. deformis.
Catu. delicatus.
Pucu. longus.
Angaibara. macer.
Membeca. mollis.
Acuabeimbae. fatuus.

Verba.

Cepiaca. videre.
Cenduba. audire.
Cetûna. odorare.
Caanga. guſtare.
Nheenga. loqui.
Capucaya. clamare.
Igû. bibere.
Pocaucuba. ſomniare.
Mbaêu. edere.
Rura. venire.
Menbirara. parere.

Teco-

Tecobe. vivere.
Carom. ſperare.
Ayaima. ſternutare.
Jerure. poſcere.
Abiqui. pectere.
Cenoya. appellare.
Cuâba, cognoſcere.
Nhemboe. diſcere.
Puca. ridere.
Ciquiye. timere.
Quera. dormire.
Jenumûna. ſpuere.
Caanga. dicere.
Nheangeru. ſuſpirare.
Cecarâya. oblivifci.
Gueena. vomere.
Guapua. ſedere.
Queraro. vigilare.
Puama. ſurgere.
Caruca. mingere.
Poacêma. gemere.
Pitera. ſorbere.
Tiû. pudere.
Yaceô. plorare.
Mano. mori.
Acanhem. morior.
Tima. ſepelire.
Cenonheca. precari.
Cepiaca. reprehendere.
Mondôca. findere.
Aeî. errare.
Capucâya. ringi.
Berâba. ſplendere.
Rerecô. habere.
Momitâ. accipere hoſpitio.
Anduba. ſentire.
Cô. ire.
Guata. ambulare.
Moanga. cogitare.
Maenduara. recordari.
Paraboca. eligere.
Mopotaya. nectere.
Porâra. mentiri.
Aroca. minuere.
Angaipaba. delinquere.
Puaya. jubere.
Potara. cupere.
Meenga. tradere.
Moendî. capî. incendere.
Mondoca. incidere.
Abî. errare.
Ecatu. poſſe.
Nhengara. cantare.
Porabique. operari.
Yeaôboca. exuere.

Mo-

Momiya. movere.
Peâ. vitare.
Pituba. ungere,
Pobâna. nere.
Cobaitim. occurrere.
Cenoya. vocare.
Mondoroca. frangere.
Coameenga. mordere.
Coquendaboya. aperire.
Raba. ſolvere.
Cacâba. tranſire.
Tuna. plantare, ſerere.
Pocuâba. conſueſcere.
Igtâba. natare.
Peâ. deponere.
Paepûa. reſpondere.
Moetê. adorare, honorare.
Monbeu. nunciare.
Tiguioca. ſanguinem reddere.
Morîba. conſentire.
Açoy. operire.
Yucâ. occidere.
Moperua. frigere.
Caê. ſanare.
Moabaîba. impedire.
Apition. ligare.
Cuu. defendere.
Caucćuba. diligere.
Pitibô. juvare.
Mogîba coquere.
Amotareima. odiſſe.
Caanga. metiri.
Moaquima. madefacere.
Monguya. ſolvere.
Monguy. molere.
Pita. manere.
Puru. uti.
Tara. capere.
Mobibua. ſuere.
Potareima. recuſare.
Jabâba. effugere.
Moete. laudare.
Capîra. purgare.
Mbaeraca. emere.
Monhanga. facere.
Cerura. portare.
Moyeceâra. miſcere.
Moropiâna. commutare.
Paronduba. inquirere.
Cupira. levare.
Yeupira. aſcendere.
Maramon hanga. belligerare.
Monberaba. vulnerare.

Apina.

Apîna. radere.
Mondoca. ſcindere, auferre.
Cema. exire.
Aôbamon deba. induere
Jecoa cuba. abſtinere.
Cica. arare.
Cipîja. rigare.
Ceyara. deſerere.
Pitanga rempî. concipere.
Moaguêba. reſtinguere.
Moabaîba. incantare.
Monbuja. terebrare.
Pitêra. oſculari.
Monbuca. perforare.
Mayaoca. dividere.
Amî. premere.
Mogycô. polire.
Moyaru. jocari.

§.XVI. Voces Braſilicae ex Lerio excerptae.

XVI. Praeter haec Colloquium invenitur lingua Braſilica ſcriptum in hiſtoria Navigationis in Braſiliam inſtitutae a Johanne Lerio, Burgundo, edita a Theodoro de Bry Latine, anno 1590. e quo haec vocabula excerpſimus.

Pa. ita eſt.
Mobouy. quot.
Caramemo. arcae, ciſtae, vaſa.
Augepe. unum.
Mocouein. duo.
Moſſaput. tres.
Oioicoudic. quatuor.
Ecoinbo. quinque.
A-aub. veſtimenta.
Sobouy-ete. Caeruleus.
Pirenk. Rubeus.
Joub. Luteus.
Son. Niger.
Sobouy-Maſſou. viridis.
Tin. albus.
Seta-pe. multos.
Icatoupaue. innumeros.
Erimen. minime. non.
Arrout. attuli.
En-en. non.
Pinda. hamos.

Mou

Moutemouton. ſubulas.
Arroua. ſpecula.
Kuap. pectines.
Soo. fera animalia.
Oura. aves.
Pira. piſces.
Ouy. farinam.
Jetic. rapas.
Commenda. fabas.
Ouſſou. magnus.
Pegaſſou. turtur.
Kurema. mulus.
Karios. domus.
Moſſen. medicina.
Gerre. proprietas.
Maraca. tintinnabulum.
Miceco. uxor.
Mab. coelum.
Couaraſſi. ſol.
Jaſce. luna.
Jaſſi-tata. ſtella.
Ybouy. terra.
Poirauem. mare.
Ub. aqua.
Ub-ete. aqua dulcis.
Ub-eeu. aqua ſalſa.
Ita. lapis, petra, metallum.
Ybouyrach. lignum.
Apat. curvus.
Arre. aer.
Amen. pluvia.
Toup-en. tonitru.
Ybneture. montes.
Quum.loca campeſtria.
Ubpaou. inſula.
Mahmo. particula admirantis.
Acan. caput.
Che-acan.meum caput.
De-acan. Tuum.
Y-can. ſuum.
Ore-acan. noſtrum.
Pe-acan. veſtrum.
An-acan eorum. lege *Aua-can*.
Voua. facies.
Nembi. aures.
Reſſa. oculi.
Tin. naſus.
Jourou. os.
Retoupau. genae.
Redmiva. mentum.
Aue. capilli.
Redmiva aue.barba. In Novo orbe Theodori de Bry legitur,

pag. 261. *herba*, ſed vitioſe: nam *aue* notat capillos, crines, & *redmiva* mentum. Et ſic *barba* dicitur, quaſi *crines menti.*

Ape-cou. lingua.
Ram. dentes.
Aioeue. collum, gula.
Aſſeoc. guttur.
Poca. pectus.
Rous boni. renes.
Revire. natea.
Invanpony. humeri.
Inva. brachia.
Papouy. pugnus.
Po. manus.
Poneu. digitus.
Puyac. ſtomachus.
Reguie. venter.
Cam. mammae.
Oup. coxae.
Roduponam. genua.
Porace. cubiti.
Retemeu. tibiae.
Pouy. pedes.
Encg. anima.
Tata. ignis.
Embouaſſi. eſurio.
Carouc. veſpera.
Miboye. ſervus.
Roup. pater.
Requeyt. frater natu major.
Rebure. frater natu min.
Renadire. ſoror.
Aiche. amita.
Ai. mater mea.
Rajit. filia.
Senoyt pe. hirundo.

Verbum Subſtantivum.

Aico. ſum.
Ereico. es.
Oico. eſt.
Oreico. ſumus.
Peico. eſtis.
Aurae oico. ſunt.

Aiout. venio, veni.
Orejout. venimus.

Ere-

Erejout. venis, venisti. *Pejout*. venitis, venistis.
Ojout. venit. *Auae-o-out*. veniunt.

XVII. Grammaticam linguae Brasilicae edidit Conimbricae anno MDXCV Josephus de Anchieta ex Societate Jesu, e qua liquet, §. XVII. De Lingua Brasilica ex Grammatica Anchietae.

I. Destitui hanc linguam literis F. L. S. Z. nec R geminare, nec mutam cum liquida conjungere ut, *cra*, *pra*, &c. nec consonantem cum alia consonante in eadem dictione, exceptis *mb*, *nd*, *ng*, ut *Mondeba*, &c.

II. P. M. & MB. saepe usurpari unam pro altera, ut *Mo* vel *Mbo*, *manus*, praecedente adjectivo *Xepo*, *mea manus*, excepto *Mbae*, *res*, quod nunquam mutatur.

III. B in principio dictionis nunquam sine M pronunciari.

IV. Verba maximam partem accentum habere in ultima.

V. Nomina non habere casus aut numeros, praeter vocativum. At quae accentum in ultima habent, nil mutari.

VI. Substantiva praecedere adjectiva, & si accentum in ultima habeant, manere integra: si in penultima, & vocales concurrant, ultimam vocalem perdere, ut *Tuba ete*, *Tubete*, pater verus. Si con-

currant cum consonante perdunt totam ultimam syllabam.

VII. Pronomina habere quosdam casus, ut Ego, Nominat. *Yxé*, *xé*. Dativ. *Yxebe*, *yxebo*, *xebe*, *xebo*, mihi. Nomin. plural. *orê*, *yandê*. nos. Dativ. *orebe*, *orebo*, *yandebe*, *yandebo*, nobis. Tu. Nom. *ende*, *nde*, *ne*. Dativ. *endebé*, *endebo*, *ndebe*, *ndebo*. tibi. Nominativ. plural. *peê* vel *pe*, vos. Dativ. *peême* vel *peêmo*, vos. Accuset. *opô* vel *pé*. Vocativ. *peê* vel *pê*. *orê*, *yandê*. Ita etiam declinatur *Acê*, homo, quod servit tertiae personae. *O* est, suus, sua, suum.

VIII. Unam esse conjugationem verborum, & alteram negativam, ut *Aincû*, occido; *namcaî*, non occido.

IX. Praepositiones iis fere esse postpositiones, ut *Mô*, in. *Pe*, in, ad, pro, *Bê*, in, per, *Quupe*, pro. *Cui*, de, ex, praeter. *Coce*, supra. *Tobaque*, coram. *Tenondê*, ante. *Cupî*, per, de loco. *Cotî*. versus. *Cece*, cum, propter. *Porupî*. longe. *Pocê*. cum, instrumentale. Hinc *Itâcocê*, super lapidem, *Taba*, aldea, *Tape*, in aldea: nam *pe* junctum nominibus in *ba* desinentibus absorbet ultimam syllabam. *Cocê* servit pro comparativo, ut *Itâcocê*, plus quam lapis.

XVII.

XVIII. Cl. Barlaeus *in Historia rerum gestarum sub Comite Mauritio in Brasilia, pag.* 283. seriem exhibet vocabulorum linguae Chilicae, quam Belgae, commorantes ad maris Pacifici oram in Chilensi regno, transmiserunt: Elias Herkmans autem ex ore Chilensium annotavit: *quae*, scribit, *linguarum studiosis materies esse queunt expendendi, an primigenia sit Chilensium lingua, an nata ex aliis, & si hoc, cui linguae plus, cui minus, vel nihil debeat.* Observat idem ex Hispanorum mixtione & contubernio irrepsisse voces Hispanae & Latinae originis, quales puto, *vino* vinum, *cavallo* equus, *vela*, vela, *catila*, candela, *pulpeo*, vulpes. Ecce specimen illud, sufficiens ut de lingua Chilica feras judicium, ex Barlaeo integrum, exceptis paucis colloquendi formulis quas Scriptor huic catalogo vocum immiscuerat. §. XVIII. De Lingua Chilica.

Tipanto. annus.
Tien. mensis, luna.
Toninco. septimana.
Ante. dies, sol.
Paun. nox.
Tabuyo. vespera.
Eppeun. mane.
Rangiante. meridies.
Urle. cras.
Eppôe. perendie.
Uya. heri.
Putcy. nudius tertius.
Bachiante. hodie.
Mintay. nunc.
Weytiva. tunc.
Wantarulei. summo mane.
Taptou. serum.

Biliante. ſemper.
Chumel. quando.
Chemchuem. quomodo, ſicut.
Hueno. coelum.
Quereb. aer, ventus.
Tomo. nubes.
Wangelen. ſtellae.
Pillan. tonitru.
Gualio. fulmen.
Butaque quereb. tempeſtas.
Maoni. pluvia.
Piren. nix.
Verqumao. ros.
Pilingei. glacies.
Quetal. ignis.
Kô. aqua.
Tue. terra.
Mappo. ager. ſolum.
Pele. gleba. lutum.
Cura. lapis.
Maviel. lignum.
Aluven. lignum fabrile.
Millia. aurum.
Lien. argentum.
Paila. metallum.
Titi. ſtannum.
Pavillue. ferrum.
Qutal cura. ſilex.
Chadi. ſal.
Lyl. ſcopulus.
Milla mappo. minera auri.
Alyquen. arbor.
Cahu. herba.
Nebo. nuces.
Pino. ſtramen.
Cairon. foenum.
Wento. vir.
Domo. faemina.
Quidungen. juvenis.
Techo. adoleſcentula.
Penien. puer.
Domo penien. puella.
Chou. pater.
Nenque. mater.
Cheche. avus.
Domo Cheche. avia.
Weuco. avunculus.
Mama. matertera.
Pelcuchau. vitricus.
Caulla. noverca.
Botum. filius.
Neaque. filia.
Penu. frater.
Lam.ôen. ſoror.

Guem-

Guempo. ſocer.
Vilca. ſocrus.
Choupo. gener.
Weuro penco. &
Wama penco, cognatus
Cunewa. pupillus.
Buytha. ſenex.
Cude. anus.
Penienboe. obſtetrix.
Apô curaca. praefectus.
Curaca. Dominus.
Apô. generaliſſimus.
Nentoque. gubernator.
Ulmen, eminens. primariae dignitatis.
Pulmen. nobilis.
Leptoque. imperator.
Machi. medicus.
Cona. miles.
Retave caman. faber ferrarius.
Guito Woc. textor.
Challo acaman. piſcator.
Nilla Caboe. mercator.
Turintawe. tinctor.
Chumpiro caman. pileo.
Tultunca caman. tympaniſtes.
Nichetaniweni. famulus.
Voêrquin. nuncius.
Langam cheboe. homicida.
Chuguiboe. fur.
Illuiboe. mendicus.
Alvee. diabolus.
Ruca. domus.
Ullin. janua.
Chaquana. ſcala.
Pylca. paries.
Wana ruca. tectum.
Pithe ruca. tuguriolum.
Guetaltuange. focus.
Lolcura. penu.
Cawyto. cubile.
Deptuaruca. carcer.
Weltelve. patibulum.
Pengal. ſepulcrum.
Louquen. mare.
Levo. fluvius.
Butawampo. nauis.
Pichampo. navicula.
Dolio. lembus, canoa.

Wampo. ſcapha.
Aliwen. malus.
Mou. funes.
Vela. vela.
Wyta. remus.
Guetal. ignis.
Tubquen. cinis.
Cuju. carbo.
Ale. flamma.
Aypel. pruna.
Lucaton guetal. fomites ſcintillae.
Wietum. fumus.
Catila. candela.
Wyno. culter.
Witi. cochlear.
Guidi. olla.
Paila. lebes.
Lepoe. ſcopae.
Couwwe. fuſi.
Lepo borfuwe. dentiſcalpium.
Pavilla lonco. galea.
Waqui. haſta.
Pylqui. ſagitta.
Pulqui tuboi. arcus.
Tultunca. tympanum.
Macane. clava ferrea.
Cachal. ſecuris.
Wita. ligo.
Juiſue. cribrum.
Chilca. epiſtola.
Quido. amiculum.
Macum. ſubucula.
Charawilla. femorale.
Chompiro. pileus.
Tariwe loun. faſcia. diadema.
Jcla. ſtola muliebris.
Domo ruida. toga.
Congi. cibus.
Cobque. panis.
Nul cobque. medulla panis.
Liquangue. lux.
Dumingei. tenebrae.
Oun. buccella.
Quemeiquen. bellaria.
Medda. puls.
Core. juſculum.
Ilon. caro.
Cuicha ilon. caro ovilla.
Wara ilon. bubula.
Cuchi ilon. ſuilla.
Cuchi cham. perna.
Chaditues ilon. caro ſalita.

Cau-

Caucan. tosta.
Avaun. elixa.
Puytscha. intestina.
Curam. ovum.
Quecuram. vitellum ovi.
Lycuram. albumen ovi.
Jwyn. butyrum.
Ylu. lac.
Puulco. potus.
Uino. vinum.
Chiche. cerevisia Chilensis.
Cutan. morbus. dolor.
Arencutan. febris.
Towongen. caput.
Lanco cultano. dolor capitis.
Veno aren. scabies.
Pituw. scabies capitis.
Albungien. vulnus.
Molbuen sanguis.
Touma. coecus.
Cawinto. convivium.
Colchou. variolae.
Wocubu. fera.
Pangi. Leo.
Naguel. Tigris.
Cavallo. equus.
Cuchy. sus.
Michun. vitulus.
Dewe. mus.
Waren. glis.
Tuwe dewe. talpa.
Tewa. canis.
Pulpeo. vulpes.
Noquen. ursa.
Lame. phoca.
Lemocuchi. aper.
Chumam. cervus.
Puedo. hircus marinus.
Quelen. cauda.
Chiliwequi. ovis chilensis.
Zunem. avis.
Lyppe. pluma.
Mepoi inem. ala.
Guelem inem. vestis e plumis.
Dani inem. nidus.
Achawal. gallina.
Alchahawal. gallus.
Pylken. anas.
Pilo. surdus.
Hilca. monoculus.
Topilgen. strabus.
Topil. claudus.

Jeca. corvus.
Buica. putter.
Guereo. tardus.
Tuco. bubo.
Cogo. cuculus.
Uullyn. apis.
Pulli. muſca.
Uulyn musky. apum rex.
Petar. pediculus.
Nerem. pulex.
Piro. vermis.
Culculla. formica.
Cunincunin. cicada.
Vilo. anguis.
Bylcum. lacerta.
Ponono. bufo.
Challua. piſcis.
Cawel. delphinus.
Jene. balena.
Uouqui. apua.
Vilo chalva. anguilla.
Chadituel chalva. piſces ſaliti.
Anquen chalva. piſces indurati.
Quin pilon. oſtrea.
Chapes. muſculi.
Melon. cochlea.
Comouw. aſtacus, cancer.
Quichi quinchio. falco.
Manco. aquila.
Choroi. pſittacus.
Poo. ramus.
Kempo mamel. truncus.
Bope mamel. lignum aridum.
Nebue. nux avellana.
Nido iwas. vitis.
Nidu. ſtipes.
Uaguen. fraga.
Couchouw. ribes nigrae.
Litue. fungi.
Cachu. herba.
Pilun proque. plantago.
Calicai. trifolium.
Curi. urtica.
Pragyn. flores.
Manen. ſemen.
Methen. farina.
Chiquelen. furfur.
Gueli Uanca. corallum.
Kispy. vitrum.
Cudi. lapis molaris.
Pel. limus. gluten.

Taſ-

Taſſaquido. tributum.
Quengu. dos.
Dereno culyn. debitum.
Culyn. merces.
Nillawyn. lytrum.
Aucantupain. jocularia.

Numeri.

Quyn. unum.
Eppo. duo.
Quila. tria.
Meli. quatuor.
Quechu. quinque.
Cuyn. ſex
Relgi. ſeptem.
Pura. octo.
Ailla. novem.
Maripataco. centum.
Warama. mille.
Guiltui. nucleus.
Tapel. frondes.
Nul. cortex.
Aliquem. arbor.
Wul. radix.
Pelli. anima.
Calel. corpus.
Lai calel. cadaver.
Ven. caro humana.
Boro. crus, tibia.
Telqui. membrana.
Uen. nervus.
Uen molvin. vena.
Lonco. caput.
Tol. frons.
Lenglen. cranium.
Lonco. capilli.
Teren lonco. canicies.
Lolo. cerebrum.
Angen. vultus.
Taun. genae.
Ne. oculi.
Tacune. membra.
Denen. ſupercilia.
Ua wingne. cilia.
Ju. naſus.
Peloju. nares.
Merum. mucus.
Pilum. aures.
Oun. os.
Adem. ſudor.
Quewen. lingua.
Melbue. labia.
Boru. dentes.
Ilga. molaris.
Bida bida. palatum.
Coun. ſputum.
Rulmewe. guttur.

Neen.

Neen. ſpiritus.
Quette. mentum.
Pajun. barba.
Pylco. collum.
Pel. cervix.
Lipan. humerus.
Puilpa. brachium.
Cue. manus.
Mancue. dextra.
Welecoe. ſiniſtra.
Puley cue. vola.
Changelcue. digiti.
Buta changel. pollex.
Wili. ungues.
Zevo. pectus.
Moju. mammilla.
Pue. venter.
Weddo. umbilicus.
Cadi. coſtae.
Buri. dorſum.
Anca. lumbi.
Quichio. nates.
Penem. penis.
Collu. teſtes, colei.
Metu. muliebria.
Chan. femora.
Lucu. genua.
Wethuntoy. poples.
Toy. tibia.
Hemum. ſurae.
Namon. pes.
Changilnamen. articuli pedum.
Prencoy namen. talus pedis.
Puley namen. planta pedis.
Piuque. cor.
Wocun. pulmo.
Que. ſtomachus.
Curique. hepar.
Uecaque. lien.
Quelche. inteſtina.
Villin. veſica, urina.
Mee. ſtercus.
Perquen. crepitus ventris.
Nomoy. foetor.
Pelengsley. aranea.
Inche. ego.
Eimi. tu.
Tubei. ille.
Inchen. nos.
Tecengen eimen. vos.
Liengen. illi.
Emma. ita.
Muh. non.
Pichumei. prope.

Ale-

Alerungei. procul.
Taymen. contra.
Woecuu. foris.
Compay. intus.
Pulon. infra,
Wono ſupra.
Buri. poſt.
Junengen. ante.
Quelleb. juxta.
Munai. ſatis.
Alengei. nimium.
Munalai. nimis parum.
Chemibla. cur.
Veinibla. ideo.
Uei mai. eſto.
wei. hic ille.
Temunei. pulcher.
Woranei. deformis.
Newonei. fortis.
Leptungei. celer.
Chouwo. piger.
Alilonconei. valde ſapiens.
Wentannei. gravis.
Queuney. ſuperbus.
Culenei. dives.
Cunewal. pauper.
Toucu. ſtolidus.
Molgei. nudus.
Ilungei. veſtitus.
Queten. anguſtus.
Anquen. ſiccus.
Prequin. avarus.
Prequiboe. liberalis.
Buta. magnus.
Pichi. parvus.
Montingei. pinguis.
Tou tau. macer.
Pettun. color.
Queli. ruber.
Calbu. caeruleus.
Carel. viridis.
Choot. flavus.
Curi. niger.
Lye. albus.
Nilla caju. commutare.
Illuwyn. dare.
Tuigei. hilarem eſſe.
Umatum. dormire.
Limen. expergiſci.
Tangnune. frangere.
Bemgne. ſtruere.
Playn. invenire.
Vangen byn. amittere.
Necul. currere.
Amon. ire.

Uta-

Utalenge. ſtare.
Wi-wyn. eſſe.
Chuchelein. jacere.
Tecanen. ſaltare.
Padenatum. cadere.
Utalenen. ſurgere.
Auinge. ſedere.
Dimgune. loqui.
Temelenge. tacere.
Puronge. canere.
Pylcunge. clamare.
Quipay. venire.
Jen. edere.
Butun. bibere.
Mepai. cacare.
Willan. mejere.
Cudepain. ludere.
Quequatum. cauſas dicere.
Locatum. litigare.
Langawyn. necare.
Mecowyn. portare.
Chuquin. furari.
Guallulueno. reddere.
Peltenei. pendere.
Lay. mori.
Rengálgei. ſepelire.
Quedau capay. laborare.
Intunge milla. aurum effodere.
Nilla teubyn. vendere.
Nilla vin. emere.
Chu pipai mi. quid dicis?
Quimla wi tami piel. neſcio quid dicas.
Chu pipaimi. quid facis?
Chumpaila. nihil.

§. XIX. Differentia in ſcriptione harum vocum Chilicarum.

XIX. Haec vocabula Chilica edidit, anno MDCXLVII Cl. Barlaeus, & ſequenti anno MDCXLVIII prodierunt *Gulielmi Piſonis de medicina Braſilienſi libri quatuor, & Georgii Marcgravi de Liebſtad Hiſtoriae rerum naturalium libri octo*: quos conjunctim edidit & digeſſit Joannes de Laat. In octavo autem libro Marcgravi caput quintum exhibet vocabularium

bularium linguae Chilensium, plane idem cum Barlaeano, & nisi quod hoc copiosius sit, sic ut putem alterum ex altero, vel utrumque ex iidem schedis, descripsisse; licet nec Marcgravius dicat, nec Barlaeus, unde hauserint. Postea anno MDCLVIII Liber iste octavus Marcgravii sub titulo *Commentariorum de Brasiliensium & Chilensium indole ac lingua* iterum editus, & adjunctus est *Pisonis de Indiae utriusque re naturali & medica libris quatuordecim*, ubi video vocabularium illud ordine alphabetico digestum, hoc modo: *Adem*, sudor, *aëro*, pectus, *aliquem*, arbor, &c. Video quoque differentias nonnullas inter illud & Barlaeanum. In illo est *Ro*, aqua, *Penem*, renes, *Pangiante*, meridies, *Lonquen*, mare. *In*, nasus. *Cervinam*, cervus. *Titi*, plumbum, *lonco*, caput *Tacume*, palpebrae, *Nama*, matertera, *Wantarules*, mature. *Tominco*, septimana. *Depen*, supercilia, *Poloiw*, nares, *Bulmerre*, guttur, *Aero*, pectus. *Quidmiger*, juvenis. *Wenco*, patruus, *Woecon*, foras, *Vercum*, pulmo. *Utle*, cras. *Pese*, gleba. *Ahquem*, arbor. *Nentoque*. Imperator. *Retare caman*. Faber ferrarius. *Cujun*, carbo. *Alel*, flamma. *Michon*, felis. *Masen*, glis. *Tariwe lonco*. diadema. *Montimey*, pinguis. *Teinengen ennen*. vos. *Bewe*, mus. *Puedo*, caprea. *Quen-*

Quemei, arrogans. *Auloncomei*. ſapiens. Non invenio *vela*, *cavallo*, *vino*, *catila*. Multa hic ſunt, quae per errorem librariorum videntur corrupta, uti liquet ex eo quod differentia nata ſit plerumque in literis figuram ſimilem habentibus. Dolendum interim eſt non bene diſtinctas eſſe voces omnes Hiſpanae originis ab iis, quae verae Chilicae ſunt: quare prius ad voces Hiſpanicas ejuſdem ſignificationis hae voces Chilicae debent expendi, antequam aliquis certus eſſe poſſit, eas revera Chilicae originis eſſe.

§ XX. De Lingua Peruana.

XX. Lingua Peruana, quo nomine intelligo illam quae in toto regno Peru a Quito uſque ad Chili uſurpatur, (quum aliae ſint in quibuſdam regni partibus uſitatae) quaeque lingua aulica, vel univerſalis & Peru nuncupatur, aliqua habet ſingularia & obſervatione digna, quae in limine *Hiſtoriae Incarum Peruanorum* conſcriptae ab Inca Garcillaſſo de la Vega, qui ipſe ex ſtirpe Regia Incarum genus ducebat, hoc ordine recenſentur. Primo, ſyllabae quaedam tribus modis diverſis pronunciari poſſunt, & pro ratione pronuntiationis diverſam ſignificationem induunt. Fere uti apud Sinenſes, de quibus nos ſupra egimus, *p*. 107. Secundo, accentus nunquam in ſyllabis ultimis vocum eſt, ſed plerumque in penultimis, rarius in antepenultimis. Tertio, literae, B, D,

D, F, G, I, J, & L nunquam nisi duplices in vocibus hujus linguae occurrunt, ut BB, &c. e contrario R nunquam geminatur, & X nullum est. Quarto, numerus pluralis exprimitur additis quibusdam particulis. Ceterum est haec lingua dives verborum, sic ut una voce saepe tria & plura diversa significare cogantur, uti Illapa, quod notat, tonitru, fulmen, & fulgur. Abit autem in desuetudinem haec lingua Peruana, sic ut a paucis hodie excolatur, & plurimi Europaei, licet in iis oris aliquamdiu vixerint, ejus ignari sint, quod ex ore quorundam qui recenter ex Peru advenerant exceptum per literas mihi significavit Vir Clarissimus, *Justus Fontaninus*, in Romano Archigymnasio Publicus Eloquentiae Professor, cui ego non tantum pro symbola, quam humanissime contulit ad argumentum hujus dissertationis, gratias ago; sed & vitam viresque comprecor, ut scriptis eruditissimis orbem literatum sibi pergat obstringere.

TABELLA VOCUM LINGUAE PERUANAE.

Inti. sol.
Cuilla. luna.
Coyllur. stella.
Pacha. mundus.
Runa. homo.
Llama. bestia.
Maju. flumen.
Unuy. aqua.

Para. pluvia.
Riti. nix.
Chechi. grando.
Cachi. ſal.
Tiu. arena.
Yllapa. tonitru. fulmen.
Hananpacha. coelum: quaſi dicas mundum ſuperiorem.
Huata. annus.
çara. frumentum. quod Mexicani vocant Maiz.
Caca. mons.
Pampa. planities locus.
Mama. mater.
Churi. filius. ſi pater loquatur, ſi mater *üaüa.*
Nanna. ſoror.
Huauque. frater. at ſoror nominat fratrem *Tora.*
Cama. anima: unde *Pachacamac* Deus, anima mundi. *

* Vocem hanc ex lingua Hebraea ita derivat Cl. Thomaſinus *in Gloſſario Univerſali Hebraico, pag.* 780. ad vocem פחה haec notans. *In America noſtrae illuc exſcenſionis tempore* Paciacama *erat Dominus Deus coelorum; ab hoc* Pacha פחה *Dominus* & Scamaim, שמים *coeli.* Verum *Pachacama* non ſignificat proprie *dominum coeli*, ſed *animam mundi*, vel *qui animam dat mundo*, uti ipſe Garcillaſſo de la Vega, Peruanus, & ex Incarum familia ortus, explicat: & *cama* notat animam, *pacha* mundum, quae voces ſeparatae quoque in uſu ſunt. Eſt quidem ille, quem Pachacama vocant, idem cum Domino coeli, ſed voces

ces Peruanae, ex quibus illud vocabulum componitur, illam ſignificationem non habent, adeoque fruſtra cum Hebraeis *Pacha* & *Schamaim* conferuntur.

Jahuar. ſanguis.
Lacta. urbs, regio.
Huaca. idolum. res ſingularis & admiranda: quidam *Guaca* & *Kewaſa* ſcribunt. Eſt eadem vox ſed vario modo prolata.
Apu. dominus.
Cpai. diabolus.
Runtu. ovum.
Tullu. os. oſſis.
Maqui. manus.
Quillai. ferrum.
Titi. plumbum.
Catu. forum.
Cancha. platea.
Puncu. porta.
Pata. gradus, ſcala.
Toco. feneſtra.
Colque. argentum.
Cari. aurum.
Huaſca. funis, catena.
Sacarunnas. homines feri.
Chuqui. lancea.
Cumac. pulcher.
Sinchi. fortis.
Hanan. ſuperior.
Hurin. inferior.
Huayna. juvenis, junior.
Capa. ſolus.
Mojoc. rotundus.
Apu. centurio, praefectus, dux.
Hatun. magnus.
Raymi. feſtum.
Haylli. triumphus.
Quipu. nodus.
Rura. facere.
Yacha. diſcere.
Tupu, menſurare.
Chaſqui. mutare.
Rima. loqui: hinc *Rimac*, qui loquitur:

unde nomen Urbis *Rimae*, vel *Limae*, mutato R in L quod Hiſpani frequenter fecerunt in vocibus Peruanis.	*Muna.* amare. *Chucchu.* tremere. *Rupa.* uri. *Chunca.* decem. *Vinay.* ſemper.

§. XXI. De Poëſi Peruana.

X X I. Specimen Poëſeos Peruanae exhibet Inca Garcillaſſo de la Vega, *lib.* 11. *cap.* 27. quod hic quoque inſerere viſum fuit cum verſione Latina Viri Eruditiſſimi Blas Valera. Sunt ad inſtar Trochaïcorum, vel Spondaïcorum: & habent ſuas Veneres, uti ex repetitione *Pacha* in initio, & *ſunqui*, ac *munqui* in fine duorum verſuum ſe conſequentium videre eſt.

Cumac nuſta	Pulchra nympha,
Torallay quin	Frater tuus
Puynnuy quita	Urnam tuam
Paquir cayan	Nunc infringit.
Hina mantara	Cujus ictus
Cununnunun	Tonat, fulget,
Yllapantac.	Fulminatque.
Canri Nuſta	Sed, tu nympha,
Unuy quinta	Tuam lympham
Para munqui	Fundens pluis.
May nimpiri	Interdumque
Chici munqui	Grandinem ſeu
Riti munqui	Nivem mittis.

Pa-

Pacha rictac	Mundi factor
Pacha camac	Pachacamac
Viracocha	Viracocha
Cay hinapac	Ad hoc munus
Churasunqui	Te suffecit
Camasunqui	Ac praefecit.

XXII. Lingua quaedam est, maxime usitata in regione Guatimalae & parte Hondurarum, appellata *Pocomanica* vel *Poconzji*, cujus rudimenta edidit *Thomas Gage*, Britannus, eaque subjecit Historiae Itineris quod in illas Americae partes instituit. Ipse ea lingua frequenter usus est, quum pro concione verbum Dei in America explicaret, & satis accurate de illa agit. Nos ex eo pauca haec vocabula exscripsimus, unde liquebit, hanc linguam nec cum iis de quibus egimus, nec iis de quibus agemus, convenire. §.XXII. De lingua Pocomanica.

Pat. domus.	*Car.* piscis.
Tat. pater.	*Tsi.* canis.
Queh. equus.	*Tsiquin.* avis.
Huh. liber, charta.	*Acun.* filius.
Moloh. ovum.	*Ixim.* frumentum.
Na. Holan. caput.	*Ochoch.* domus.
Chi. os.	*Acal, ulen*, terra.
Can. manus.	*Abix.* terra sata.
Chac. caro.	*Lococh.* amare.

Rapa. verberare.
Tſiba. ſcribere.
Quinquini. mori.
Eca. liberare.
Ivirch. audire.
Taxah. coelum.
Nim. valde.
Nucaharça. celebrare.
Vi. nomen.
Ihauri. regnum.
He. ſicuti.
Vah. facies.
Vuc. panis.
Mac. peccatum.
Quih. dies, ſol.
Huhun. quilibet.
Ma, *mani*. non.
Unche. omnis.
Tſiri. malus.
Chicop. beſtia.
Ixcoc. faemina.
Vinac. vir.
Quiro. bonus.
Quirohal. bonitas.
Nupat. domus mea.
Apat. domus tua.
Rupat. domus ejus.
Capat. domus noſtra.
A-pat-ta. domus veſtra.
Qui-pat-tacque. domus eorum.
Nulococh. amo.
Nalococh. amas.
Inrulococh. amat.
Incalococh. amamus.
Nalocochta. amatis.
Inqui-lococh-taque. amant.
Viſquin. ſum.
Vilcat. es.
Villi. eſt.
Vilcoh. ſumus.
Vilcatta. eſtis.
Vilquetacque. ſunt.

§. XXIII. De lingua Caraïbica.

XXIII. Lingua Caraïbica ita dicitur, a populis apud quos in uſu eſt, qui vulgo Caraibae, rectius Caraïbae, id eſt, *ſtrenui*, *fortes*, lingua Apalachitica appellantur, & licet in continente ipſa quoque inveniantur, prae-

praecipue inſulas Americae dictas Antillas incolunt. Per Antillas inſulas eas intelligimus, quae continentem Americae Meridionalis & litus orientale Inſulae Portorico interjacent, inter quas *Tabago*, *St. Vincentii*, *Martinica* & aliae. Hic lingua quaedam obtinet nationi Caraïbicae peculiaris, & ut fertur, antiqua, quam inter ſe colloquentes puram conſervant, at quando cum Europaeis agunt, multis vocabulis Hiſpanicis permixtam proferunt. Eſt haec ſuaviſſima pronuntiatu, licet voces ſcripto exhibitae & a nobis prolatae illa elegantia carere videantur, quia literas quaſdam elidunt, & alias certa ratione proferunt, quae grata eſt audientibus, uti auriti teſtes fatentur. Praeterea, quemadmodum apud Sinenſes eadem vox pro varietate pronuntiationis varias ſortitur ſignificationes ita etiam apud Caraïbas una vox *An han*, ſignificat 1. *ita eſt*. 2. *neſcio*. 3. *accipe*, prout diverſo modo pronuntiatur. Denique litera P vix auditur in lingua Caraïbica. Quod autem huic linguae maxime eſt peculiare hoc eſt, quod quaedam res aliis vocibus proferantur a viris, aliis vero a mulieribus: ſic ut mulieres intelligant quidem voces illas a viris prolatas, ſed nunquam iis utantur, quemadmodum in vocabulario Caraïbico videbitur. Unde qui & virum & mulierem de iisdem rebus loquentes audit, crederet illos di-

 verſa

versa lingua uti, quod tam dissonis vocibus utantur in una eademque re exprimenda. Originem hujus rei inde repetunt, quod natio Arouaguorum, quae olim insulas hasce Antillas inhabitabat, a Caraïbis advenis inde expulsa sit, & faeminas Arouaguorum Caraïbae in uxores duxerint, quae filias suas sermonem patrium docuerunt: qua ratione illa vocabula, quibus solae faeminae inter Caraïbas utuntur, ad linguam Arouaguicam pertinere intelligitur: quod confirmatur ex convenientia linguae faeminarum Caraïbicarum & Arouaguorum, qui adhuc in continenti America degunt. Ubi itaque post voces Latinas leges *masc.* notat illam vocem ita a viris proferri, ubi *faem.* esse vocem qua faemine utuntur.

VOCABULA

LINGUAE CARAÏBICAE.

Ex libro, qui titulum praefert, *Histoire naturelle & morale des Iles Antilles par C. de* Rochefort, edito Roterod. 1658. in quarto, ut vocant.

I. *De Corpore humano.*

Nokobou. corpus meum.

Takelle. adeps.

Ora. cutis. In freto Magellanico insulae duae sunt, nunc ap-

appellatae insulae Pinguinorum, quarum incolae *cutem* quoque *ori* appellabant. Vide Itinerarium *Olivarii van Noord.* *p.* 10.

* *Nabo.* ossa mea.

Nitta. sanguis meus.

Niti bouri. crines mei.

Nicheucke. caput meum.

Nakou. oculi mei.

Nerebe. frons mea.

Nichi bou. facies mea.

Nichiri. nasus meus.

Niouma. os meum.

Nioumarou. labium meum.

Nari. dens meus.

Narikae. auris mea.

Ninigne. lingua mea.

Nariona. mentum meum.

Narreuna. brachium meum.

Noucabou. manus meae.

Noubara. unguis meus.

Nanichirokou. stomachus meus.

Niovanni. cor meum.

Nagagîrik. genu meum.

Nougouti. pes meus.

II. *Affinitas & cognatio.*

Baba. pater meus quum eum alloquuntur.

Bibi: mater mea, quum eam alloquuntur *Ichanum* idem, quum de illa sermo est.

Itamoulou. avus meus. ita loquitur mas.

Nargouti. avus meus. ita faem.

Imakou. filius meus masc.

* Ubique N, nota primae personae, praefixa est, quia Caraïbae solent semper vel N, signum primae, vel B secundae, vel L tertiae, praefigere membris corporis humani; ut *Nari, Bari, Lari*: Dens meus, tuus, ejus.

maſc.
Nirabeu. idem. *faem.*
Hibali. nepos.
Nitau. ſoror mea.

III. *Conditiones & qualitates.*

Ouekelli. vir.
Ouelli. faemina.
Mouleke. puer.
Ouaiali. ſenex.
Moincha. viduus, vidua.
Banary. ſocius.
Ibaouanale. amicus. maſc.
Nitignon. idem, faem.
Etoutou. hoſtis. maſc.
Akani. idem, faem.
Bonon. incola.
Tamon. ſervus.
Tibouleli. pinguis.
Touleeli. macer.
Mouchipeeli. magnus.
Nianti, *Raeu.* parvus.
Inouti. altus, ſuperior.
Onabouti. inferior.
Ouliliti. profundus.
Taboubereti. latus.
Mouchinagouti. longus.
Chiririti. rotundus.
Patagouti. quadratus.
Bouitouti. pulcher.
Nianti ichibou. deformis.
Nioulouti. mollis.
Teleti. durus.
Ouarrou. ſiccus.
Kouchakouali. humidus.
Alouti. albus.
Ouliti. niger.
Houereti. flavus.
Ponati. ruber.
} non poſſunt niſi hos 4 colores dicere.
Oulibati. malus.
Nianovanti. idem.
Iroponti bonus.
Kanichicoti. ſapiens.
Leuleuti ao. ſtultus.
Ballinumpti. ſtrenuus.
Abaouati. timidus.
Nitimainti. ebrius.

Ne-

Neketali. mortuus.

IV. *Actiones & Passiones.*

Ementchira. ſpes.
Lamanatina. eſurio.
Nacrabatina. ſitio.
Naikiem. edo.
Baika. ede.
Aika. edere.
Ariangaba. loquere.
Maniba. tace.
Aganekaba. ſurge.
Arikaba. vide.
Akamkabae. audi.
Bajoubaka. i.
Hebemba. curre.
Babenaka. ſalta.
Baronka. dormi.
Nemervoni. quies.
Tibouikenoumali. pugna.
Nainkoa. bellum. maſc.
Nibuctoukouli. idem faem.
Nieuemboulouli. pax.
Napouloukayem. nato.
Tataba. aperi.
Taba. claude.
Aloukaba. quaere.
Ibikouabae. inveni. imperat.
Hamamba. furare.
Natiakayem. piſcor.
Kinchinti loné. amat eum.
Jerekati loné. odit eum
Anek. morbus.
Lakakechoni. vita.
Lalouene. mors.

V. *Oeconomica.*

Karbet. domus publica. Hinc intelliges quid ſit quod in MappaGeographica inſulae Martinique aliqvoties legitur: *Carbet des Caraïbes.*
Toubana. domus. maſc.
Touhonoko. idem. faem.
Maina. hortus.
Kourara. murus.
Bena. porta.
Toullepen. feneſtra, foramen.

Ma-

Matoutou. mensa.
Halâheu. sedes.
Ritta. poculum.
Touli. candela.
Arka. arca.
Tekeric caro.
Ibitarrou. funis.
Anhan. ita.
Oua. non.
Alouka. cras.
Huichan. vale.

VII. *Ornamenta & arma.*

Tiamata boni. corona.
Eneka. collare.
Echaubara. gladius.
Oullaba. arcus. masc.
Chimala. arcus. faem.
Alouani. sagittae.

VIII. *Animalia.*

Anly. canis.
Bouirokou. porcus.
Mechou. felis.
Authe. piscis.
Tonoulou. avis.
Tarreuna. ala.
Akourou. scorpius.

VIII. *Arbores & plantae.*

Huehue. arbor. lignum.
Ninanteli. planta.
Illehue. flos.
Tun. fructus.
Toubanna. folium.
Jouli. tabacum.
Kalao. herba.

IX. *Elementaria & inanimata.*

Oubékou. coelum.
Oualoukouma. stella.
Huyeyou. sol masc.
Kachi. sol. faem.
Nonum. luna, & terra. masc.
Kati. luna. faem.
Libuycouli. dies.
Laguenani. lux.
Arjabou. nox.
Bourreli. tenebrae.
Naouaraglé. aer.
Bebeité. ventus.
Ouattou. ignis.
Ballissi. cinis.
Konoboui. pluvia.

Liromouli. aestas.
Lamoyenli. frigus.
Loubacha. calor.
Oualou. *ouyonlou*. tonitru.
Ouebo. mons.
Taralironne. vallis.
Liromonobou. planities.
Tona. aqua, fluvius.
Taboulikani. fons.
Balanna. mare. masc.
Balaoua. mare faem.
Nonum. terra. masc.
Mona. idem. f.
Saccao. arena.
Ema. via.
Tébou. lapis.
Emetali. rupes.
Oubao. insula.
Baloue. continens.
Crabou. ferrum.
Boulata. aurum, argentum.

X. *Spiritualia*.

Opoyem. spiritus. Est nomen generale, dialecto faeminarum (mares dicunt *Akamboue*) quod & de spiritu hominis usurpatur, & vulgo de bonis spiritibus quos Deorum loco habent. Cl. Thomasinus derivat *Akamboue* ex Scamaim שמים coeli & בעה, *inquisivit*, & *Opoyem* ab Appaim אפים, quia facie ad faciem Deum vident.
Jovanni. anima, cor.
Icheïri. Deus, spiritus bonus. masc. Cl. Thomasinus deducit ab Hebraeo אשרי *Aschre*. beatus.
Chemun. Deus. faem.
Maboya. Diabolus. Herbas foetidas quoque ita appellant. Cl. Thomasinus, *in Glossario universali Hebraïco* haec

haec ſcribit de hac voce. *Mapoya*, *Daemones*, *quaſi ex me negante*, & Appaim אפים, *ut qui exciderint aſpectu Dei.*

Qui plura deſiderat ad Linguae Caraïbae notitiam adeat ſupra laudatam *Rochefortii Hiſtoriam Inſularum Antillarum*, *Raimondi Breton Dictionarium Caraïbico-Gallicum*, editum Antiſſiodori, a. 1665. ejuſdem *Dictionarium Gallico Caraibicum*, editum anno 1666. & *Catechiſmum brevem*, ſive *Epitomen doctrinae Chriſtianae*, *conſcriptam Lingua Caraibica*, ibidem editam, anno 1664.

§. XXIV. De lingua Mexicana.

XXIV. In regno Mexicano plures linguae diverſae in uſu ſunt, quae an dialecti variae dicendae ſint an vero pro diverſis plane idiomatibus habendae, mihi non conſtat. Dicuntur in ſola dioeceſi Guaxacae tredecim linguae inveniri, inter quas memorantur *Otomitica*, *Chontalica*, *Zoquina*, *Caſcana*, *Niciecana*, *Chichimeca*, & aliae a populis ita dictae. Verum praeter has una eſt ab urbe regia Mexico nuncupata *Mexicana*, quae per totum imperium Mexicanum intelligitur, & cujus uſus (ut verbis Hieronymi Benzonis utar in *Hiſtoria Novi Orbis*, *lib.* II. *c.* 16.) amplius mille & quingentorum milliarium ſpatio patet, ac facillime omnium diſcitur. Lexicon

con Mexïcanum in urbe Mexico impressum ab Hispanis vidisse se testatur Johannes de Laat, at nullam convenientiam invenisse inter voces nostrae Continentis & Mexicanas: de qua re ut ipse judices lector, en tibi exiguum indicem.

Tepec. mons. unde nomina locorum *Tutepec*, *Tecoantepec*, *Ometepec* &c.
Atlauhtli. rivus.
Popoca. fumus.
Titl. lapis. unde *Tenoxtitlan*, urbs, Mexico. ita ante dicta q. d. fax super lapidem.
Lan. locus, regio.
Calli. domus.
Tepane. pons.
Coalt. serpens.
Tlaolli. triticum.
Totoli. gallina.
Petat. storea. unde nomen regionis *Petatlan*, uti aedes storeïs tectae erant.
Ael. aqua.
Chimal. scutum.
Tlascal. panis. hinc *Tlascallan*, locus panis.
Cas. populi.
Tzontecontli. caput.
Chal. os, oris.
Tathli. pater.
Tianguistli. fora publica. hinc Hispani formarunt *Tianguez*.
Mococoua. morbus.
Zahu. scabies.
Itzintlan. infra.
Mitote. saltatio.
Vitzili. pluma.
Ce. unum.
Ome. duo.
Jei. tria.
Nahuy. quatuor.

XXV.

§. XXV. De lingua Virginica.

XXV. His specimen aliquod linguae Virginicae subjungam, quae ita appellatur, quod in usu sit apud Americanos in Virginia, ex Johannis Elioti, Britanni, Grammatica, edita Cantabrigiae anno MDCLXVI. sermone Anglico, hoc titulo, *The Indian Grammar begun: or an Essay to bring the Indian Language in to Rules.*

Pronomina.

Neen. ego.
Ken. tu.
Noh, vel *nagum.* ille.
Neenawun, vel *kenawun.* nos.
Kenaau. vos.
Naboh, vel *Nagoh.* illi.
Howan. quis.
Uttiyeu. quid. in pl. *Uttiyeush.*
Yeuoh. ille. } de personis.
Yeug. illi. }
Yeu, vel *ne.* ille. } de rebus.
Yeush, vel *Nish.* illa. }

Nomina, &c.

Wosketomp. vir.
Mittamwossis. mulier.
Nunkomp. juvenis.
Nunksqau. puella.
Manit. Deus.
Mattannit. diabolus.
Anogqs. stella.
Muhhog. corpus.
Psukses. avicula.
Ahtuk. fera.
Mukquoshim. lupus.
Mosq. ursus.
Tummunk. fiber, castor
Puppinashim. bestia, brutum.
Askook. vermis, serpens.
Namohs. piscis.

Nu-

Hussun. lapis.
Quſſuk. rupes, petra.
Mehtug. arbor.
Moskeht. gramen, herba.
Muskeſuk. viſus, facies
Mehtauog. auris.
Meepit. dens.
Meenan. lingua.
Muſſiſittoon. labium.
Muttoon. os, oris.
Menutcheg. manus.
Muhpit. brachium.
Muhkont. crus.
Muſſeet. pes.
Waantamoonk. ſapientia.
Metah. cor.
Nuttah. cor meum.
Kuttah. cor tuum.
Wuttah. cor ejus.
Nuttahhun. cor noſtrum.
Kuttahhou. cor veſtrum.
Wuttahhou. cor eorum.
Wétu. domus.
Neek. domus mea.
Keek. domus tua.
Week. domus ejus.
Neekun. domus noſtra.
Keekou. domus veſtra.
Weekou. domus eorum.
Wompi. albus.
Mooi. niger.
Menuhki. fortis.
Noochumwi. debilis.
Waantam. ſapiens.
Aſſootu. ſtultus.
Yeuyeu. nunc.
Wunnonkou. heri.
Saup. cras.
Ahquompak. quando?
Paſwu. nuper, proxime.
Nôadtuk. olim. longo abhinc tempore.
Teanuk. ſtatim, mox.
Kuttumma. nuper admodum, non longo abhinc tempore.
Uttiyeu. ubi.
Naut. illic.

Anomut. intus, intra.
Woskeche. extra.
Onkoue. ultra.
Negonnu. primo.
Wuttat. postremo.
Sun, *sunnummatta*. estne?
Tohwutch. quam ob rem?
Nux. ita. Sic est.
Wunnamuhkut. vere.
Matta, *matchaog*. non, nequaquam.
Ahque. ne. cave.
Woi, *napehnont*. utinam!
Moeu. simul.
Yeu noque. huc.
Kesukquieu. illuc.
Ohkeiyeu. versus terram
Anue. multo magis, multo melius.
Teaogku. potius, melius.
Nahen. fere.
Asquam. nondum.
Ash. semper.
Kusseh. ecce.
Pagwodche. fortasse.
Netatup. quemadmodum.
Nemehkuk. ita, sic.
Neane. uti.
Tiadche. inopinato.
Wutch. propter.
Yeuwai. idcirco.
Asuh. vel.
Qvt. sed.
Tohneit. si.
Ishkont. minus.
Chaubohkish. excepto.
Kuttumma. nisi.
Tokkônogque. quamvis, etiamsi.
Woh. potest esse.
In, *en*, *ut*, *at*. in, ad.
Woi, *oowe*. particula dolendi.
Hoo. particula admirationis.
Quah. particula vituperandi.
Hah, *ehoh*. particula excitandi.
Nequt. 1.
Neese. 2.
Nish. 3.
Yau. 4.

Na-

Napanna tahshe. 5.
Nequtta tahshe. 6.
Nesausuk tahshe. 7.
Shwosuk tahshe. 8.
Paskoogun tahshe. 9.
Piuk. 10.
Nabo nequt. 11.
Nabo neese. 12. &c.
Neesneecha. 20.
Nishwinchag. 30.
Yauunchag. 40.
Nanannatahshinchag. 50.
Nequt pasuk kooog. 100.

XXVI. Ut porro specimen habeas, lector, continuae orationis, lingua Virginica exaratae, dabimus partem aliquam Capitis primi Geneseos, descriptam ex Bibliis integris lingua Virginica secunda vice editis in Nova Anglia, anno MDCLXXXV, & a *Crescentio Mathero*, verbi Divini ibidem ministro, & Collegii Harfordini apud Cantabrigienses in America Praeside, ad Clarissimum Virum *Johannem Leusdenum*, Decessorem meum, ex America transmissis, ut Bibliothecae nostrae publicae insererentur, in qua hactenus servantur, & ab unoquoque conspici possunt. Est praeterea mihi liber, anno MDCLXXXV in America, eadem lingua Virginica, editus, cui titulus *Manitowompáe Pomantamoonk*, estque explicatio dogmatum religionis Christianae. Sed illa specimina, quae adducam ex Bibliis Virginicis, sufficiunt ut gustum aliquis linguae Virginicae habeat.

§. XXVI. Excerpta ex Bibliis Virginicis.

COMMATA DUODECIM,

ex capite primo Libri Geneseos,

LINGUA VIRGINICA.

Vs. 1. Weske kutchissik ayum * God kesuk ** kah ohke.

2. Kah ohke mômatta kuhkenavaunennk quttinnoo kah monteagunnino, & pohkenum woskeche moonoi, kah wun Nashauanitoomoh God popomshau woskeche nippekontu.

3. Onk noowau God Wequaiaj, kah mô wequai.

4. Kah wunnaumun God wequai ne en wunnegen: Kah wutchadchoubo ponumun God nôeu wequai kah nôeu pohkenum.

5. Kah wutussowetamun God wequai kesukod, kah pohkenum wutussowetamun Nukon: kah mô wannonkooook kah mô mohtompog negonne kesukod.

6. Kah

* Retinuit Interpres vocem Anglicam *God* pro Hebraeo *Elohim.* Virginice autem Deus *Manit* dicitur, quam vocem, distinctionis causa, adhibuit, ubi in textu Hebraeo legitur יהוה. Ita *Gen.* 2. 5. *Newutche Jehovah Manit asq sokenonukontamoog ohke.*

** Hic scriptum est &: uti & in vs. 2. & 10. sed quum & ubique per *Kah* exprimatur suspicor id irrepsisse ex lingua Anglica,

6. Kah noowau God Sepakehtamooudi nôeu nippekontu, kad chadchapemooud, nashauweit nippe wutch nippekontu.

7. Kah ayimus God ſepakehtamóonk, kah wutchadchabeponumumunnap nas haueu nippe agwu, uttiyeu agwu ſepakehtamóonk, kah nashaueu nippekontu uttiyeu ongkouwe ſepakehtamóonk, kah monkô n nih.

8. Kah wuttiſſowee tamun God ſepakehtamóonk keſukquash, kah mô wunnonkooook, kah mô, kah mô mohtompog nahohtoeu keſukok.

9. Kah noowau God moémooidi nippe ut agwu keſukquash paſukqunnu, kah pahkemoidi nanabpeu, kah mónkó n nih.

10. Kah wuttiſſoweétamun God nanabpi, ohke, kah móemoo nippe wuttiſſowetamun Kehtoh, & wunnaumun God neen wunnegen.

11. Kah noowau God drannékei ohke moskeht moskeht skannémunúook skannémunash kah mee chummué mehtugquash meechummuook mee chummuonk nishnoh paſuk neane wuttinnusſuonk, ubbuhkuminuook ut woskeche ohke, kah mónkó n *** nih.

12. Kah ohke dtanneguup moskeht, kah mosket skannemunnúook skannemunash, nish-

*** In codice eſt *uih*, at puto legendum *nih*, uti vſ. 7. & 9.

noh pasuk neane wuttinnussuonk, kah mahtug meechummuook, ubbuhkumminuooook wuhhogkat nishnoh pasuk neane wuttinnussuonk, kah wunnaumun Godne en wunnegen.

§. XXVII. De lingua Algonkina.

XXVII. Lingua Algonkina, ita dicta a populis Americae Septentrionalis, *Algonkinis*, longe lateque in usu est per Canadam, sive novam Galliam. Utuntur illa praeter Algonkinos *Papinachi*, *Oumami*, *Kikapoi*, aliaeque quamplurimae gentes, quarum catalogum, qui vult, legat in libello cui titulus, *Memoires de l'Amerique Septentrionale, ou la suite des voyages de Mr. le Baron de Lahontan*, edito Hagae Comitum. 1703. *tom.* II. *pag.* 36.37.38. Hanc una cum lingua Huronum facit idem scriptor duas linguas matres sive praecipuas totius Canadae, qua late patet, & quarum reliquae quasi dialecti sunt. Algonkinam vero qui intelligit, per totam Canadam iter potest instituere & sermones miscere cum incolis Acadiae & accolis orae maritimae, lacuum mediterraneorum, Sinus Hudsoniani, aliisque finitimis. Non habet haec lingua literas F, & V consonam: & quamvis cum Virginica in multis conveniat, discrepat tamen in multis, uti facile liquebit, si quis voces Virginicas cum Algonkinis volet conferre. Dabimus heic brevem Indicem vocum no-

notiorum & communiorum hujus linguae, ex parvo Lexico Algonkino, quod libello Baronis de Lahontan ſubjunctum eſt: ut iſtam linguam cum aliis Americanis, vel Europaeis unuſquiſque conferre poſſit.

Accipe. emanda.
Aegrotus. outineous.
Albus. ouabi.
Alibi. coutadibi.
Altus. ſpimink.
Amare. ſakia.
Aqua. nipi.
Arena. negao.
Avarus. ſaſakiſſi.
Avis. pilé.
Auxiliari. maouineaoua.
Barba. miſchiton.
Bellum. nantobali.
Bibere. minikoue.
Bonus. kouelatch.
Cadere. pankiſin.
Calidus. akichatte.
Canis. alim.
Cantare. chichim.
Capilli. liſſis.
Certe. keket.
Coelum. ſpiminkakouin.
Cogitare. tilelindan.
Cognoſcere. kikerima.
Corpus. yao.
Cubare. ouipema.
Culter. mockoman.
Currere. pitchibat.
Cuſtodire. ganaouerima.
Dare. mila.
Dentes. tibit.
Deus. kitchimanitou. proprie *ſpiritus magnus.*
Diabolus. matchimanito, proprie *malus ſpiritus.*
Dicere. tita.
Dicit ille. youa.
Dies. okonogat.
Diu. chachayé.
Dormire. nipa.
Ebrius. ouskouebi.

Edere. ouiſſin.
Enſis. ſimagan.
Eſurio. packaté.
Et. gaye, vel, mipigaye.
Facere. tochiton.
Fatigare. takouſi.
Ferrum. piouabik.
Filia. ickoueſſens.
Fluvius. ſipim.
Fortis, durus. maſchkaoua.
Frater. nicanich.
Frigus. kikatch.
Fumum excitare. ſagaſſoa.
Gelu. kiſſin.
Habere. tindala.
Herba. myask.
Heri. pitchilago.
Hic. achonda.
Hiems. pipoun.
Hoc. manda.
Hodie. ningom.
Homo. aliſinape.
Ibi. mandadibi.
Ignis. ſcoute.
Impoſtor. maletiſſi.
Inſula. minis.
Intelligere. niſitotaoua.
Interficere. niſſa.
Ire. tija.
Ita eſt. mi. mincouti.
Lacus. kitchigamink.
Lapis. aſſin.
Lingua. outon.
Loqui. galoula.
Lux. vendao.
Luna. debikat Ikiſis. proprie aſtrum nocturnum.
Magnus. kitcho.
Malus. napitch, malatat.
Mare. agankitchigamink. proprie, magnus lacus ſine fine.
Maritus. napema.
Mori. nip.
Mulier. ickoue.
Multum. nibila.
Mutare. miſcoutch.
Naſus. yach.
Navigare. pimiſca.
Niger. mackate.
Nihil. kakegou.
Nominare. tichinika.
Non. ka.

Nox.

Nox. debikat.
Oculi. ouskinchic.
Odiſſe. chinguerima.
Omnis. kakina.
Pagus. oudenanc.
Panis. pa bouchikan.
Parvus. ouabilou-cheins.
Parum. me mangis.
Pater. nouſce.
Pax. peca.
Phiala. chichigoué.
Piſces. kikons.
Placere.mirouerindan.
Plenus. mouskinet.
Pluvia. kimiouan.
Populi. irini.
Pueri. boubilouchins.
Pulcher. olichichin.
Pulvis, *cinis*. pingoe.
Quaerere. nantaoueri-ma.
Quantum. tantaſou.
Quomodo. tani.
Quia. miouinch.
Quieſcere. chinkichin.
Quo vadis? taga ki-tya ?
Radix. ouſtikoues.
Regio terrae. endala-kian.
Rideri. papi.
Ruber. miſcoue.
Saccus. maskimout.
Saltare. nimi.
Sanguis. miſcoue.
Satis eſt. mimilik.
Scribere. maſinaike.
Semper. kakeli.
Servus, ouackan.
Similis. tabiſcoutch.
Sodalis. nitche.
Sol. kiſis.
Speculum. ouabemo.
Stella. alank.
Sudare. matoutou.
Tabacum. ſema.
Terra. acke, vel ac-kouin.
Triſtis. talimiſſi.
Venire. pimatcha.
Venter. miſchimout.
Velle. ouiſch.
Ventus. loutin.
Ver. mirockamink.
Via. mickan.
Videre. ouabemo.
Vinum.choemin abou.

Vivere. noutchimou.
Unde. tanipi.
Unde venis? tanipi endayenk.
Unusquisque. pepegik.

Numerorum nomina in lingua Algonkina.

1 *Pegik.*
2 *Ninch.*
3 *Nissoue.*
4 *Neou.*
5 *Naran.*
6 *Ningoutouassou.*
7 *Ninchouassou.*
8 *Nissouassou.*
9 *Changassou.*
10 *Mittassou.*
11 *Mittassou achi pegik*
12 *Mittassou achi ninch*, &c.
20. *Ninchtana.*
21 *Ninchtana achi pegik*, &c.
30 *Nissouemitana.*
40 *Neoumitana.*
50 *Naranmitana*,&c.
100 *Mitassou mitana.*
1000 *Mitassou mitassou mitana.*

Nomina personarum.

Nir. ego.
Kir. tu.
Ouir. ille.
Nos. niraoueint.
Vos. kiraoua.
Vos & nos. kiraoueint.
Illi. ouiraoua.

Modus Conjugandi.

Nisakia. amo.
Kisakia. amas.

Ou-

Ousakia. amat.
Nisakiamin. amamus.
Kisakiaoua. amatis.
Kisakiaminaoua. nos & vos amamus.
Sakiaouak. amant.

XXVIII. Hurones Americae Septentrionalis populos esse notum est ex tabulis Geographicis. Lingua illorum multis aliis populis communis est, & Iroquani ea frequenter utuntur. Non habet litteras labiales B. F. M. P. sic ut inter loquendum labia claudere non habeant necesse. En Indicem quarundam vocum.

§. XXVIII. De lingua Huronum.

Abire. saraskoua.
Avarus. onnonsté.
Bibo. ahirrha.
Calcei. arrachiou.
Canis. agnienon.
Capilli. eonhora.
Caput. scouta.
Coelum. toendi.
Cras. achetek.
Deus. ocki.
Dico. attatia.
Difficili. gannoron.
Esse. sackie.
Faemina. ontehtien.
Ferrum. aouista.
Fistula. gannondaoua.
Fortis vir. songuitehe.
Frater mi. yatsi.
Friget. outoirha.
Frumentum Indicum. onneha.
Heri. Hiorheha.
Hazjin. tria.
Homo. onnonhoue.
Ignis. tsista.
Ita est. enda.
Longinquum. deheren.
Milites. skenraguetté.
Multum. atoronton.
Non. staa.
Omnes. aouetti.
Pater. aristan.

Phiala.

Phiala. gatſeta.
Prope. touskeinhia.
Pulcher. akouaſti.
Quatuor. dac.
Salutare. igonoron.
Sodalis mi. yattaro.
Spiritus, Deus. ocki.
Tabacum. oyngoua.
Teni. duo.
Unum. eſcate.

§. XXIX. Quae convenientia linguarum Americae Septentrionalis cum Islandica.

XXIX. Quia ulterius ſeptentrionem verſus nullam in America linguam novimus, & illa loca in quibus Algonkinae uſus eſt, ſatis prope conjuncta ſunt inſulae Europaeae, Islandiae, forte quiſpiam ſibi perſuadere poſſet inter haſce linguas convenientiam quandam intercedere, maxime cum viri eruditione celebres primos Americae incolas ex Islandia vel Norvegia eo perveniſſe exiſtiment. Quod ut unuſquiſque qui haec legit examinare queat, breve hic vocabularium linguae Islandicae ſubjungam, conſcriptum a Juvene Islando, & mihi tranſmiſſum ab Viro Clariſſimo *Johanne Steenbuch*, digniſſimo Linguarum Orientalium in Academia Hafnienſi Profeſſore. Eodem tempore Grammaticam Islandicam Runolphi Jonae, Islandi, mihi miſit ad uberiorem linguae Islandicae notitiam Vir Perilluſtris *Fridericus Roſtgaard*, S. M. R. Daniae & Norvegiae Conſiliarius Juſtitiae, & ſupremus archivorum Praefectus; e qua, ſi voluiſſem, Indicem hunc vocum Islandicarum augere potuiſſem; ſed hoc ſpecimen ſu-

ſufficere arbitrabar, ut judicium ferri poſſet de convenientia linguarum Americanarum cum Europaeis Septentrionalibus, quarum mater Islandica habetur.

VOCABULA QUAEDAM

COMMUNIA ISLANDICA

(Nota. R. Finale priſco more pro UR ſcribendum & legendum eſt.)

I. *Nomina Animalium.*

Madr / Manneskia.	Homo.
Kallmadr.	Vir.
Kuenmadr / kuinna / kuennſuipt.	Mulier.
Lion / lauſe.	Leo.
Fyll.	Elephas.
Ulfallde.	Camelus.
Hreindyr.	Rangifer.
Hiørt.	Cervus.
Hind.	Cerva.
Heſtr.	Equus.
Hriſſa / kapall.	Equa.
Jalkr.	Equus decrepitus.
Fil / folalld.	Equuleus.
Mull / mulaſne.	Mulus.
Biørn / biarndyr.	Urſus.
Ulfur.	Lupus.

Refur/

Refur / töa.	Vulpes.
Køttr / kiſa.	Felis.
Hundr.	Canis.
Kyr / ku.	Vacca.
Naut.	Bos.
Tarfur / piör / gra=dungr.	Taurus.
Kalfr.	Vitulus.
Ungneite.	Juvencus.
Fienadr /hiørd.	Pecus (oris.)
Saudr.	Aries, ovis.
Aer.	Ovis. foemina.
Lamb.	Agnus.
Hafr.	Caper.
Geit.	Capra.
Suin.	Sus.
Gølltr.	Verres.
Gillta.	Sus foemina.
Fugl.	Avis.
Aurn.	Aquila.
Alft/ ſuanr.	Olor.
Falke.	Falco.
Smirill/valur/haukr	Accipiter.
Hegre.	Ardea.
Hrafn (olim rafn.)	Corvus.
Kräka.	Cornix.
Riupa.	Perdix.
Giaes / gäs.	Anſer.
Aund / ønd.	Anas.
Suala.	Hirundo.
Titlingur.	Paſſer.
Mariuatla.	Motacilla, cinclus.
Löfa/ la/ ſölskrÿkia.	Alauda.
Krÿa.	Mergus.
Fiskr.	Piſcis.

Huair/

Hualr / hualfiskr / ſtörfiskr.	Balaena, cete.
Høfrungr.	Delphinus.
Selr.	Phoca.
Langa.	Aſellus major.
Porskr.	Aſellus minor.
Flidra / gedda.	Paſſer minor.
Luda / kole.	Paſſer major.
Lax/urride/ſilungur.	Salmo.
All.	Anguilla.
Skiel / skelfiskr / kudungur.	Teſtudo marina.
Krabbe.	Cancer.

II. *Partium corporis.*

Huirfill.	Vertex.
Haus / høfud.	Caput.
Heile.	Cerebrum.
Heilakupa/hausſkiel.	Cranium.
Hnacke.	Occiput.
Enne.	Frons.
Eira.	Auris.
Hluſt.	Cavum auris.
Auga.	Oculus.
Augnabrä / augnahuarmr.	Supercilium, palpebra.
Siäalldr.	Pupilla oculi.
Gagnaugu.	Tempora.
Andlit / äſiöna.	Vultus, facies.
Nef.	Naſus.
Naſir.	Nares.
Kinn / vange.	Gena.
Vør.	Labium.
Munnr.	Os (oris.)
Haka.	Mentum.

Tun=

Tunga.	Lingua.
Tønn.	Dens.
Tanholld.	Gingiva.
Gömur.	Palatum.
Kialke.	Maxilla.
Kuerk.	Fauces.
Ufur.	Angina.
Hals.	Collum.
Sin.	Nervus.
Aed.	Vena.
Herdar.	Humeri.
Axler.	Axilla.
Herdarblad.	Scapula.
Hriggr.	Spina dorſi.
Bak.	Tergum.
Syda / Hlid.	Latus.
Armur / handleggur.	Brachium.
Olboge / vel alboge.	Cubitus.
Haund (hønd.)	Manus.
Fingr.	Digitus.
Löfe.	Vola manns.
Hnue.	Articulus digiti.
Haegre haund.	Dextera manus.
Vinſtre haund.	Siniſtra.
Bringa / brioſt.	Pectus.
Brioſtvörtr.	Mammillae.
Nafle.	Umbilicus.
Rif / rifbein.	Coſtae.
Miødm.	Coxendix.
Laere / laerleggur.	Femur.
Kne / knesbot / kniä-lidr.	Genu, flexura poplitis.
Fötr.	Pes.
Föt-leggr.	Tibia pedis.
Kalfe.	Sura.

Plan-

Rist.	Planta pedis.
Il.	Vola pedis.
Tä.	Digitus pedis.
Nøgl / klö.	Ungula.
Haell.	Calx.
Innifle.	Inteſtina.
Garner / gyrne.	Ilia.
Hiarta.	Cor.
Lifur.	Hepar.
Lungn.	Pulmo.
Pind.	Diaphragma.
Millte.	Lien.
Nyra.	Ren.
Gall.	Fel.
Mage / vømb.	Stomachus.

III. *Elementorum, eoque ſpectantium.*

Høfudskiepna.	Elementum.
Elldr.	Ignis.
Bäl.	Flamma.
Brune.	Ardor.
Leifran / Elldîng.	Fulgur.
Hraefarelldr.	Ignis lambens.
Snaeliös.	Ignis fatuus.
Vatn.	Aqua.
Siör / saer.	Mare.
Haf.	Oceanus.
Fiördur.	Fretum, ſinus.
Atfall.	Acceſſus maris.
Utfall.	Receſſus maris.
Grinningar.	Brevia.
Haffuolgr.	Vorago maris.
Bilgia / bära.	Fluctus.
Stødubatn.	Stagnum.

Fliøt.	Flumen.
Aa.	Amnis.
Laekur.	Rivus.
Dyke.	Palus.
Pittur.	Puteus.
Brunnr.	Fons.
Uppſprettà.	Scaturigo.
Huer / laugar.	Thermae calidae.
Jörd.	Terra.
Hurrlende.	Arida.
Fiall.	Mons.
Dalr/ dalverpe.	Vallis.
Sletta / ſlettlende.	Planities.
Vøllr / valllende.	Campus.
Häls / haed.	Collis.
Brecka / brattlende.	Crepido, acclive.
Klettr.	Scopulus.
Hamrar.	Rupes.
Molld.	Limus.
Leir.	Argilla.
Sandr.	Arena.
Møl.	Glarea.
Skögr.	Sylva.
Ting.	Pratum.
Akur / ſädakur.	Ager.
Haglande / hage.	Paſcua.
Heimur.	Mundus.
Heimskryngla.	Orbis terrarum.
Auſtur.	Oriens.
Veſtr.	Occidens.
Nordr.	Aquilo.
Sudr.	Auſter.
Att.	Plaga mundi.
Middeigisſtadur.	Meridionalis (plaga.)
Loft.	Aër.

Ve=

Vedur / vedrlag.	Tempeſtas.
Heydrekia / heidbiart.	Serenitas.
Dimmvidre / þyckvi-dre.	Caligo aëris.
Døgg.	Pluvia.
Regn.	Imber.
Nattdøgg.	Ros.
Hrym.	Pruina.
Pocha / ude.	Nebula.
Froſt.	Gelu.
Kulde.	Frigus.
Hite.	Calor.
Loftveiſa.	Meteoron.
Dampr.	Exhalatio.
Sky.	Nubes.
Vindur.	Ventus.
Stormur.	Ventus rapidus.
Hvirfilvindur.	Turbo.
Blaer.	Aura.
Logn.	Tranquillitas aëris.

IV. *Temporis.*

Tyme.	Tempus.
ølld.	Seculum.
är.	Annus.
Miſſere.	Semeſtre.
Manudr.	Menſis.
Vika.	Septimana.
Dagr.	Dies.
Nätt / nött.	Nox.
Dagan / døgun.	Diluculum.
Morgun / myrgin.	Mane Diei.
Myrginrode.	Aurora.
Røckr / hum.	Crepuſculum.
Kvelld / aftan.	Veſpera.

Solſtodr.	Solſtitia.
Jafndaegre.	Aequinoctia.
Vor.	Ver.
Sumar.	Aeſtas.
Hauſt.	Autumnus.
Vetr.	Hyems.
Skammdeige.	Bruma.
Paskar.	Tempus paſchatos.
Huitaſunna (quaſi albus dies ſolis.)	Pentecoſte.
Jöl.	Feſtum natabilior.
Alldur.	Aetas.
Aefe.	Aevum.

V. *Numerorum Cardinalium.*

Eirn / ein / eitt.	Unus , a , um.
Tveir / tvaer / tvø.	Duo , ae , o.
Þryr / þriar / þriu.	Tres , tria.
Fiorer / fiorar / fiøgr.	Quatuor.
Fimm.	Quinque.
Sex.	Sex.
Siö.	Septem.
Atta.	Octo.
Nye.	Novem.
Tye.	Decem.
Ellefu.	Undecim.
Tolf.	Duodecim.
Þrettan.	Tredecim.
Fiörtan.	Quatuordecim.
Fimmtan.	Quindecim.
Sextan.	Sedecim.
Septian.	Septendecim.
Atian.	Octodecim.
Nytian.	Novemdecim.
Tuttigu.	Viginti.

Tuguir/tigr.	Numerus vicenarius.
Priatiger.	Triginta.
Fiørutiger.	Quadraginta.
Fimmtige.	Quinquaginta.
Sexhge.	Sexaginta.
Siøtige.	Septuaginta.
Attatige.	Octoginta.
Nyntige.	Nonaginta.
Hundrad.	Centum.
Pusund.	Mille.

VI. *Ordinalium.*

Firste.	Primus.
Annar/ønnur/annat.	Secundus, a, um.
Pridie.	Tertius.
Fiörde.	Quartus.
Fimte.	Quintus.
Siøtte.	Sextus.
Siøunde.	Septimus.
Attunde.	Octavus.
Nyunde.	Nonus.
Tyunde.	Decimus.
Tuttigaste.	Vigesimus.

Et sic deinceps, addita ad numerum Cardinalem terminatione **aste**/ vel **astur.**

Multiplicativa, quae Latinis in PLEX desinunt, nobis formantur adjecta ad numerum Cardinalem terminatione **falldur**/ ut: **einfalldur**/ simplex; **tyufalldur**/ decemplex; **hundradfalldur**/ centuplex; **pusundfalldur**/ millecuplex. Et sic porro.

XIII.

DISSERTATIO

DE

GEMMIS ARABICIS.



XIII.

DISSERTATIO
DE
GEMMIS
ARABICIS.

I. Uamvis non ignorem plures esse sollicitos de acquirenda possessione Gemmarum quarundam pretiosarum, quam indagandis inscriptionibus Arabicis Persicisve, quas nonnullae ex iis praeferunt; in eorum tamen, paucorum licet, gratiam qui monumenta Orientalia legere atque intelligere gestiunt, & involutos intricatosque literarum nexus expedire, gemmas aliquas exhibebo, & interpretationem adjiciam. Utilem hanc esse operam fatebuntur illi Philarabes & Philopersae, qui vel ad legendos Co- §. I. De usu Gemmarum Arabicarum.

P 5 dices

dices manuſcriptos, praecipue Perſicos, vel ad explicandos Nummos, aut Inſcriptiones Arabicas marmorum, animum adpellent. Quamvis enim parvum hoc ſpecimen quod damus nequaquam ſufficiat ad ſuperandas omnes difficultates, aliquid tamen conferet: maxime ſi cum iis quae de Inſcriptionibus quatuor Arabicis marmorum, quae Puteolis hodieque ſuperſunt, orbi nuper expoſui, conjungantur. Nec illis, qui horum ſacrorum rudes ſunt, plane ingratus eſſe hic labor poterit, niſi vana omnino mihi imaginatione blandiar. Quis enim eſt, qui non capitur intuitu ſcripturae tam concinnae & artificioſae, quae literas literis connexas, juſtis ubique ſervatis intervallis, & inſperſis punctis, veluti totidem ſtellulis, ornatas exhibet? quae omnia, fateor, accuratius ab illo percipiuntur, cui hae literae non ignotae ſunt, ſufficienter tamen homini ἀπαιδεύτῳ oſtendunt, non ita rudes illos populos eſſe & barbaros a quibus haec proficiſcuntur, quam ſibi vulgo noſtri homines perſuadent.

§. II. Gemmae primae explicatio.

II. Prima gemma, quae in Cimeliarchio Nobiliſſimi Viri *Jacobi de Bary* aſſervatur, haec eſt quam vides *pag. ſeq.* Explicui eam rogatu illius Viri mihi amiciſſimi, & literae illae fuerunt jam antea editae; ſed quum in paucorum manibus verſentur, eas hic lectori iterum exhibebo. Sunt autem hae.

Nobiliſſi-



Nobilissimo Viro Jacobo de Bary Hadrianus Relandus.

Rarissime Amstelodamum relinquo, Vir Amicissime, quin me, more gentibus Orientalibus usitato, munusculo quodam bees: cujus rei ante paucos dies recens specimen edidisti, quum hunc Achatem, literis Arabicis inscriptum, mihi examinandum tradere voluisti, quem remitto, simul satis facturus desiderio Tuo, qui explicationem characterum a me petieras. Quum vero ductus mira ratione intricati sint, sic ut unius vocis literae initiales aliquando supra, aliquando infra, sequentes collocatae sint, ad conciliandam scriptioni elegantiam, utque tota gemmae area

aequa-

aequalibus ſpatiis literas ubique exhibeat, illas hic Tibi extricatas, & eo ordine, quo nos vulgo characteres Arabicos diſponere ſolemus, exhibebo: ita ut conferens literas cum literis ductus non multum diverſos obſervare, eoque magis admirari artificium ſcriptionis in gemma Tua, poſſis. En Tibi ipſa verba Arabica الله لا اله الا هو الحي القبوم لا
تاخذه سنة ولا نوم له ما في السموات
وما في الارض من ذا الذي يشفع عنده
الا باذنه يعلم ما ببن ايديهم وما خلفهم
ولا يحبطون بشي من علمه الا بما شا
وسع كرسبه السموات والارض ولا
يوده حفظهما وهو العلي العظبم .

Quae Latine ita ſonant. *Deus: Non eſt praeter illum Deus alius. Hic eſt qui vivit, & in aeternum permanet, quem nulla dormitatio, nullus ſomnus, occupat. Hujus eſt, quodcunque coeli & terra complectuntur. Quis eſt, qui eo invito culpam alterius deprecabitur? Ille eſt, qui praeſentia novit & futura; quum homines nil ſciant, niſi quod ipſe voluerit. Thronus ejus tam late patet quam coeli & terra, quorum omnium conſervatio nequaquam ipſi eſt oneri. Hic eſt ille excelſus & magnus.* Egregiam, dices, deſcriptionem omnipotentiae & majeſtatis divinae! Ita eſt, Nobiliſſime Vir: idque

idque magis faterere, si ipsa Arabica intelligeres. Dubito tamen an hoc persuaderi possit hominibus quibusdam, qui Mohammedanos omnes pro asinis habent; maxime si haec omnia totidem verbis in sacerrimo Alcorani volumine contineri dixerim; & dixerim vere. Leguntur enim in Capite secundo, commate sexto & quinquagesimo ultra ducentesimum. Quippe meras nugas, & nil bonae frugis, Alcorano contineri, nonnullis persuasum est, quos vel haec sola pericopa convincet: quae, si ab scriptore Graeco vel Romano fuisset prolata, miris laudibus extolleretur; nunc, cum a Mohammede dicta sit, ne recensione quidem vel attentione digna judicabitur. Tantum valet praeconcepta de barbarie & stultitia Turcarum opinio! Praestaret eos magis esse sollicitos de illarum gentium conversione ad sacra Christiana, & horas quasdam addiscendae linguae Arabicae, quae & plurimos alios usus habet, legendisque scriptis Theologicis Mohammedanorum, impendere (si forte Deus quorundam e nostris opera uti vellet ad salutem tot errantium populorum) quam illos contemnere, linguas eorum negligere, & studium paucorum, quod in iis rebus collocatur, vituperare. Verum sentio me longius provehi. Tu, qui propius Mohammedanos Afros nosti, quum in Hispania vixisti,

mi-


mitius & benignius de iis judicare ſoles. Servet Te diu incolumem Deus & ſoſpitem, ut egregios illos Nummos, Punicis, Celtibericis, aliiſque rariſſimis inſcriptionibus inſignitos (quibus vel Priucipes & Reges, Cimeliarchiorum Nummariorum poſſeſſores, ad invidiam concitare potes) uti decreviſti, orbi erudito exponas, & induſtriae Tuae pretium feras, quod mereris. Scribebam Trajecti ad Rhenum, a. d. XXVI. Jul. CIↃ IↃCCVI.

§.III. Continet comma Alcorani praeſtantiſſimum.

III. Nihil habeo quod his addam, quae olim ſuper hac re ſcripſi, niſi poſtea in Bibliotheca Orientali Viri Eruditiſſimi B. Herbelotii me notatum vidiſſe, ad titulum *Corſi*, hanc pericopam inter praeſtantiſſimas Alcorani a Mohammedanis numerari, & comma praeſertim ultimum ut elegantiſſimum commendari. Ita ille. *Au chapitre ſecond de l'Alcoran il eſt dit* que le Throne de Dieu embraſſe les cieux & la terre, & il n'a aucune peine a les conſerver: car il eſt tres haut & tres grand..... *Les Interpretes pretendent que ce verſet eſt le plus conſiderable de tout l'Alcoran, & dont la lecture attire par conſequent de plus grandes benedictions.*

§.IV. Gemma ſecunda eadem verba complectitur.

IV. Altera gemma, quae poſtea pervenit ad ejuſdem Viri ſupra laudati manus, & dein meas, haec eſt.



Continet illa eandem pericopam Alcorani, quam prima : ſed modo ſcriptionis diverſo exaratam. Non injucundum accidet iis, qui literarum Arabicarum gnari ſunt, conferre characteres hujus gemmae cum iis qui in prima leguntur, & mirari elegantem varietatem, qua literae & voces eaedem ita conſcriptae ſunt, ut primo intuitu conſpectae, nec ad examen accuratius revocatae, vix quidquam commune habere videantur. Sed hae ſunt Orientis opes; haec luxuriantis calami, & fertilis imaginationis, in gentibus Aſiaticis indicia, quae unum eundemque characterem pluribus iiſque artificioſiſſimis ductibus variare norunt, & non exiguam partem ornatus librorum ſuorum, ut & epiſtolarum, gemmarum,

rum, ac nummorum, in hac arte collocant. Hinc eſt faſtidium illud, quo libros Arabicos, typis more noſtro deſcriptos, averſantur, qui, licet accuratiſſime ſint editi, nulla tamen ratione accedunt ad elegantiam codicum manuſcriptorum quibus Oriens utitur.

§. V, Caput 112 Alcorani gemmae inſcriptum.

V. Tertia gemma mihi tradita a Spectatiſſimo Viro, *Jacobo de Wilde*, qui rei maritimae, quae Amſtelodami curatur, a rationibus eſt, continet Caput Alcorani 112, quod brevem doctrinae Mohammedicae epitomen exhibet, oppoſitam Judaeis, Chriſtianis, & iis inter Perſas qui Magorum inſtituta ſequuntur. Primo quidem Deum ſuum eſſe *Deum unum, eundemque aeternum* eſſe docet. Vox الصمد varie transfertur, per *aeternum*; *permanentem*; *eum ad quem, veluti ſcopum, omnes actiones noſtrae tendere debent*; *eum qui per ſe ſubſiſtit, nec ulla re ad ſubſiſtendum indiget, ſed quo res omnes indigent*. Quam vim huic voci ineſſe ſcribunt Mohammedani. Sed Graeci, qui inter primos hanc religionem ſcriptis oppugnarunt, vocabulum hoc male tranſtulere per ὁλοσφυρόν & per calumniam intolerabilem dixerunt Mohammedanos Deum ſuum facere corporeum, λίθον ἢ ξύλον ἀναίσθητον, quia ſc. haec ipſa vox & affines nonnunquam de corporibus ſolidis & duris uſurpantur. Verum his non immorabor,

morabor, & alibi hanc calumniam dilui. In eodem Capite Alcorani, quod gemma tertia exhibet, Mohammed contra Judaeos, quos ait Ezram, vel Ozair, pro filio Dei habere, ſcribit *Deum non generare*; contra Chriſtianos, qui Chriſtum a Deo Patre generatum credunt, *Deum non generari*, (quo reſpicit Damaſcenus in libro *de haereſibus*, ita de Mohammede ſcribens, *λέγει ἕνα θεὸν εἶναι ποιητὴν τῶν ὅλων, μήτε γεννηθέντα μήτε γεγεννηκότα*) contra Magos denique, qui duo principia aequalia boni & mali ſtatuebant, & Arabes quoſdam, qui Deo ſocios adſcribebant, *nullum ei parem eſſe*. Ipſa gemma haec eſt.



VI. Quae in literis ad Spect. Wildium datis nuper ad eam explicandam ſcripſi, hic quoque lectorum oculis ſubjiciam. En ipſum literarum exemplum. §. VI. Explicatio gemmae tertiae.

Spectatissimo Viro Jacobo de Wilde Hadrianus Relandus.

Quam hesterno die mecum Amstelaedamo huc detuli, gemmam Arabicam, Tibi remitto, una cum explicatione characterum, quos ea continet. Lineae duae in media gemmae quituae area conspicuae, typis illis Arabicis, quibus typographi Christiani vulgo uti solent, expressae, hae sunt:

لا اله الا انت سبحانك اني
كنت من الظالمين

Confer jam harum literarum formas, quas ego Tibi hic exhibeo, cum illis, quas gemma Tua exhibet, & videbis, quam longe absint nostri typographi ab insigni illa Arabum calligraphia: sic ut mirum videri non debeat Mohammedanos libris Arabicis a nobis impressis, licet multo minori pretio ab iis comparari possint, uti Sadi Gulistan, & aliis, eos, qui manu exarati sunt, longe praeferre. Deprehendes quoque, si hos characteres contuleris, voces revera diversas conjungi, & has supra illas dispositas, quin & caudam literae ي in voce اني retrorsum protensam, ita ut

ut vice lineae diſtinguentis mediam gemmam fungatur. Verba autem illa Latine reddita haec ſunt: NON EST DEUS PRAETER TE. LAUS TIBI SIT: EGO SUM IN NUMERO INJUSTORUM. Complectuntur illa integram formulam precum, quibus Jonas Propheta uſus fuiſſe legitur, quum in piſce abditus lateret; & hoc ordine traduntur in Alcorano, Capite primo & vigeſimo, quod *Prophetarum* inſcribitur, commate ſeptimo & octogeſimo. Scilicet miſſum illum ſcribunt Mohammedani ad urbem نينوي *Niniven* (ita *Keſſaeus*: at auctor مصابيح القلوب nomen civitati dat نيتوي *Nitove*, ſed male adjecto puncto, aitque eandem eſſe cum موصل *Mauſel*, *Joſeph* autem *Ibn Abdollatif* شهر نيلوس urbem *Nilus*, lege نينوس *Ninos*) & quum poena, quam iis divinitus minatus erat, non ſequeretur, animi dubium & iratum fugiſſe; deinceps orta tempeſtate & jacta ſorte, quis in mare projiciendus eſſet, Jonam deſignatum, ſed a piſce exceptum, in quo per quadraginta dies latuit, donec his precibus, vel hac confeſſione verius, iratum Deum placavit, & aëri noſtro redditus eſt. Illa autem, quae in margine ſcripta totam gemmae ſuperficiem cingunt, primo exhibent conſuetam illam formulam بسم الله الرحمن الرحيم *In nomine Dei ſumme miſericordis*, (quae ſin-

gulis Suratis praefigi ſolet), & dein Caput integrum Alcorani, quod, ut vides, non nimis prolixum eſt, & antepenultimum totius Voluminis, ordine duodecimum & centeſimum, & complectitur haec verba, quae veluti fulmen aliquod contra Chriſtianos praecipue vibrant Mohammedani, quaeque iis frequenter in ore ſunt, in quatuor verſus diſtincta.

I. قل هو الله احد
II. الله الصمد
III. لم يلد ولم يولد
IV. ولم يكن له كفوا احد:

1. Dic (Infidelibus sc. vel iis, qui Te rogant quid de Deo ſentias) DEUS UNUS EST. 2. DEUS AETERNUS. 3. NON GENERAVIT, NEC GENERATUS EST. 4. NEC ALIQUIS IPSI PAR EST. Maximi faciunt hanc Suratam Mohammedani, ſic ut nonnulli eam cum tertia parte totius Corani comparent. Quo magis patet, quis hujus gemmae uſus fuerit, & quare haec verba ad ejus inſcriptionem delecta ſint. Tu illam in Cimeliarchio Tuo repone, & ſerva in ſpecimen calligraphiae & artis Arabicae, quod uti mihi conſpectu fuit gratiſſimum, ita nullus dubito quin & aliis ſpectatoribus magno

gno opere futurum sit oblectamento. Si quid interim simili literarum forma insignitum ad manus Tuas perveniat, memorem Te *Relandi* esse velim, & vel ἔκτυπα vel ipsas potius gemmas ad me curare. Vale, Humanissime *Wildi*, & me ama. Trajecti ad Rhenum, a. d. XVIII. CIↃ IↃCCVI.

VII. Gemma quarta, quam mecum communicavit Vir Nobilissimus, *Henricus Hadrianus vander Mark*, continet praeter nomen proprium illius, qui ea usus est, nomina duodecim Antistitum, sive Imamorum, quos Persae credunt legitimos Mohammedis fuisse successores: quumque inter illos quatuor fuerint qui nomen Ali gesserunt, lineam ultimae literae ي in voce Ali ita porrexit retrorsum sculptor hujus gemmae, ut eadem illa, quater scripta, quatuor areas formaverit, quarum singulae trium Antistitum nomina complectuntur. Sunt autem Antistites vel Principes hi, quorum nuda quidem nomina extant in hac gemma; verum ego ex MS.to meo *Taarich* titulos eorum addam.

§. VII. 12 Persarum Antistites gemmae incisi.

I.

علي المرتضى

Ali Morteda. sive gratus & acceptus Deo: cujus uxor fuit Fatima, filia Mohammedis.

II.

امام حسن الرضا ابو محمد

Imam Haſſan, Deo placens, Abu Mohammed.

III.

امام حسين ابو عبد الله

Imam Hoſſein, Abu Abdallae.

IV.

امام ابو الحسن علي زين العابدين

Imam Abu'l Haſſan Ali, ornamentum cultorum Dei.

V.

امام محمد الباقر

Imam Mohammed, ſapientia excellens.

VI.

امام جعفر الصادق

Imam Zjaafar, Juſtus.

VII.

امام موسي الكاظم

Imam Mouſa, Clemens.

VIII.

VIII.

امام علي الرضا

Imam Ali, Deo gratus.

IX.

امام محمد التقا

Imam Mohammed, Pius.

X.

امام علي التقا

Imam Ali, Pius.

XI.

امام حسن العسكري

Iman Hassan Asceranus.

Ita dictus ab urbe Persiae Asker Macroum, quae natales ei praebuit.

XII.

امام محمد المهدي

Imam Mohammed, Dux, sive Rector.

VII. De horum ultimo, *Mahadi*, qui anno aerae Mohammedicae 255 natus est, multa

§. VII. De Antistite Mahadi.

multa tradunt miranda Persae, creduntque eum paulo ante mundi finem iterum inter homines victurum, & se conjuncturum Jesu Messiae, sic ut ex religionibus duabus, Christiana & Mohammedica, una sit conflanda. Nec defuerunt inter Mohammedanos, qui ejus personam mentiti sint, de quibus consuli potest CL. Herbelotus *in Bibliotheca orientali*. Vidi olim Amstelodami, in supra laudato Cimeliarchio Bariano, laminam argenteam quadratam, quam, quod hujus Mahadi mentionem faciat, in tabella adjecta, ad signum numeri 5, aeri inscriptam do. Continet autem ea has voces ab una parte,

الله ربنا
محمد رسولنا
المهدي امامنا

i. e.

Deus est Dominus noster.
Mohammed est Legatus Dei ad nos missus.
Mahadi est Antistes noster.

Et ab altera parte has tres formulas, quas Arabes الكلمات الطيبات *bona verba* appellant, de quibus librum conscripsit *Schahaboddin Abu'l Abas Ahmed Ibn Amad Ibn*

Jon-

N. 4.



Pag. 245.

N. 6.



Pag. 249.

N. 5.

Pag. 248.

Pag. 249.



Joufafa, *Alikfehafi*, quem habeo manufcriptum.

لا اله الا الله
الامر كله لله
لا قوة الا بالله

i. e.

Non eft Deus praeter Deum.
Omne Imperium eft Dei.
Non eft poteftas nifi in Deo.

IX. Gemma, ad fignum numeri 6 in tabula depicta, exhibet has voces نرشو قنديت ابن كسنو قنديت *Narfchou Pandit, filius Kifnou Pandit*, & numerum anni 1077 aerae Mohammedicae, i. e. noftrae 1666. Fuit autem figillum illius Narfchou. *Pandit*, قنديت fignificat Malaïce hominem literatum, fcribam, doctorem. *Narfchou* & *Kifnou* nomina funt propria a fluviis Indiae, vel Geniis qui iis praeeffe creduntur, defumta. Hoc autem modo omnia fere Perfarum & Arabum figilla formata funt, plerumque ab inferiori parte furfum verfus legenda; quorum ego plura fpecimina hic non dabo, fed eorum loco Sigillum Imperatoris Turcarum Morad five Amurathis (*vid. tabul. ad num.* 7.)

§. IX. De Sigillis privatorum, & Imperatoris Turcici.

ex Epiſtola quam anno 1632. ad Illuſtres & Praepotentes Belgii noſtri Ordines dedit, quamque manu ſcriptam poſſideo. Veſtigia literarum vocum مراد خان *Morad Chan* facile quiſpiam in hoc Sigillo deteget. Ad ſiniſtrum latus reſpectu legentis duae literae, ſigna vocum ضايما مظفر i. e. *ſemper Victor*, leguntur. Eodem modo in Nummis nomen Imperatoris ſcribitur, quos, quum habeam, adjicere potuiſſem, ſi non putaſſem clarius ex majori hoc ſigillo ductus literarum obſervari poſſe.

F I N I S.

ADDENDA quaedam & emendanda in tribus partibus harum Diſſertationum haec ſunt. In Parte Prima. *Pag.* 36. *lin.* 20. poſt *lib.* III. Inter eos autem qui Jaxartem & Tanaim confuderunt & Heſychium referendum puto. Sic ille: Ἰαξάρτης, βοτάναι ποταμοῦ. Sed haec ſunt nihili. Lege Ἰαξάρτης, ὁ Τανάϊς ποταμός. *Pag.* 104. *lin.* 19. Plinius, quique eum ſequitur Martianus Capella *de Geometr.* *Pag.* 138. *lin.* 20. in media voce ut litera collocari, ideoque alia ex T & H &c. *Pag.* 174. *lin.* 16. poſt *Salomonis*, (quod videtur credidiſſe Cl. Holſtenius, illam urbem vocans emporium celeberrimum Ptolomaei; licet nihil habeat Ptolomaeus de emporio vel celebritate ejus urbis, uti obſervavit Cl. Cellarius *Notit. Orb. Antiq. l.* III. *c.* 23.) In Parte II. *pag.* 238. *lin.* 4. Vide hanc ſententiam

mul-

multis firmatam a Doctissimo Peletario in Ephemeridibus Trevoltianis, Tom. V. *p.* 29. *Pag.* 274. in fine, post *notat*, videturque per אגמא (si אקרא non sumatur pro nomine proprio) innuere velle paludem illam sive *ἔλυθρον λίμνης*, magnum paludis receptaculum prope Babylonem a Nitocri fossum, cujus Herodotus meminit *l.* 1. sed puto verius esse, utramque vocem nomen esse proprium locorum, uti monui. Parte III. *pag.* 4. *lin.* 27. Indis قرع سبيل *bellum in semita Dei.* *pag.* 77. *lin.* 22. *emporium, ora habitata.* *pag.* 93. *lin.* 4. notat. Ita autem appellatur Princeps vel Rex Bantanensis, qui nullum in ea urbe superiorem agnoscit. *pag.* 97. *lin.* 17. *Doekon.* medicus. *pag.* 121. *lin.* 14. Malaïce *Orangkaya* notat. *p.* 228. *l.* 10. *natalitiorum.*

INDEX

INDEX LEMMATUM IN DISSERTATIONE DE JURE MILITARI MOHAMMEDANORUM.

IN DISSERTATIONE XI DE LINGUIS INSULARUM QUARUNDAM ORIENTALIUM.

IN

DISSERTATIONE XII
DE LINGUIS AMERICANIS.

IV. *Vel*

IN
DISSERTATIONE XIII
DE GEMMIS ARABICIS.

INDEX
RERUM.

A.

Ca-

F.

G.

H.

ces

Deo-

N.

in-

FINIS.

L. S.

NE pagellae quaedam vacent, haec accipe. Incidi nuper in Jucundum non minus quam Eruditum Opus Johannis Weichardi Valvaſoris, *cui titulum dedit*, Die Ehre des Hertzogthums Crain, *editum Aemonae Pannoniorum, a.* 1689. *lingua Germanica, quatuor voluminibus in folio. Tomo Secundo vidi Illuſtrem Auctorem multa accurate obſervaſſe, quae ad rem literariam propius ſpectant, de antiquis urbium Carniolae nominibus, Inſcriptionibus Romanis quae adhuc ibi ſuperſunt, linguiſque queis ejus incolae utuntur. Ex eo ſubjicere heic viſum eſt orationem Dominicam, tredecim diverſis dialectis linguae Sclavonicae expreſſam; quum ea longe lateque in uſu ſit per Europae partes Septentrionales, ut unusquiſque eas conferre cum linguis Americanis vel Iſlandica queat, de qua vide ſupra* p. 220. *Voces ſingulae vocibus Latinis reſpondent, quo modo in hac Latina oratione punctis diſtinctae ſunt.*

Latine. Pater. noſter. qui. es. in coelis. ſanctificetur. nomen. tuum. adveniat. regnum. tuum. fiat. voluntas. tua. ſicut. in coelo. ſic. in terra. panem. noſtrum. quotidianum. da nobis. hodie. &. remitte. nobis. debita. noſtra. ſicut. &. nos. remittimus. debitoribus. noſtris &. ne inducas. nos. in tentationem. ſed. libera. nos. a. malo.

Cyrillice.

Otze. nash. ishe. jeſi. v'nebeſih. poſuetiſe. jme. tvoje. pridi. kraileſtvo. tvoje. budi. volja. tvoja. ka-

ko. v'nebi. itakoi. naſemlji. hlib. nash. vſakdanji. dai nam. danas. i. odpuſti. nam. duge. nashe.kako. j mi. odpushzhamo. dushnikom. nashim. j. nevavedi. nas.v'napaſt. da. isbavi. nas. od. ſla.

Bulgarice.

Otskye. nàsh. koteri. ieszi. u' nebeszih. ſzueto. imè. tvoye. prid'knam. czaszarasztuo. tuoye.budi. uolya.tuoya. kako.u' nebu. takoy. nazemli.kruh. nash. uszakdanii. day nam. danasz. j. odpuſeſay. nam. dugi. nashi. kako. ij mi. odpuſeſyamo. duſnikom. nashim. j. nevauedi. naſz. v' napaſzt. da. iztavi. naſz. od. nepriazni.

Dalmatice.

Otshe.nàsh.koi.ieszi. nanèbeſzih.ſzvetiszé. imè. tvoye. pridi. kralyesztvo. tvoye.budi.volya. tvoya. kako. nanebu. tak y. nazemlij. kruha. naſſega. ſzakdanyega. day nam.danáſz.j. odpuſcſaij. nam. dugi. nashi. kako. ij mi. odpuſcſyámo. duſníkom. naſsim. j. nevpelyamj. naſz. wnapaſzt. da. iztáui. naſz. od. nepriazni.

Croatice.

Ozhe. nash. ishe. eſi. nanebeſih. ſuetiſe. jme. tuoe. pridi. ceſaraſtvo. tvoe. budi uolja. tvoja.jako. nanjebeſih. j tako. naſemlij. hlib. nash. vſagdanni. daj nam. danas. j. odpuſti. nam. dlgi. nashe. iako she.j mi.odpushzhamo.dlshnikom.nashim.j. nevavedi. nas.v'napaſt.na.isbaui.nas.od.nepriaſni.

Sclavonice.

Otecz. nash. ki. ſzi. nanebeszek. ſzvetiſze. ime. tvoye. pridi. kralyeſztvo. tvoye. budi.volya.tvoya. kako. nanebe. takoy. nazemiyé. krúha. nashega. vſzakdanyega.dey nam.deneſz.j.odpuſzti.nam.duge. nashe. kako.ij mi.odpuſcſamo. duſníkom. naſhem.j.nevpelyáy. naſz.vſzkuſſá.da.oſzlobódi.naſz. od. zla.

Otzie.

Bohemice.

Otzie. naſs. genz. ſy. wnebeſych. oſwietſe. gmeno. twe. przid. kralowſtwy. twe. bud. wule. twa. yako. wnebi.tak y. nazemi.chleb.naſs. wezdegſſy. dey nam.dnes. a. odpuſt. nam. wini. naſſe. jakoz. y mi. odpauſtime. winiknom. naſſym. a. nuwod. nas. w' pokuſſeni. ale. zwawiz. nas. od. zleho.

Polonice.

Oycze. nash. ktorish. jeſs. wniebieſzieſch. ſwieczſzje. miono. tvoe. przydz. krolieſtwo. twe. budz. wolja. twa. jako. wniebje. tak i. naziemi. chlieb.naſz.powszedni.daj nam.dziſzjay.j.odpuſz. nam. winy. naſze. iako. j mi. odpuſzami. winowaizom. naſzim. j. niewodz. nas. wpokuſzenje. alie. zbaw. nas. ode. zlego.

Vandalice.

Woſchzi. naſch. kéns. ſy. nunebv. nſveſche. meno. twojo. pſiſzknam. kraloſtuo. twoio. ſé ſtavi. wola. twoia. yako. nanebo. ytu.nazemi. kleb. naſch. dneiſthi. day nam. ſchniſz. a. wodai. nam. wini. nashe. ak. my. wodawani. winikom. naszym. a. neweſich.nas.dopitowaine.ale.vmoſz. nas. wod. ſlego.

Luſatice.

Woſch. naſch. kenſch. ſy. nanebebu. wuſweſchone bushy. me. twoye. pshish knam. krajleſtvo. twoio. ſe ſtany. woli. twoja. takhack. nanebû. tak heu. naſemy. klib. naſch. shidni. day nam. shenſa. a. wodoy. nam. wyni. nashe. ack. my. wodawamy. winikam. nashim. a. neweshi. naſs. doſpitowanya.ale.wimoshi.naſs.wot.ſlego.

Moſcovitice.

Otſe. nash. ishe. ieſzi.unebeſzih. poſuetiſze.imè.

tuoye.

tuoye. pridi.kraylefztuo. tuoye. budi.uolya.tuoya. kako. u' nebi. tako y. nazemly. hlib. nash. ufzakdany. day nam. danafz. j. odpufzti. nam. duge. nashe. kako. y mi. odpufcfamo. dusnikam. nashim. j. nevauedi. nafz. v' napafzt. da. iztáui. nafz. od. zla.

Carniolice.

Ozha. nash. kir. fi. unebefih.pofuezhénu bodi. jimé. tvoje.pridik'nam. krajleftvu. tvoje. s'idife. volja. tvoja. kakòr. nanebi. taku. nafemlji. kruh. nash. v' fakdainji. daj nam. dones. jnu. odpufti. nam. dulge. nashe. kakôr. tudi mi. odpuftimo. dulshnikom. nashim. jnu. neupelaj. nafs. v' iskushno. tamazh. reshi. nafs. od. flega.

Novazemblice.

Otcfe. naz. icfe. zi. nanebezi. pozuetytze. ime. tye. pridi. czarztuo. tye. budi. uola. tya.kako. unebezi. tako. nazemli. hlyb. naz. zakdan. dynam. danacz. i. odpuzi. nam. duge. naze. kako. imi. odpuzymo. doznikam. nazim. i. nauedi. naz. unapazct. da. izctaui. naz. od. zla.

Walachice.

Ozhe. nash. ishe. ieffi. nanebeffe.nafuetife.ime. tuoye. napredet. tzarftuo. tuoye. dabodet. uolya. tuoya. jako. nanebeffi. y. nafemli. hleb. nash . nofoftni. dashnam. danas.y. oftaui. nam.dolgi.nashe. jakoshe. yme. oftauliamo. dolsnikom. nas fim. y. nauauedi. nas. uanapaft. naa.isbaui.nas. o. tlakouago.



